THOMÆ BARTHOLINI
THOMÆ FILII

ANTIQVITATUM DANICARUM
DE
CAUSIS CONTEMPTÆ A DANIS ADHUC GENTILIBUS MORTIS
LIBRI TRES

ex

vetustis codicibus & monumentis hactenus ineditis congesti.

HAFNIÆ.

Literis *Joh. Phil. Bockenhoffer*, Reg. Maj. & Univ. Typogr.
ANNO CIↃ IↃC LXXXIX.

APPROBATIO.

In causis mortis à Danis adhuc gentilibus contemptæ, *expendendis, atqve enucleandis ita providè, intelligenterqve versatus est nobiliss. & celeb. Vir*, TH. BARTHOLINUS, *ut facilè appareat, Ipsum in desperatæ propemodum lucis argumento omnes contempsisse labores, ne rariora patriæ Antiqvitatis monumenta in tenebris suis, & laciniarum veterum reliqviis ampliùs delitescerent: in qvo instituto dum infatigabili pergit industriâ, & vernaculam Septentrioni fortitudinem havd debilioribus, qvàm Grajam olim, Latiamqve innixam fuisse momentis liqvidò demonstrat, & dum Patriæ, novam qvoqve sibi gloriam accendit. Hafniæ V. Sept. Anni MDCLXXXVIII.*

OLAUS BORRICHIUS.

ILLUSTRISSIMO & EX-
CELLENTISSIMO

MATTHIÆ
MOTH

SAC. REG. MAJ. DANIÆ & NOR-
VEGIÆ

SECRETARIO SUPREMO,
&
CONSILIARIO STATUS
atqve CANCELLARIÆ,
&c. &c.

Mæcenati gratiosissimo.

Si qvæ ulli antiqvitatum cura esse debet, illa certè præcipua erit, qvæ res Patrias attinet; Et tantò ego avidiùs has

in me partes ſuſcepi, qvod neutiqvam indignæ ſint res noſtræ domeſticæ, qvæ ex tenebris in meritam lucem revocentur. Notum eſt toti Orbi armis eorum concuſſo, veterum Danorum robur, & virtus nunqvam intermoritura. Et illa adhuc in Patriæ noſtræ Patre Auguſtiſſimo viva ſpiransqve eſt, in feros derivanda poſteros. Prædicent alii, qvibus ſuppetit ingenium, & antiqva Danici nominis fortia geſta, & nupera CHRISTIANI Auguſti noſtri, in qvo omnia majorum merita ſimul collecta, novoqve inſuper cumulo aucta admiratur Orbis & obſtupeſcit; ego intra præſcriptos mihi terminos, fas duxi me continere: & operæ in Danicis Antiqvitatibus, qvibus me Clementia Regis gracioſe addixit, eruendis hactenus impenſæ ſpecimen ali-

aliqvod editurus, vix credidi inveniri posse illustrius argumentum, in qvo Magnanimitas Danorum eminentiùs illuceret, qvàm Mortis Contemptum, cùm ad ejus causas discutiendas plurima revocari possint ex intimâ Antiqvitate effossa, & insuper certus sim, neqve plura, neqve illustriora Antiqvitatis monumenta in hoc genere apud alias gentes reperiri. Hæc autem omnia qvòd Tuo aspectui primò subjiciam, benignè interpretaberis, MÆCENAS OPTIME; Neqve enim hanc occasionem, ut ansam te laudandi, arripui, cùm supra omnes laudes positus, eas adeò despicias, ut mihi veniam, hæc in sinum tuum humiliter deponendi, difficulter concesserit excellsus ille animus tuus, conscientiæ satis faciens, nihil in famam laborans, ideo-

qve famæ, laudum, meritæqve gloriæ, non ſine admiratione omnium, in tantâ fortunâ contemptor. Sed uti hujus debiti mei Tu ipſe non unam cauſam agnoſces, ſi ſingula mihi benè à Te facta perpendere ſiverit generoſitas Tua, cui collati memoriam beneficii exuere, familiare eſt; Ita & mihi non una cauſa erit ſperandi, fore ut eodem benigno vultu, qvo me ſemper ſoles, & hunc fœtum meum, Tuis auſpiciis ſuſceptum, reſpicias. Ea eſt Tua in Regem, à qvo ſpiritum Patria ducit, fides: & in ipſam Patriam, cui ex Auguſti noſtri clementiſſima voluntate Te totum impendis, amor: ut talem ſibi advocare Tutorem, cujus ſublimi ſuperbiant nomine, hæc Antiqvitatum Danicarum Schedia geſtiant. Ea eſt, & fuit ſemper in me benignitas

Tua,

Tua,is in me promovendo affectus efficaciter propensus, ut non alii hanc laborum meorum partem consecrare vel possim vel debeam, qvàm Tibi, cui post Deum & Regem, fortunam meam debeo. Deus Tibi Tuisqve istas vices rependat, & beneficiorum, qvibus me proseqveris, ubertatem largo gratiæ suæ acervo compenset. Et dum porro, in seros utinam annos, Regis & patriæ commodis tantà fide invigilas, ne desistas qvæso benè velle mihi, qvi, qvod unicum possum,cum debeam omnia,nunqvam desistam Tibi benè precari. Interim ubi de seriis Tuis negociis tantillum temporis detraxeris, qvà polles ut aliarum scientiarum, ita Antiqvitatum nostrarum peritia, excute consummato judicio hanc illarum partem,

tem, qvam hodie, grati animi pignus, offero; donec majora ſuppetant, & matureſcant ſub iisdem Tuis auſpiciis Antiqvitatum Eccleſiaſticarum Regnorum Borealium Volumina, qvæ, favore Tuo obſtetricante, aliqvando luci, ſi Deus conatibus annuat, daturum me confido.

THOMAS BARTHOLIN.

LEC-

LECTORI.

Liceat mihi verbis Gulielmi Malmesburiensis te affari: Ab antiqvo scriptis non contentus, ipse qvoqve scripturire incepi, non ut scientiam meam, qvæ penè nulla est, proponere, sed ut res absconditas, qvæ in strue veritatis latebant, convellerem in lucem. *Dolebat, patrias Antiqvitates miserandâ sorte in colluctantibus cum blattis & tineis Codicibus incognitas, & adhuc sepultas jacere. Neqve benigniori fato pars earum antehac producta fuit, impotenti obstetricantium zelo anilibus referta fabulis; dum suffecit aliis, modò in Manuscripto Islandico deprehensum, orbi obtrudere, nullo veri falsive discrimine. Eum scopulum, qvantum in me fuit, evitare annisus sum, si nihilò tamen minùs incautus impegerim, veniam merebor facilitate aliis errores suos condonandi, qvatenus sine ullâ publicâ injuriâ erraverunt. Fabulosâ tamen facie multa hujus operis apparitura non dubito, illis præsertim, qvi spectra, qvi prodigia, qvi magica, apud veterum qvosdam utramqve paginam facere norunt, qvi ea protulerunt sine ulteriori disqvisitione, acciderintne ejusmodi ostenta, an credulis, superstitiosis & simplicibus astutia subdolorum imposuerit. Hoc ultrà largior. Nec à me qvisqvam expectet apologiam omnium ejus farinæ ludibriorum, qvæ ex antiqvis desumpta in hoc opere produxi. Nullo modo cuncta, prout in literas relata sunt, evenisse crediderim: illud autem mihi pro se qvisqve concedat opinor, simplicitatem*

tatem ejus ævi mortalium perſvaſam fuiſſe, quòd & illa, & adhuc magis incredibilia acciderint. Pauca hinc inde in præſenti tractatu interſperſa Hiſtorica eos fortaſſis offendent, qvi præconceptas opiniones vel cum veritatis jactura propugnandas ſuſceperunt. Illis qvid facias, jubeas miſeros eſſe lubenter. Longè mihi alia mens; neqve enim apud me valet authoritas, niſi veritate ſubnixa: nimiâ & incertâ vetuſtate obſcuras, non à coævis & antiqvis ſcriptoribus, ſed fallacibus conjecturis erutas rerum gentiumqve origines reſpuo: figmenta, & ridiculas ſuſpiciones odi: deniqve omnis, niſi indubitatis atqve incorruptis fulta documentis, faceſſat Hiſtoria. Ad ritus autem moresqve antiqvos eruendos, eos qvoqve evolvi poſſe Codices exiſtimaverim, qvos fabuloſis interſperſos narrationibus, in hiſtoriâ concinnandâ haud tutò ſeqvaris. Ego tamen in eorum indagatione vix provocavi ad alios ſcriptores, ubi Carmina antiqva facem prætulerunt, qvæ fermè ſola, ob ſublimem & intricatiſſimam texturam, à falſariis & exſcriptorum temerariis auſibus inviolata permanſerunt: aliæ relationes curâ Iſlandorum præcipuè, nobis conſervatæ, utut magnæ apud me venerationis, qvia librariorum oſcitantiæ & lapſui obnoxiæ, ad ponderoſam Carminum authoritatem ne aſpirare qvidem audent. Neqve novitiorum inventa pro ſinceris veterum Poëtarum, qvos Scaldos ſeptemtrio indigitavit, carminibus, imponere nobis, & fucum facere poſſe, qvis exiſtimet; cùm eam ipſorum majeſtatem, & admirandam verborum nunc prorſus non uſitatorum, atqve implicitam connexionem, poſteriorum temporum homines aſſeqvi haud ſatis capaces fuerint. immò ex ſingulari & inexplicabili

eorum

eorum catena, de ætate Poëtarum, qvi illa composuerunt, tutò judicare valent qvi intentissimâ curâ in iis enucleandis desudaverunt; qvales solummodò in his dijudicandis censores admittimus. Reliqvi, qvi svavitati Græcorum & elegantiæ Latinorum carminum sveti, nostra horridum aliqvid sonare, ex versione, qvæ accuratæ docti Islandi Arnæ Magnæi industriæ complementum suum debet, colligerent, Bedam qvæso auscultent, libro quarto Historiæ Ecclesiasticæ, capite vicesimo qvarto monentem, non posse Carmina qvamvis optimè composita, ex alia in aliam lingvam, ad verbum, sine detrimento sui decoris ac dignitatis, transferri. *Tandem, ne qvis licito etiamsi, nimio tamen patriæ amori imputet, fortia veterum Danorum & mavortia gesta eminente splendore esse proposita; neqve enim qvicqvam prolatum reor, nisi irrefragabili authoritate munitum. Et qvi minùs mihi, patriæ telluris gloriam sollicitè promoventi crediderit, credat Alfredo Regi magno Anglorum, apud Dudonem S. Qvintini Decanum, regio ore decisoriam pronunciantì sententiam:* Nulla tellus effert viros magis qvàm Dania præcipuos, armisqve strenuè edoctos.

Affini & Collegæ mellitissimo

THOMÆ BARTHOLINO

Causas contemptæ mortis à Danis adhuc gentilibus nervosè exponenti.

Vindice Te, jactat se gens antiqva Trionum,
Et titulo famæ splendidioris ovat.
Terruit hanc gentem nec mors nec mortis imago,
Spicula nec Getici sangvinolenta Dei,
Purpureo aspexit rorantes sangvine campos
Ut fama effuso parta cruore foret,
Et lituum hostilem risit, vexilla, phalanges,
Et gladios, galeas, classica, tela, globos,
Saltem ut finiret sub acerbo vulnere vitam
Atqve eadem famæ & mortis arena foret.
Res gestæ in rigido saxorum murice sculptæ
Atqve cavernosæ margine cautis erant,
Historiæ aulæis intextæ, & livida gentis
Vulnera, fortunæ, tempora, bella, neces.
Pectora sic stimulat contemptrix gloria lethi,
Magnanimosqve urit laudis anhela sitis.
Talia dum memoras, Vir magne, & Martia laudas
Pectora, qvæ fucco nobiliore calent,
Arctoæ gentis famam partiris; & ipse
Haud metuis gelidæ mortis adire vias;
Vivet enim post fata decus, qvod permeat Orbem,
More trophæorum nobile stabit opus,
Et lethum effugient grati monumenta laboris,
Nec poterunt unqvam, Te moriente, mori.

Olig. Jacobæus.

Nobi-

Nobilissimo & Amplissimo

THOMÆ BARTHOLINO

Antiqvario Regio, Justitiæ & Archivorum Secretario, atqve in Academia Hafniensi Professori Publico,

Patrono ac Mæcenati suo

ætatem colendo,

Antiqvitatum Patriarum Vindici felicissimo,

Prisco Danorum idiomate ita applaudit

qvovis obseqvio devotus cliens

Arnas Magnæus.

Fylvings furþo harþan
forþom Danir gorþo
þars gollin spior gullo
galldr at vapna hialldri,
knatto i Ala eli
alldaþrackir hallda
hiorr brast, hlifar gnusto,
hnigo andskotar, sigri.
Styriar vangs ofstrangri
storþar helsis forþom
vita vunnit gato
vandit iþio brandi;
velldi viþra folldar
valteinsrioþr sik þioþar
und annarrar spandi
aungr a manna gaungom.
Vatta at vinna knatti
verþung Dana sverþom
felld a moþor folldo
Frisalik morg riki,
fiorgrand Saxar fundo,
Frackar, oc Vinþr hug-
rackir,
Norþmenn slikt at sonnu,
Svenskir, oc þioþin Enska.

Liþo langar hriþir,
letrs vanar fram Dana
æfi i orko verkom
alldirdrogo und skialldi,
undz hiordiarfar hrundo
herdrottar iþrottom
nacqvarn lut, oc nytra
nam ofroko boka.
Tegaþoz þessir þegar
þundar hrauþoþs sunda
itrir upp at rita,
iþio sinna niþia,
knatti mannt at annan
ærit vel skrafæra
af sverþa svipniorþom
sagor til varra daga.
Hvat egnstriþir aþan
unnit hafa gunni
remmendr romo vandir
riti þeirra af virom,
hatto er hallda knatti
horþ sveit Dana reita
lyptendr linnz glotopta
litt eþr ecki þeckia,
Velldr at eigi sialldan
undantoko boka
smiþendr sagna froþir
siþo Dana niþia,
aþrir unda noþro
a dreif gorþo reisa
hristimeiþa hraustra
hatto i sagnaþattom.
Mundo moinsgrundar
meitr uppgrafit hafa
hatto varla a hiarli
hreitendr Danskra sveita,
ef leyfþt eigi hefþi
af griots rauþa briotom
rikom rita tekit
Rinar BARTHOLINUS.
Reþ fraumoþr bokfræþa
frumungr alldna tungo
aþr Skiolldunga alldar
ærit namgiarn læra,
valldr þvi menta villdi
vita i forno ritin
styriarverk allsterkra
stalsveigenda mali.
Nu ræþr fornra fræþa
fiolauþigr, hve dauþir
laungo lista drengir
lifat hofþo skrifa,
kennir hann oss hve kun-
no
kindir Belltis strindar
gondlar veþri vandar
va galldrs tolom hallda.
Hverso forþom hersa
hrundo a birtings kun-
dar

lætr

lætr hann lika vitat
leiþ vikinga skeiþom,
setr fyr sionir ytom
sæskiþa margprýþi,
hefir um vapn oc hlifar
hellzt vitrliga ritat.
Lætr hann oc i letri
lyþa hiarta pryþi
lundom sino sunda
sunno heyrom kunna,
er geþharþir gorþo
grundar pislom undir
syna farom Dana
sva sem bana vanir.
Lyst er oc hverso hrausta
hafa forþom grafit
dauþa a Dana hauþri
draupnis breitendr svei-
ta,
oc laþs letri faþom
leggiom grettis stetta
horþom hylia gerþo
hauga vettidraugar.
Hverso verk vigsterkra
visom gofug lysa
skalld er forþom fylldo
ferþ Skiolldunga gerþo
synir hann rett, oc runa
ræsir list, er mistar
hellzt iþrott ofþotti
þundaukna hregglun-
dom.
Satt er at finnar hattom
fifþioþar ættioþa
hvarleyfþr rett ofhreifþi
hroþkundr Dana grundar;
þo. er hitt meirr hve
knatti
hann sveitir uppleita
hvat til herþigiorþa
hugpruþar framknoþi.
Olli mest, sem allir
itrs i knegom lita
skrifi fræþa froþa,
folkdiarfra þrekstarfi,
su er af Oþins trua
orþi rotsett forþom
um draufn Dia efni
dolgar ellda helldo.
Her þvi heilog ero
halldin fyrri alldar
goþ oftaulþ, oc gyþior,
getit kraptar hapta,
talþir staþir er truþoz
tisom firþir lifi
hvardyggvir hia byggva;
hel sannat bol ranna.
Harþla morg oc horgar
hof fyrir augo bauga
hlautroþnir ro briotom
ragna

ragna sett oc trettir,
enda sialfir Altar,
einir Dvergar i steinom,
liþsinnandi lyþom
Landvættir, kyn banda.
Hvat of forlaug fato
forþom alldir hallda,
styrvandar Valkyrior
virþa er lifi firþo,
Disir, oc Vaulor visar,
vif or gengi tisa
sem Nornir sundrbornar,
seet faam her i letri.
Veit min at oll knetti
um nu skrifoþ trua
eigi betr ofrita
efni Sturlo hefnir,
eþr þott upp nu stæþo
orþhagr Saxi forþom,
oc lypto þrek þopta,
þioþrekr, Ari froþi.
Latom lærþa rita
laþs Romborgar aþan
siþo er helldo haulldar
harþir, oc Grickia iar-
þar;
hvernig lifat hafa
heims i norþri forþom
sverþa svinnir runnar
synir BARTHOLINUS.
Fyrir þvi itrar eroþ
alldir norþheims storþar
skylldar hroþri at hallda
hans a lopt i þoptom
Austmarr ar sik þurran
undz at harþri grundo
verþr, oc Kiolr snæsvali
sockr i ægi dockvan.

THO-

THOMÆ BARTHOLINI TH. FILII
De
Causis contemptæ à Danis adhuc Gentilibus mortis

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Timor militibus excutiendus. Timore vacui, mortem non reformidant. Jomsburgenses mortem contemnebant. Mortem aliàs omnes timent. Non tamen Arctoi populi qvondam. Exempla Danorum, qvi intrepidi, immò ridentes ad mortem ibant. Causæ ejus magnanimitatis indagandæ.

Non astutè magis qvàm veraciter lepidus apud Plautum Pseudolus: a.

Ea stultitia est, facinus magnum timido cordi credere: nam omnes
Res perinde sunt, ut agas.

Et Svanhuita Hadingi Danorum Regis filia, magna virago, Regnerum Svecum coaptato rhytmorum tenore accendere, apud Saxonem b. gestiens:

Framea qvid prodest, ubi languet debile pectus,
Et telum trepidæ destituere manus?
Ferrum animo coöat, corpusq; armetur utroqve,
Jungatur capulo consona dextra suo:
Hæc celebres edunt pugnas; qvia juncta vigoris
Plus retinere solent, dissociata minus.

 Ita

a. act. 2. sc. 1. b. lib. 2.

Itaqve follicitè omnes bellorum magni Duces militibus suis, cum jam audaciam occasio postularet, timorem exuere conati sunt; ut intelligerent, aut non magnum, aut non longum esse, qvod metueretur: & nihil esse in ipsis periculis terribile, nisi ipsum timorem. *Semper* enim *in prælio his maximum periculum esse, qvi maxime timent*, ait Sallustius, *Audaciam pro muro haberi*. Sic C. Flaminius ad milites apud Livium: [c] *per medias acies ferro viam fieri: & qvò timoris minus sit, eò minus ferme periculi esse.* Fuit hic acerrimus stimulus excelsis animis ad mortem decorè obeundam, ne subducerent se, & in vestibulo obitus ad vitam respectarent: cum penitùs infixum haberent, *nihil esse turpius, qvàm si maximi viri timidos fortiter moriendo faciant*, exclamante Seneca, [d] *Laudemus toties dignum laudibus, & dicamus: Tanto fortior, tanto felicior!* Jam ut idem alibi: [e] *ex qvo pectore mortis metum ejeceris, in id nullius rei timor audebit intrare.* Militum idcirco non vincentium magis, qvàm benè morientium fortuna laudatur; dabiturqve in omnem memoriam clarissimum Gracchi caput, qvi duce hospite præcipitatus in insidias, transisse vitam, neqve aliud qvàm morti decus qværendum intelligens, gloriosâ desperatione milites hortatur, *Ut qvod unum reliqvum fortuna fecerit, id cohonestent virtute. Reliqvum autem qvid esse, paucis à multitudine in valle silva ac montibus septa circumventis, præter mortem? id referre, utrum præbentes corpora pecorum modo inulti trucidentur, an toto animo à patiendo exspectandoqve eventu in impetū atqve iram verso, agentes audentesq;, perfusi hostium cruore inter exspirantium inimicorum cumulata armaqve & corpora cadant.* apud Livium libro vicesimo qvinto capite

c. lib. 22. cap. 5. d. de tranqv. an. cap 15. e. consol. ad Helv. cap. 13.

te decimo ſeptimo. Non latuit hoc, qvi tot periculorum adverſa tranſiluerat aut fregerat, Palnatokonem Danum, qvi Julinum ſeu Jomsburgum ab Haraldo Blaatand Rege Danorum, antea conditam urbem, martiis legibus de integro condere aggreſſus, hanc inter alias tulit: Eingenn ma- " dr ſkylldi ſa i Jomsborg vera, er mællte ædru ord, edr " kuidde nockru, ſott i ouænt efne kiæme. *h. e. Vir nemo* " *Jomsburgi exiſteret, qvi timoris verbum protulerit, vel qvid apprehenderit, licet ad periculoſiſſimum ſtatum redactus fuerit*, in Jomſvikinga Saga capite decimoqvarto. Hâc ſaluberrimâ acturis ætatem in armis lege, precium vitæ detrahere, & ſpiritum inter vilia numerare docuit. & ita docuit, ut Jomsburgenſes, ſicut poſtea audiemus, qvi ſui cuiqve amor eſt, & conſervandi ſe permanendiqve inſita voluntas, qvaſi exuiſſe viſi ſint, aſpernantes diſſolutionem, & hilares mortem, cum qviete opperientes; qvod fortium virorum eſſe docet Curtius [f] *magis mortem contemnere, qvàm odiſſe vitam.* Neſcio an majores nobis qvi animos dederint, horrenda mortis oculis uſurpantes, & animis jam prægustantes, qvàm Jomsburgenſes, ubi nihil inexpertum omiſerant, ad ultimum omnium, mortem, non pigrè, & magnâ ex judicio certo tranqvillitate euntes, nullo laborum periculorumq́; tædio ad vilitatem ſui compulſi. Eorum qvidam vitæ, qvam inimici beneficio deberent, indignatione, depoſcere qvodammodo mortem videbantur, à generali S. Auguſtini regulâ [g] eximendi: *diem mortis omnes qvidem affuturum ſciunt, & eum tamen omnes aut penè omnes differre conantur, etiam qvi poſt mortem ſe beatiùs credunt eſſe victuros. Tantam habet vim carnis & animæ dulce conſortium. Nemo enim unqvam carnem ſuam*

f. lib. 5. g. epiſt. de gratia novi Teſtamenti cap. 6.

odio habuit, & propterea non vult anima vel ad tempus ab ejus etiam infirmitate discedere, qvamvis eam se sine infirmitate in æternum recepturam esse confidat.

Sed imbiberat cum lacte materno Palnatoko contemptum mortis, & ex aura hauserat, qvam natalem sortitus fuerat. *Daci, Nortmanni, Gothi, Franci, & cateræ gentes insularum, qvæ inter Occidentem & Septemtrionem sitæ sunt, gentes* sunt *bellicosæ, proceræ corpore, mortis intrepidæ*, prout eas describit Conradus Abbas Urspergensis; [h]. Sed describit eas jam Christianas, utpote adventu suo ad Aconem, Christianorum perniciem avertentes, ut ibidem addit: *Hi, si non super venissent, Christiani funditus essent demoliti.* Idem tamen ipsis animorum motus longè ante prædicatum septemtrioni Christum,

— — certè populi, qvos despicit Arctos,
Felices errore suo, qvos ille timorum
Maximus haud urget leti metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæq; capaces
Mortis; & ignavum rediture parcere vitæ.

verè canit Lucanus [i]. Canit & è nostratibus Rex idem atq; Poëta summus Regnerus Lodbrok. [k]

„ Er at fytandi daudi.
h. e.
Non est lugenda mors.

Itaqve destitutus qvamvis inter viperarum morsus, operum suorum versum animosâ voce concludit:

„ Lifs ero lidnar stundir,
„ Læiandi skal ek deyia.
h. e.
Vitæ præterierunt horæ,
Ridens ego moriar.

Qvam

h. Chron. pag. 299. i. lib. 1. k. Str. 28.

Qvam doctrinam suis exemplis innumeri confirmarunt ex antiqvis nostris Heroibus, formidinis vel in gravissimis periculis osores, & intrepidè mortem imminentem aspicientes, per Saxonis Grammatici facundiam, immortalem nacti memoriam. Sic animam agens Agnerus, *soluto in risum ore, per summam doloris dissimulationem, spiritum reddidit*, non narrante modò Saxone libro secundo; Sed & adstipulatur Bodvars Biarka Saga: hneig Agnarr " nidr hlæiandi a jord, oc do sidan. h. e. *Agnerus in terram ridens cecidit, & deinde mortuus est.* Unde de eo apud Saxonem [1] cecinit, qvi ipsum letho dedit, Biarco:

Hercule nemo illo visus mihi fortior unqvam,
Semivigil subsedit enim, cubitoq́ reclinis
Ridendo excepit lethum, mortemq́ cachinno
Sprevit, & Elysium gaudens successit in orbem.
Magna viri virtus, qvæ risu calluit uno
Supremam celare necem, summumq́ dolorem
Corporis ac mentis læto compescere vultu!

Hialto ibidem, cum magnâ admodum strage editâ, tertiò tabernaculum Biarconis offenderet, metus causâ avidum qvietis ratus, tali ignaviæ exprobratione pertentat:

Nos qvoqve lætitiæ species extollat honestâ
Morte secuturos generosi fata parentis.
Voce ergo simus alacres, ausuq́ vigentes.
Namqve metum par est animosis spernere dictis,
Et memorabilibus lethum consciscere factis.
Deserat os animumq́ timor, fateamur utroqve
Intrepidos nisus, ne nos nota judicet ulla
Parte aliqva signum dubii præstare timoris.

Et licet inferiori ævo viventes, tamen admirandâ peri-

 cu-

[1] l. lib. 2.

culorum mortisqve contemptione, Heroas inter locum meritos, binos Absalonis antistitis Eqvites adjiciam, de qvibus laudatus Saxo: [m] *contentione prius habitâ uter audacia præstaret, cum ad militarem operam edendam fortitudinis æmulatione pari impetu raperentur, hostesq́ cuidam forte stagno adactos cimbis fugam petere animadverterent, plus eis persequendis, qvàm suis periculis dispiciendis intenti, ne alter alterum virtute forte præcurreret, ambo cum contemptu spiritus stimulatos calcaribus eqvos in profundum egerunt, armorum haud memores, qvorum obruti pondere perierunt.* Sed restringendus ad antiqvos calamus, & omissis qvæ plura apud Saxonem excerpi possunt, audiatur, qvid strenuus Halfi Reguli Norvegiæ miles Instenus de Halfo canat in Halfsreckasaga. [n]

„Her mun Innsteinn til jardar hniga
„Horskr, at hofdi hers oddvita.
„þat munu seggir at sogum giora,
„At Halfr Konungr hlæiandi do.

h. e.

Hic Innstenus ad terram cadet
Audax, ad caput exercitus ducis.
Illud in Historias referetur,
Qvod Halfus Rex ridens mortuus est.

De Illugo Gretteri fratre memoratur in Grettisfaga: [o] „ Oc er Illugi vissi þat at þeir ætludu at hoggua sig, þa „hlo hann oc mællti suo: nu redud þer þat af sem mer var „nær skapi. Leiddu þeir hann þa austr a eyna, oc hiug„gu hann þar. Oc lofudu allir hans hreysti, oc þotti hann „olykr ollum odrum sinum Jasnaulldrum. h. e. *Cumq́ Illugus sciret, qvod se interimere vellent, tunc in risum solu-*

m. lib. 14. n. cap. 13. o. cap. 71.

lutus dixit: Nunc illud consilium cepistis., qvod & mihi maximè arridet. Tunc educto in orientem Insulæ partem, caput amputaverunt. Omnes ejus animositatem deprædicabant, & videbatur ipsis omnium æqvalium suorum dissimilis. Et generaliter de Danis pronunciat Adamus Bremensis in descriptione regionum aqvilonis: *Viri autem, si vel Regiæ Majestatis rei, in aliqvo fuerint scelere deprehensi, decollari malunt, qvàm verberari. Alia non est ibi species pœnæ præter securem & servitutem, planctum, cæteraqve compunctionis genera, qvæ nos salubria censemus, ita abominantur Dani, ut nec pro peccatis suis, nec pro charis defunctis ulli flere liceat.* Sed cum in processu operis hujus innumera hujusmodi occurrant exempla, nunc unicum modò addam mirabile constantis ad intuitum mortis animi, qvod suppeditat Sorlo à fortitudine nomen indeptus, qvi ab Hogno in terram prostratus, & rogatus ab adversario, ut reqviesceret qvietus, donec gladium qvi procul erat, adferret; paruit, & imperterritus reditum hostis armati opperitus est. Is tamen intrepidâ ejus mente delectatus, iram in societatem vertit, ut legitur in Sorla sterka saga. p. Similes immobiles ad minas mortis intentatas vultus pertulit Illugus Gridæ alumnus, qvi a Grida rogatus lectum cum filia ipsius ascendere, paruit, & protinùs ad blanditias versus, ab accurrente cum acuto gladio matre capillos arripitur, qvasi mox caput amissurus. Ille immotus sine metus ullo indicio mansit. Qvocirca missus, sine mora lecti sociam aggreditur. Accurrit rursùm mater trahitq; ad spondam lecti, minantibus verbis insultans: *jam morieris.* Ille nihil, nisi: *mortem non timeo.* Anus mirata abit, & verso protinus ad virginem Illugo, deniqve accurrit qvasi jam serio

p. cap. m.

riò vitam ipsi ademptura. Illugus nihil motus, placidè ictum opperiebatur. Tunc Grida in admirationem rapta, exclamat: [q] *Tu instar aliorum hominum non es. venæ tuæ nihil tremunt; jam vitam à me, & filiam juxta te collocatam, cui Hildæ nomen, accipe.* Verba ipsa sic sonant in Historia de eodem Illugo compositâ: q. Eigi ertu sem adrer
„ menn. þinar ædar skialfa hvergi oc skallru nu þiggia lif
„ af mer, og giefek þer dottur mina er Hilldr heitir.

Sed utcunqve animosos & nullo mortis metu perculsos gesserint sese Nostrates, nihilominus cum cogamur Senecæ adsentiri, r. *difficile esse animum perducere ad contemptionem animæ*, accuratius devolvendum est, atq; ex crassis antiqvitatum tenebris eruendum, qvibus mediis, qvove naturali instinctu Dani olim, nulla adhuc Christianæ fidei, & qvam illa mortuis adseverat, æternæ beatitudinis cognitione imbuti, magnam hanc rem & diu discendam imbiberint, cum adventaret hora illa inevitabilis, cum audentia contra eundo, nihil immutato animo obire.

CAPUT II.

Gloriæ cupidine omnes trahuntur. Romani gloriæ appetentes, vitam despiciebant. Dani ob gloriam pericula spernebant, gloriosam mortem ambientes. Duces bellorum gloriâ contenti. Præda dividenda ad hastam portata. Hastæ apud Latinos variorum bona subjecta.

Trahi omnes gloriæ studio, & optimū qvemqve maximè gloriâ duci: Insidere enim in optimo qvoq; qvandam virtutem, non frustrà pronunciat Tullius, qvæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat atq; admonet. Et licet in-

q. cap. 3. r. epist. 4.

indignetur Sulpicius Severus [a] *plerosq́ mortales studio gloriæ sæcularis inaniter deditos, perennem memoriam nominis sui qværere;* tamen Tacito credamus dicenti [b] qvod *etiam sapientibus, cupido gloriæ, novissima exuatur.* Immo Simonides à Xenophonte [c] introductus existimat, qvibus honoris ac laudis innata est cupiditas, illos vero esse, qvi plurimum à pecudum natura differunt, ac viros planè esse non homines duntaxat οἷς δ' ἂν ἐμφυῇ τιμῆς τε καὶ ἐπαίνου ἔρως, οὗτοι ἤδη οἱ πλεῖστον μὲν τῶν βοσκημάτων διαφέροντες, ἄνδρες δέ, καὶ οὐκέτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι. Atqve ea cupiditas mentibus hominum tam altè infixa, ut præter bonam conscientiam, eâ insuper homo gaudeat. *Cupiditas gloriæ,* inqvit Wilhelmus Malmesburiensis, [d] *ita innata est mentibus hominum, ut vix aliqvis bonæ conscientiæ pretiosis contentus fructibus, si qvid bene fecerit, non dulce habeat efferri in vulgus.* Hanc immortalis famæ spem *maximum ad suscipiendos labores calcar* non sine causa indigitat Cicero; [e] Etenim fax hæc mentis honestæ, Gloria, traxit omnes supra vulgum spirantes ad unum illud insatiabiliter parandum, prosperam & æternam sui memoriam: cui inhiantes, gloriosam mortem, qvantivis eam corporis comitarentur cruciatus & lanienæ, accepturam habituramq; in litteris atq; linguis posteritatis propriam & sempiternam famam, ambitiosè appetiverunt. Sane *in hominibus & honor & laus & dona & gloria, animum possunt delectare & gaudio perfundere: & ideo eum urgere & impellere ad aspera & molesta fortiter perferenda. Unde etiam qvi se fortiter gerunt usqve ad mortem, & se pro patria devovent & occidendos offerunt, propter hanc fortasse causam*

a. in proœmio vitæ B Martini b. Histor. lib. 4. c. in Hierone. d. de gest. Reg. Angl. lib. 5. e. lib. de senect.

ſam ſtrenuè decertant & moriuntur. Nam etſi è vivis ex cedunt, attamen qvando vivunt, gaudent & lætantur dum celebrantur laudibus. Eſt autem veriſimile, nonnullos qvoqve eorum opinantes qvòd poſt mortem ſimiles eos laudes expectent, prævißam mortem eligere; ratiocinante adverſus Mathematicos Sexto Empirico.[f] Teſtatur illud de Romanis, qvi mores ipſorum accurato duxit penicillo, Auguſtinus: *Veteres*, inqvit,[g] *primiqve Romani, qvantum eorum docet & commendat hiſtoria, laudis avidi, pecuniæ liberales erant, gloriam ingentem, divitias honeſtas volebant: hanc ardentiſſime dilexerunt, propter hanc vivere voluerunt, pro hac & mori non dubitaverunt. Cæteras cupiditates hujus unius cupiditate preſſerunt.* Hauſit id ex Tullij ipſius libris qvos de Republica ſcripſit, *ubi loqvitur de inſtituendo principe civitatis, qvem dicit alendum eſſe gloriâ: & conſeqventer commemorat, majores ſuos multa mira atqve præclara gloriæ cupiditate feciſſe*, ut teſtatur idem ſanctiſſimus Antiſtes;[h] qvi mox[i] concludit, Scævolas, & Curtios, & Decios, illatas pœnas tuliſſe & ſuperaſſe, *qvid aliud amantes qvàm gloriam, qvâ volebant etiam poſt mortem tanqvam vivere in ore laudantium?* Interciderunt Tullii de Republica libri, attamen ipſe alibi[k] in eundem ſenſum pulcherrimè ſeſe explicat: *Ex hoc curſu atqve impetu animorum ad veram laudem, atqve honeſtatem, illa pericula adeuntur in præliis. non ſentiunt viri fortes in acie vulnera: vel ſentiunt, ſed mori malunt, qvàm tantillum modò de dignitatis gradu dimoveri. Fulgentes gladios hoſtium videbant decii, cum in aciem eorum irruebant; his levabat omnem vulnerum metum*

f. lib. 10. pag. 456. g. de Civit. Dei lib. 5. cap. 12. h. lib. cit. cap. 13. i. cap. 14. k. Tuſcul. Qvæſt. lib. 2.

tum nobilitas mortis & gloria. Certè ipse C. Mucius, cui postea Scævolæ à clade dextræ manus cognomen inditum, Porsenæ circumdari ignes jubenti, *vile* clamitat *corpus iis esse, qvi magnam gloriam vident.* & non simulatè dixisse, dextram accenso ad sacrificandum foculo injectam, velut alienato ab sensu torrens animo comprobavit; memorante Livio. [l] Idcirco qvod ad magnum Pompeium restringit Paterculus [m] *neqve eo viro qvisqvam aut alia omnia minus, aut gloriam magis concupiit;* de plerisqve Romanorum, qvam diu virtuti in urbe suus honos illibatus mansit, pronunciari potest: & qvi corrumpendæ Romanorum libertati inter maxima instrumenta fuit Tiberius, meminisse posteros, socios, civesq; voluit & precabatur, *ut qvandocunqve concesserit, cum laude & bonis recordationibus, facta atq; famam nominis sui prosequi* vellent, ut orationem ejus Tacitus [n] expressit. Hujusmodi pulcherrimas, & mansuras in animis posteritatis effigies, suprà qvàm credi potest, ardentissimè, omnium laborum periculorumqve exantlatione desideraverunt majores nostri. Et longum foret considerare, qvanta contemserint, qvæ pertulerint, qvàm horribilia atq; invia subegerint pro humana gloria, qvam unicam talium operum mercedem accipere desiderabant. Breviter Saxo [o] multa complectitur: *Nihil veteres claritate magis expetendum ducebant, qvam non opum fulgor, sed armorum industria peperisset. Itaqve seditiones amplecti, instaurare lites, otia fastidire, paci militiam anteferre, virtutum non rerum æstimatione censeri, plurimum voluptatis in prælis, minimum in convivis reponere, clarissimis qvondam viris curæ extitit.* Contenti erimus introspexisse, qvâ ambitione mortem omni-

l. lib. 2. cap. 12. m. lib. 2. n. Annal. lib. 4. o. lib. 7.

bus ex natura æqvalem, oblivione apud posteros, vel gloriâ distingvere annisi sunt: ut Epaminondam mihi æmulari videantur, de qvo Cicero: p. *Qvem nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum qvadam miseratione delectat? qvi tum deniqve sibi avelli jubet spiculum, posteaqvam ei percunctanti dictum est, clypeum esse salvum: ut etiam in vulneris dolore, æqvo animo cum laude moreretur.*

Hæc cura decori & famam habituri exitus plurima erat Danicis Heroibus mortem appropinqvare cernentibus. Rolvonis Regis strenuus pugil Hialto, cognomine Animosus, insidiis Sveticis conjecto in ultimum discrimen Rege, sum adversas hostiles acies mutuâ vulnerum inflictione prostravisset, dormientis adhuc Biarconis cubiculum præteriens, expergisci jubet, exclamans:

— — Sua dextera qvemqve
Aut famæ dabit, aut probro perfundet inerti.

Et tertiâ vice, inter duros pugnæ casus, referatum adhuc tabernaculum commilitis indignans, compellat:

Librentur stricto meritorum pondera ferro.
Gloria defunctos seqvitur, putriqve favillæ
Fama superstes erit, nec in ullum decidet ævum,
Qvod perfecta suo patravit tempore virtus.

Contra qvæ tandem pulcherrimè Bodvarus Biarco:

— — Dum vita manet, studeamus honestè
Posse mori, clarumqꝫ manu decerpere funus.
Ad caput extincti moriar ducis obrutus, at tu
Ejusdem pedibus moriendo allabere pronus:
Ut videat qvisqvis congesta cadavera lustrat
Qvaliter acceptum domino pensavimus aurum.

Qvæ

p. ad familiar. lib. 5. ep. 12.

Qvæ inter deperdita aliàs recensenda carmina elegantissima Saxonis q. nostri venæ debemus reservata. Didicerat famosum pugilum par robustam hanc animi magnitudinem sub haut pœnitendo magistro, ipso Rolfo Rege, qvi ubi committenda cum hoste acies, suos ita anniti voluit, ut posteris, si vita eriperetur, mortem approbarent, tunc laudabiliter perituros. Fatalem enim sibi pugnam incepturus, licet superans hostilium copiarum multitudo omnem ferè victoriæ spem adimeret, magnâ invicti animi tranqvillitate *haud timidus surrexit, dixitq; Adferte mihi optimum potum, prius bibamus, nosq; hilares faciamus, & ostendamus, qvales Hrolfi regis Heroës sint; & hoc solùm studeamus, ut fortitudo nostra oblivione nullâ aboleatur*, ut de ipso conscripta prisco idiomate Historia continet: Hrolfr Konungr sprettr mu upp, og tok til " orda med ongum otta, takjd ofs ꝥann dryck sem bestr " er til, oc skulum ver dreeka adr oc gioraft katir, oc sy" num svo huada monnum ꝥetta eru Hrolfs Kappar, oc " stundum ꝥad eina, ad i minne se vor hreysti. Jungatur in" clyto Regi gloriosus Jutiæ moderator Amlethus, qvi cum a Vigletho Lethrarum, ut tunc vocabatur, Rege per Legatos ad bellum provocaretur, *mirificâ animi industriâ duas circa se res, qvarum alteri probrum, alteri periculum inesset, fluctuari pervidit. Sciebat qvippe sibi, si provocationem seqveretur, imminere vitæ periculum: si refugeret, instare militiæ probrum. Præponderavit tamen in contemplatore virtutum animo servandæ honestatis cupido, obtuditq; cladis formidinem impensior laudis aviditas, ne solidus gloriæ fulgor meticulosa fati declinatione corrumperetur. Animadvertebat qvoqve tantum penè in-*

q lib 2

ter ignobilem vitam, & splendidam mortem discriminis interesse, qvantum dignitas à contemptu distare cognoscitur. apud Saxonem libro qvarto. Et ut Hialtonem cum Biarcone gloriæ spe inescatos ad fortiter moriendum se invicem exstimulasse retulimus, sic & aliud ex antiqvis par occurrit, sangvine junctissimum, eodem œstro incitatum, Pater nempe & filius, Gunno & Grimo, Thelemarchiæ duces, ab Olone, qvi postea sceptris Daniæ potitus est, lethaliter vulnerati; qvorum hic supremi vix spiritus potens, carmen hocce extremo vocis singultu contexuit:

Simus nempe licet corpore debiles,
Elapsusq; cruor robur obhauserit;
Qvum nunc elicitus vulnere spiritus
Vix sensim lacero pectore palpitet;
Discrimen, moneo, temporis ultimi,
Per nos intrepidis clareat ausibus;
Ne conflictum aliqvis fortius editum,
Pugnatumve magis dixerit uspiam.
Et certamen atrox arma gerentibus
Qvum per busta caro fessa qvieverit,
Famæ conciliet præmia perpetis.

Cujus invictum pater spiritum æmulatus, ut fortissimam filii vocem mutuâ adhortatione prosеqveretur, sic cœpit:

Qvanqvam defectis ad summum sangvine venis,
Extet in occiduo corpore vita brevis;
Taliter extremæ vigeat contentio pugnæ,
Ut laudem nostri non sinat esse brevem.

Saxone nostro referente. [r]

HujusmodiHeroës præclarissimiRegis Scioldi optimè mentem

r. lib. 7.

tem adſecuti ſunt, qvi apud Saxonem, [s] *pecuniam ad milites, gloriam* bellorum *ad Ducem redundare* debere dixit; cui prorſus congrua vox Annibalis ad ſuos, cum Cannenſis pugna inſtaret, canente Silio: [t]

— mihi magna ſatis, ſat vera ſuperqve
Bellandi merces, ſit gloria, cætera vobis
Vincantur.

Eam & ſufficere credidit longo poſt intervallo florens, mitioribus Chriſti præceptis innutritus, Canutus Dux Sleſvicenſis, *eam demum quæſtuoſam eſſe militiam ratus, quâ gloriæ & claritatis ſtipendium potuiſſet acqviri*, in Saxone ſæpius citato. [u] Aliàs apud Danos qvondam introductus erat diſciplinâ militari partitionis prædæ captæ modus; niſi major qvantitas, & omnium avaritiæ ſufficiens, minus moris huius obſervantes milites facceret, qvod Saxo [x] author eſt, ductu auſpicioq; Haconis & Starcatheri, Hybernienſibus per Danicam militiam in fugam actis, victo occiſoq; Rege inſulæ Hugleto, accidiſſe. *Tum enim Dani apud urbem Dufflinam regias opes ærario egeſtas publico raptu convelli juſſerunt. Tanta ſiqvidem magnitudinis pecunia reperta fuerat, ut minor partitionis cura cunctis exiſteret.* Infauſta fuit Helleſponticis, Daniæ Jarmerico imperante incumbentibus, prædæ partitio, cum eam acturi, *magnam ſuorum manum peculatus inſimulatam occiderent*, eodem [y] docente. Non ſenſêre eam civilis diſcordiæ faciem noſtri, donec æqviſſimæ Frothonis Magni legi à Saxone [z] in litteras relatæ obedientes manſerunt. Is recentis victoriæ titulis evectus, dixit *ut primipilus qvisqve prædæ partitione factâ, majorem cætero milite portionem acciperet: Ducibus vero, qvibus in acie ſigna*

s. lib. 3. t. lib. 9. u. lib. 13. x. lib. 6. y. lib. 8. z. lib. 5.

signa anteferri solerent, dignitatis causâ captivum concessit aurum. Gregarium vero militem argento voluit esse contentum. Arma ad pugiles redundare, captiva navigia popularibus cedere jussit, utpote eis debita, qvibus condendi rates instruendiqve jus esset. Qvi Danicæ juventuti Jomsburgi congregatæ leges posuit Palnatoko, hanc de prædæ partitione in Jomsvikinga saga [aa.] sanxisse memo-
„ ratur: Allr þat þeir fengi i hernadi, skylldi til stangar be-
„ ra, bædi meiri hlut og minni. h. e. *omnia in expeditionibus capta, majora cum minimis, ad hastam portarentur.* Cui legi egregiam lucem fœneratur Hirdskra, hanc consvetudinem exactè describens, qvam descriptionem ex optimo qvod possideo in membrana, Manuscripto, integram dabo:

„ Nu skal til þess seghia hversu skipta skal herfanghi eptir
„ orrostu ef Gud gefr bæde sighr ok fee. þat er som hattr
„ konungs ok birkibeina at giora fulla tiund af aullu her-
„ fangi sinu ok engu af leyna. Fyrst skal blasa til hus-
„ þinghs þangat sem syniz. Merkis madr skal bera þangat
„ merki konungs þa skal hann vebond giora lata ok skal
„ merkit vera sett i mid vebaund, er þat fornt ordtak hvat
„ berr þu til stangar. Allir menn skulu til stanghar bera
„ slikt hverr sem til hefvir af herfanghe. ok vinna eid. at
„ eynghu leynir hann af. ok engan veit hann þann er af
„ hefvir leynt. Þeir tolf menn sem konungr nefnir til at
„ skipta herfanghi skulu þeir skipta i helmingha fyrst þa
„ er allt er til stanghar borit enn þa i fiordungha ok sidan
„ hverium fiordunghi i helmingha. Enn hirdstiorar ok
„ styrimenn þeir sem konungr nefnir til skulu skipta fyrst
„ ollum sveitum i helmingha. ok sidan i fiordungha. sidan
skal

aa. cap. 14.

skal leggia hlute i skaut af hverium fiordunghi. Skal sa,, fyrstr kiosa er fyrstr kemr hlutr upp, ok sva hverr eptir,, hlut falle enn sidan skipte at mannmergd ollum hlutum.,, h. e. *Jam dicendum est, qvomodo finito prælio manubiæ distribuendæ sint, si Deus victoriam & prædam largiatur. Regis & Birkibeinorum antiqva consvetudo est, ex omnibus manubiis suis, nullâ re subtractâ, integras decimas dare. Primo milites in locum qvi maximè idoneus videtur, buccinâ convocandi sunt, qvò & vexillum regium Signifer portare debet; ibi signifer terræ aliqvod spatium sepimentis circularibus cingi curet, vexillumqve in illius meditullio erigat; Antiqvus loqvendi modus est, qvid tu ad hastam portas? Omnes qvicqvid prædæ iis cessit ad hastam portare tenentur, addito juramento, se nihil subtraxisse, nec qvemqvam, qvi aliqvid celaverit, noscere. Duodecim viri â rege ad dividendam prædam ordinati omnia ad hastam portata, primo in duas partes dividant, deinde earum partium utramqve in qvatuor partes, ac tandem earum qvamvis in duas partes; Prætores vero aulici, naviumqve gubernatores, qvi a rege ad hoc munus deputantur, omnem catervam primò in duas partes dividant, ac deinde in qvatuor partes, deinde cujuscunqve qvartæ partis sors in gremiũ mittatur; primùm suam partem accipiet illa hominũ pars, cujus sors primò emergit, deinde unaqvæqve pars prout sors indicaverit, tandem singulæ prædæ partes in capita æqvaliter distribuantur.* Latinâ significatione Hastæ subjici bona dicebantur, qvæ publicè venirent, hastâ positâ, præcone prædicante, ei qui licitatione vicisset, addicenda. qvod genus venditionis Hastarium nominavit Tertullianus, & Hastam

pro auctione posuerunt Imperatores Diocletianus & Maximianus [bb]. Hinc & Hastam Præconis [cc] & Hastam Venditionis [dd] & Emptionem ab Hasta, [ee] dixit Cicero, uti observavit Brissonius. [ff] Invehitur sæpiùs etiam Tullius acri eloqventiâ in hastam Julianam, à Seneca [gg] *Hastam consularia spolia vendentem* nuncupatam, qvam pro æde Jovis Statoris Cæsar posuit, felix, ut sibi qvidem videbatur. *Hasta*, inqvit, [hh] *posita pro æde Jovis Statoris, bona Cn. Pompeii Magni, voci acerbissimæ subiecta præconis.* Non sola Pompeii bona, & aliorum civium iniqvæ hastæ non simplici vice subiecta, ut alibi [ii] monstrat: *Sic par est agere cum civibus, non, ut bis iam vidimus, hastam in foro ponere, & bona civium voci subiicere præconis.* Ubi deniqve, nè plura cumulem, vibratam antea à P. Sylla eandem innuit: *Nec verò unqvam bellorum civilium semen, & caussa deerit, dum homines perditi hastam illam cruentam & meminerint, & sperabunt, qvam P. Sylla cum vibrasset, dictatore propinqvo suo, idem sexto & tricesimo anno post à sceleratiore hasta non recessit.* Sed de multiplici hastæ usu multa præ aliis collegit Junius Rabirius elegantissimo de Hastarum & Auctionum origine tractatu, unde hanc materiam concernentia in Lexicon suum Johannes Calvinus digessit; & à qvo nos etiam originem sub Hasta res bello partas vendendi, unde conseqventer ingenerati mores privatorum pignora in iudicati causam capta, hastâ positâ distrahendi, qvibus Imperatores Severus & Antoninus [kk] constituerunt authoritatem, dabimus: *Hastâ, armis, bello deniqve qvæsita tanti fecerunt*

bb. l. 4. C. de Fid. & Jur. Hast. Fisc. cc. orat. de leg. Agr. dd. Philipp. 2. ee ad Attic. lib. 12. ep. 3. ff. de Formul. lib. 6. gg. Cons. ad Marc. cap. 20. hh Philipp 2. ii. de Offic. lib. 2. kk. l. 3. C. de exec. rei judic.

runt veteres, ut qvæ ex hostibus caperemus, iure gentium statim nostra fierent: liberiqve homines bello capti, in servitutem nostram deducerentur. Hoc igitur insigni hastarum titulo, tutissimisq; iuris gentium insignibus, pelliciendo emptores, quò pluris licitarentur, ab emptione nullo periculo deterritos, res bello qvæsitas, hastâ positâ, omniumq; consensu confirmata autoritate, vendere cœperunt.

CAPUT III.

In acie perimi, apud Romanos erat, pro Republica cadere. Dani mortem in præliis obire cupidi. Dani ut Regibus suis obedirent, mori parati. In acie qvàm lectulo mori eligebant. Flammis cremari, inglorium erat; multi tamen eâ viâ in inimicos suos grassabantur.

DE glorioso mortis genere non parùm solliciti erant Romani & Dani, qvi crediderunt immortalis nominis intuitum omnes mortis nebulas facillimè dispulsurum, juxta Ciceronem: a. *Mors terribilis est iis, qvorum cum vita omnia extinguuntur, non iis, qvorum laus emori non potest.* Jam vero cum Imperator Justinianus b. graviter pronunciet, eos *qvi pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere*: & ii specialiter pro Republica cadere dicebantur, qvi in ipsa acie hostili manu viriliter caderent, ut ipse Imperator in præcedentibus explicat, ubi qværit, an filii, si in bello amissi sunt, ad tutelæ vel curæ muneris excusationem prosint; *Et constat*, inqvit, *eos solos prodesse, qvi in acie amittuntur. hi enim qvi pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.* Ad qvorum verborum sensum capi-

a. paradox. 2. b. Instit. lib. 1. tit. 25.

endi sunt Modestinus [c] & Gellius, [d] qvi in bello amissos prodesse tradunt, nam & bellum pro prælio dixit Sallustius. Confirmant Imperatoriam sententiam mirabiliter Acarnanes apud Livium, [e] qvi adversus Ætolos ducentes, *precati Epirotas sunt, ut qvi suorum in acie cecidissent, eos uno tumulo contegerent, adhiberentqve humatis titulum: Hic siti sunt Acarnanes, qvi adversus vim atq; injuriam Ætolorum pro patria pugnantes, mortem occubuerunt.* In hoc solo mortis genere fortem virum cerni, judicat Aristoteles: [f] *Non in omni mortis genere vir fortis cernitur, ut si qvis & in mari naufragio pereat, vel morbis conficiatur. In qvonam igitur? Noune in eo qvod pulcherrimum est? At tale est id qvod in bello oppetitur. In maximo enim & pulcherrimo periculo mors oppetitur. Testantur & comprobant hæc, qvæ dicimus, honores ii qvi & in liberis civitatibus, & apud Reges eis qvi in bello ceciderunt, decernuntur. Qvocirca fortis propriè dici possit is, qvi nec morte honestâ, nec iis impendentibus atqve instantibus qvæ mortem afferunt, perterretur: cujusmodi sunt ea maxime, qvæ in bello accidunt.* Apud Romanos igitur bene mori dicebatur, in prælio mori, sicut ex Qvintiliano & Livio Cuperus [g] observavit; qvocirca Phocas Imp. necatos in bello inter martyres haberi voluit, eâ viâ collapsam militiam Romanorum restitutum iri credens, ced Antistites restitisse, ex Balsamone observat Baronius. [h] Nostrates sanè qvondam inhiantes gloriosæ morti, non aliam anteactæ in armis vitæ dignam ducebant, nisi in acie & maximo prælii ardore acceptam. Ut exempla à domestisis scriptoribus allata atqve afferenda majorem fidem inveni-

c. lib. 7. Regularum. d. lib. 2 cap. 15. e. lib. 26. c. 25. f. de Moribus 3. lib. cap. 9. g. Observat. lib. 1. cap. 8. h. ad an. 610. num. 4.

veniant, audiatur, qvi variarum gentium facta feliciter literis commendavit patricius Romanus, Valerius Maximus: [i] *Alacris & fortis philosophia Cimbrorum, & Celtiberorum, qvi in acie exultabant, tanqvam gloriose & feliciter vitâ excessuri: lamentabantur in morbo, qvasi turpiter & miserabiliter perituri.* Expresserat illud ante eum Cicero: [k] *Itaqve barbari qvidem, & immanes ferro decertare acerrime possunt, ægrotare viriliter non qveunt. Græci autem homines non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt, sed iidem morbos toleranter atq; humanè ferunt. at Cimbri, & Celtiberi in prælio exsultant, lamentantur in morbo:* vulnera nempe mortemq; qvæ incerti præliorum casus infligunt, famâ & posteritatis judicio honestam memoriam afferre credentes; ut allegaverat eandem inter alias causam Tullius, hæc ibidem præmittens: *Sæpe enim multi, qvi aut propter victoriæ cupiditatem, aut propter gloriæ, aut etiam ut jus suum & libertatem tenerent, vulnera exceperunt fortiter, & tulerunt, iidem omissâ contentione dolorem morbi ferre non possunt: neqve enim illum, qvem facilè tulerant, ratione aut sapientiâ tulerant, sed studio potius & gloriâ.* qvasi vero ea nulla fuerit ratio aut sapientia, pericula mortemq; ævum allatura sempiternum æqvo animo excipere? qvâ spe ab altissimis animis in obvia incurri pericula ille ipse censet: [l] *Nescio qvomodo inhæret in mentibus qvasi sæculorum qvoddam augurium futurorum: idqve in maximis ingeniis altissimisqve animis & existit maxime, & apparet facillimè. qvo qvidem dempto, qvis tam esset amens, qvi semper in laboribus & periculis viveret?* nempe ea invidia Romanorum,

i. lib. 2. cap. 6. k. Tuscul. Qvæst. lib. 2. l. Tuscul. Qvæst. lib. 1.

norum, ut eadem facta à suis prædicarent, ab aliis patrata vitiorum coloribus deformare non erubescerent. Respexit enim & ad nostris oris egressos Seneca, qvos pericula mortemqve armis accepta intrepidè excipere, non audet denegare, & idcirco debito præconio exornat; neqve tamen abstinet, qvin qvæ alibi *fortiora solidaq; naturâ ingenia* deprædicaverat, barbaras mentes convicietur: m. *Hic barbaris forte mentibus in bella exitus est. cum mobiles animos species injuriæ perculit, aguntur statim: & qva dolor traxit, ruinæ modo regionibus incidunt incompositi, interridi, incauti, pericula appetentes sua: gaudent feriri, & instare ferro, & tela corpore urgere, & per suum vulnus exire.* Sine omni dubio, philosophiam tangit Cimbrorum, de qva loqventem audivimus Valerium, à qvo fortean sua hausit, qvi historiam Miscellam conflavit: n. *Læti perire in bello, in morbo cum lamentis, amisso duce vivere illicitum eis videbatur.* Ea in Duces caritas, & mortis sine metu contemplatio majoribus nostris erat. Sveno Rex filius Haraldi Blaatand, expeditionem in Anglos animo agitans, universam militiam Danorum undiqve moneri jussit, ut statuto die armata adesset, & Regis sententiam audiens, qvæqve imperarentur, devotissimè expleret. Absqve contradictione adunantur, instructiqve armis bellicis, gregatim Regi suo præsentantur; *ostentantes se paratos ad periculum & ad mortem, si tantum domini sui qveant perficere voluntatem*; ut loqvitur Encomiastes Emmæ: o. qvi ita probare voluit veritatem huius prioris sui effati: *Nullum tamen adeo difficile invenire poterat* (Sveno Rex) *negotium, ad qvod invitos impulisset milites, qvos multa liberali munificentia sibi fecerat obnoxios*.

m. lib. 3. de Ira cap. 3. n. lib. 5. o. lib. 1.

noxios & fideles. Atqve ut ſcias qvantus ſuorum fuerit in præcordiis affectus, pro certo affirmare valeam, qvod nullus formidine mortis periculum refugeret, ejusqve pro fidelitate hoſtibus innumeris ſolus, armatis etiam, manibus nudis imperterritus occurreret, ſi euntibus tantùm regale præmonſtraretur ſignum. Longum erit, per exempla ire, cum de Danis veriſſimè dicere poſſim, qvod de ſuæ civitatis hominibus Tullius: [p] *Noſtros non norunt, qvos enumerare magnum eſt: ita ſunt multi, qvibus videmus optabiles fuiſſe mortes cum gloria.* Haraldus Rex Hyldetand, ſenectâ gravis, *ferrum morbi cruciatibus anteponens, ſpiritum in acie qvàm lectulo deponere præoptavit, conſentaneum præteritæ vitæ operibus exitum habiturus. Itaqve qvò mortem ſuam clariorem efficeret, inferosqve comitatior peteret, complures fati comites adſciſcere geſtiebat*, memorante Saxone. [q] Qvi & de Baldero narrat, [r] qvod indubitatum ſibi fatum imminere ſentiens, dolore vulneris accenſus, die poſtera prælium renovaverit. *Qvo fervente, lecticâ ſe in aciem deferri juſſit, ne intra tabernaculum obſcurâ morte defungi videretur.* Æmula Alexandro Magno indoles, qvi lecto affixus, *obſcura & ignobili morte in tabernaculo ſuo extingui ſe* apud Curtium [ſ] *querebatur*. Sed plures dedit boreas Magnos. Egillus Ulfſerkus, qvi juventutem in armis ſummâ cum gloriâ egerat, utpote concredito ipſi ab Haraldo Pulchricomo Regio vexillo, Haqvini Regis tempore, gravis annis, ad bellicum ſtrepitum exſultat, timorem excuſſum exclamans, qvem mortis in lecto obeundæ horror ingeſſerat, cum in acie animam effundere præferret, qvod felicitatis tunc ſperare poterat, referente in Chronico Norvagiæ Snorrone. Idem ani-

p. Tuſc. Qvæſt. lib. I. q. lib. 7. r. lib. 3. ſ. lib 3. cap. 5.

animorum habitus Bodvaro Biarconi, cum Adilfus Sveciæ Rex domui, cui ipse cum Hrolfo Rege ejusq; cæteris Heroi-„ bus inerat, ignem injiceret, Illr daud dagi er þat ef vær sku-„ lum her inni brenna, oc kiore ek helldr at falla fyrir vop-„ num a flettum velli, oc ill verda þa æfilok kappa Hrolfs „ Konungs, ef svo skal tilganga. Se eknu eigi annat rad enn „ ganga a þilinn svo undan gangi, oc briotumst; vær svo ut ur „ husinu, ef þat ma leikast, enn þat var þo eigi barnaspil þui hu-„ sit var rambyggiliga smidat, oc hafi svo huer mann fyrir siger ver komum ut. *h. e. mala*, inqvit, *sunt fata nostra, si hoc incendio pereamus, nam in conflictu aperto congredi ibiq; cadere mallem; qvod si hoc nos absumpserit incendiũ, infortunata erit mors Hrolfi regis heroum. Unica superest salutis via, asseres domus (qvi tamen firmissimâ junctura compacti erant) frangendi, & eo modo evadendi. Tunc qvisqve nostrum, unum hostium prius ante obitum prosternere valet.* ut traditur in Hrolf Kraka sagâ. Horruit semper talem obitum strenuissimus ille Biarco, itaqve & supremâ pugnâ, inter alia, apud Saxonem [t] canit:

Nemo magis clausis refugit penetralibus uri,
Cumqve sua rogus esse domo.

id enim martiis viris contumeliosum abjectumq; visum, annotat Brynolfus, idq; patere ex Skarphiedini, Niali filii, dicto, cum pater claudi domum, si inimici noctu afforent, consultum judicaret. Skarphjedinus contrà sub dio exspectare adventum eorum maluit, addens *indecorum esse, more vulpecularum, intrà lustrum latebramq; comburi*; qvod dictum Niala, ad qvam Brynolfus lectorem mittit, sic expressit: [u] Em ek ok ofufs þess, at lata svæla mik inni sem melracka i greni.

Itaqve

[t] lib. 2. [u] cap. 119.

Itaqve cum flammis illatus obitus minùs censeretur Heroicus, qvi inimicos suos ultimâ mortis gloriâ privatos cuperent, domibus inclusos, clam injecto igne concremabant. Sic, referente Saxone [x]. Hotherus interceptum Gunnonem ardenti pyræ injectum cremavit, qvod ipse Gevarum ante per insidias occupatum, nocturno vivum igne consumpserat. Freqventissima in Chronico Norvegico exempla. Ibi Visbur eâ pernicie per filios absumptus legitur: Eisteinus à Solvo: sex reguli ab Ingialdo: Haqvinus ab Hareko: HaugneKaaresen & Gulbrandus Herse ab Haraldo Pulchricomo: Wæmundus regulus ab Ragnvaldo Comite: Ragnvaldus Comes ab HaldanoHaaleg & GudrodoLiome: Ragnvaldus Rettilbein ab Erico Blodoxe: Sigurdus Jarlus ab Haraldo, Erlingo & Griotgardo: Gudridus abHiorningo & Torgero; qvi tamen, qvantum ex versione ejus Chronici colligere datur, erumpens, dimicando cecidit, ex voto istius temporis optabilius; Cum ii demum congruenter militibus mori ducerentur, qvi in acie spiritum efflarent, ferro perempti. Sicuti gladio perire Imperatoriam mortem interpretabatur Alexander Severus, cui cum Thrasybulus mathematicus dixisset, *necessitatem esse ut gladio barbarico periret, primò lætatus est, qvòd sibi mortem bellicam & imperatoriam crederet imminere: deinde disputavit, ostenditqve optimos qvosqve violentâ morte consumptos*, ut in vita ejus refert Ælius Lampridius.

CAPUT. IV.

Dani in lectis mori nolentes, vel manum sibi ipsis inferebant, vel ab amicis occidi malebant. In Fostbrædralagi unus socius alterius ferro perempti mortem D vin-

x. lib. 3.

vindicaret. Armis ante mortem indui, magnificum. Vulnera pectore excepta honorifica, in facie minus decora, in tergo ignominiosa.

QVibus in prælio exitum sors negabat, senio tamen vel morbo, in lecto recubantes dissolvi, perpetuæ infamiæ notabatur; qvam ut effugerent, vel ipsi exitum invenerunt propriæ manus beneficio, Hispanis similes, de qvibus Silius Italicus [a] canit:

Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem.
Namqve ubi transcendit florentes viribus annos,
Impatiens ævi spernit novisse senectam,
Et fati modus in dextra est.

Sic de Helgone Rege opinari qvosdam scribit Saxo, [b] *qvod super districtum gladium incumbendo, voluntariâ se morte consumpserit.* Sed certiora edocet Historia filii ipsius Rolfonis Krake, nempe Helgonem insidiis Atilsi Regis Sveciæ circumventum occubuisse. Sed Hadingus certè, Hundingo Sveciæ regi, qvi dum Hadingi obitum falso acceptum nuncio inferiis excepturus, optimatibus opiparum convivium instruxisset, & ipse pincernam agens, in dolium cereali liqvore repletum collapsus, interclusum humore spiritum reddidisset: superesse non passus, *parem veneratori gratiam relaturus, suspendio se vulgo inspectante consumpsit*, ut loqvitur Saxo. [c] Addit Krantzius, [d] *Ita virum bello fortissimum, non virili morte concessisse in fata, & esse hunc duorum Regum amicissimorum exitum perqvàm ridiculum.* Sed regerit Olaus Magni: [e] *parem se horum mortem putare præcipuæ virtuti magnorum Græciæ & Latii principum, qvi voluntariam in mortem, ne fidem promissam violarent, se tradiderunt.* qvod Scheffero qvo-

a. lib. 1. b. lib. 2. c. lib. 1. d. Svec. lib. 1. cap. 16. e. lib. 13. cap 33.

ro qvoqve dictum velim, qvi hoc *mortis genus fœdissimum* [f] dixit. Causam se utriusqve facti, non factum laudare, scribit Parens beatæ memoriæ, [g] non ingloriam mortem utriusqve, præsertim Hadingi, concludens his verbis: *Majus vero amicitiæ & constantiæ argumentum subministrat Hadingus, qvàm Hundingus, ille infami, hic dulci morte. Utriusqve tamen animus propari laude decertat, huius, qvod prior, etiam falso nuncio accepto, mortem eligere pro altero voluerit; illius, qvod seqvi voluerit, paremqve gratiam referre in morte, qvem antea jam satis vivum regni Svetiæ donatione sibi obstrinxerat.* Sane Krantzium, si habitum temporum illorum considerasset, cautiorem fuisse, par erat, qvàm ut Hadingi mortem non virilem pronunciaret, qvi ex eo genere lethi non nisi perennem nominis laudem captabat, ut ejus mortem Ericus Rex vel alius potiùs author Historiæ Regum Daniæ, qvæ tam augusto nomine superbit, commemorat: *Hadding er filius Gram, post multas victorias indignum ducens mori in lecto qvasi pecus, propter laudem mundi, & posteritatis memoriam, seipsum suspendit.* qvod nostro idiomate ita expressit Chronicon Danicum vetustum in membranâ exaratum: "æfther mangæ scyær han hauthæ wunet, tha thatæ hannum skam oc wanhæther wæræ, at liggæ döth i sæng som eet fæ. For wærdsens loff og priis, og hans æfftherkomindæ til eet ævæ aminælsæ, tha hæyndæ han seg sielff op."

Fuerunt autem alii, qvi vitæ saturi, non suppetente præliorum decore, speciosam tamen mortem appetentes, amicorum manum in subsidium advocarent. Qvod mortis genus Starcathero arrisit, qvi apud Saxonem, [h] lenem & sine vulnere mortem respuens,

 Ast

f. Upsal. cap. 9 g. de Medic. Dan. domest. disser. 7. h. lib. 6.

Aſt ego, qvi totum concuſſi cladibus orbem,
Leni morte fruar? placidoqve ſub aſtra levandus
Funere, vi morbi defungar vulneris expers?

fuerat enim ab ineunte adoleſcentia caſtra ſecutus, ut de ſe ipſe canit: [i]

At mihi, ſi recolo, naſcenti fata dedere
Bella ſeqvi, belloq́ mori, miſcere tumultus,
Invigilare armis, vitam exercere cruentam.
Caſtra qvietis inops colui, pacemqve peroſus,
Sub ſignis, Gradive, tuis diſcrimine ſummo
Conſenui, victoq́ metu pugnare decorum,
Turpe vacare ratus, crebras committere cædes
Egregium duxi, & ſtrages celebrare freqventes.

Qvapropter prolixâ jam ætate defeſſus, *cum caſtrorum ſtipendiis, ac gladiatorio munere emeritus haberetur, ne ſenii vitio priſtinum gloriæ decus amitteret, egregium fore putavit, ſi voluntarium ſibi conſciſceret exitum, fatumqve proprio maturaſſet arbitrio. Itaqve qui toties excellentes ediderat pugnas, incruentâ morte defungi ignobile ratus, ut ſpecioſo obitu præteritæ vitæ claritatem augeret, maluit ab ingenuo qvovis interfici, qvàm ſerum naturæ jaculum opperiri. Adeo qvondam rei bellicæ deditis morbo oppetere probroſum exiſtimatum eſt. Itaqve cum & corpore invalido & defectis perſpicuitate luminibus eſſet, diuturnioris vitæ moram peroſus, emendi in ſe percuſſoris gratia, aurum collo appenſum gerebat.* Neqve tamen degenerem voluit percuſſorem, ſed amicum ſuum Hatherum, virum pugnacem, & urgenti hoſti tergum dare neſcium exoptabat. Cui tandem oblato, *cupidè enſe præbito, pronam poſtmodùm cervicem applicuit: ne timidè per-*

i. Saxo lib. 8.

percussoris opus exeqveretur, aut ferro muliebriter uteretur, hortatus; præfatusq́, qvod si peractâ cæde, ante cadaveris lapsum, caput ac truncum medius interfiltret, armis innocuus redderetur. Qvod utrum instruendi percussoris gratiâ, an puniendi dixerit, incertum est. Fore enim poterat, ut saltantem eximii cadaveris moles obrueret. Igitur Hatherus adacto vegetè gladio, senem capite demutilavit.

Tam cupidi erant vi armorum emittendi spiritus, cum aliæ mortes minùs honoratiores eousqve essent, ut in arctissima illa societate *Fostbrædralag* dictâ, qvando initâ amicitiâ perpetuò duraturâ, se ad vindicandum alterius mortem strictissimè obligabant, id adderetur, *si modò socius armis vitam finiret*: uti legitur in Orm Storolfssonar sogu [k] de Ormo Storolfi & Asbiorno Modesto: þar kom " at þeir sorust i fostbrædralag at fornum sid, at huer " skylldi annars hefna, sa et lengr lifdi, ef han yrdi vopn- " daudr. h. e. *Tandem more veterum societatem sub juramento inierunt, ut qvi diutius viveret, mortem alterius ulcisceretur, si armis vitam finire eum contingeret.* Sic & de Hogino atqve Hithino Saxo [l]. narrat, conjurasse invicem, *uter ferro perisset, alterum alterius ultorem fore.*

Verum prolapsu temporis, cum fidei Christianæ præceptis adversaretur, injussu Dei de statione vitæ decedere, neqve tamen militares Heroum nostrorum spiritus ignavam in lecto mortem concoqvere possent; ubi hostilis manus deficiebat, excogitasse eos qvoddam martii obitus instar, relatum est in litteras. Erit in omne ævum cum cura dicendus Sivardus Danus, Huntyngdoniæ Westmerlandiæ Cumberlandiæ & Northumbriæ, qvondam in Angliâ

k. cap 6. l. lib. 5.

Comes. Is regio Danorum sangvine ortus, paternas terras relinqvens, post arma alibi circumlata, apud Northumbriam applicuit. Dein Lundoniam venienti rex Edwardus Ethelredi filius possessiones ac honores non exiles si secum staret, promisit; *Rege enim à Danis infestato, consulebant terræ majores, qvod parvus dæmon magno dæmoni traderetur. Sicqve Rex concessit Siwardo Westmerlandiam & Northumbriam; qvas qvidem terras potenter pacificavit, & regis inimicos contrivit.* uti memorat Bromton abbas Jornalensis. [m] Transacto per magnam armorum gloriam vitæ cursu, & novissimè Rege Scotorum victo, regnoqve ejus destructo & subjugato: Cum illo ultimo operum mortalium edito, per alvum usqve ad defectionem solutam, mortem imminentem sentiret, indignatus qvod, postqvam ætatem asperis militiæ laboribus vincendo transegisset, ignobili vaccarum morti cum dedecore succumberet, non stantem modò Imperatorem mori oportere, cum Vespasiano judicavit; sed ut denegatam in præliis toties commissis militarem verè mortem eò magis imitaretur, plenam armaturam qvàm maximè decoram indui voluit, ut sic militum ducumqve fortissimus modo strenui militis moreretur, & taliter moriendo, memoriam nominis sui longissimam efficeret. Præstat masculam ipsius ultimam vocem, & conclusum cum merito totius posteritatis applausu supremum vitæ actum, postqvam mimum vitæ fortissimè transegerat, ex Huntindoniensi, Rad. de Diceto, Bromtono & Henr. de Knyghton, Anglorum Historicis, Danico nomini non nimiùm aliàs æqvis, audire: *Siwardus Consul fortissimus & rigidissimus, profluvio ventris ductus, mortem sensit imminere, dixitq;*

m. Chron. p. 946.

dixitq; Qvantus pudor me tot in bellis mori non potuisse, ut vaccarum morti cum dedecore reservarer? Induite me saltē lorica mea impenetrabili, præcingite gladio, sublimate galea: scutum in læva, securim auratam mihi ponite in dextra, ut militum fortissimus modo militis moriar, nam ita decet militem defungi, & non ut bos accubans enervari. Dixerat. & ut dixerat, armatus honorificè spiritum exhalavit. O efficacem concionem! Qvis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus, & stans mori! cum Seneca [n] exclamemus, *mors enim non est gloriosa, sed fortiter mori gloriosum est.* Et qvis magis fortiter Siwardo nostro! neqve enim ullum mortis intrepidæ & generosæ exemplum summis militiæ Ducibus hoc magis imitandum esse, judicavit non minimi vir judicii, qvi similem obitum Ducis superiori seculo eâdem magnanimitate vitam claudentis altissimo elogio exornat, non esse fando auditum, pulchriorem mortem ullum unqvam obiisse. Fuit is Maximilianus Egmondanus, Buræ Comes, vir pace ac bello magnus, Carolo Qvinto Imperatori admodum carus, benevolâ auxilii opportuno tempore ad bellum Germanicum adducti memoriâ. Huic Bruxellis anginâ laboranti, iam deploratâ salute, cum Andreas Vesalius raræ doctrinæ ac judicii Medicus, mortis horam ac penè momentū prædixisset, non modò magno apparatu convivium instrui jussit, & omni gazâ ac supellectile argenteâ expositâ amicos vocavit, qvibuscum mensæ assidens, dona liberalitate summâ distribuit, atqve extremum vale nihil commoto animo dixit, qvæ referre Thuanus [o] contentus est; sed insuper, qvo præsertim Siwardum nostrum imitatus est, ditissimam & splendidissimam armaturam super indu-

n. epist. 28. o. lib. 5.

induxit, & tunc in conventu plurimorum militiæ tribunorum ducumqve, breviter honores à Domino suo in se collatos recensuit, atq; evacuato in honorem ejus scypho, amicis longum vale dixit: & redditis ultrò Vesalio ob fidelem prædictionem gratiis, inter brachia suorum fortem animam emisit; qvemadmodum illum casum prolixè recenset Petrus de Bourdeille dominus de Brantome in vitis illustrium virorum lingvâ Gallicâ conscriptis, ubi ad Burani mortem describendam se accingens, magnifico præconio incipit: *Ce. Comte de Buren mourut à Bruxelles, & fit la plus belle mort, de laqvelle on oüit iamais parler au monde: qvi fit croire, qv'il avoit un courage tresnoble & haut.* & mox recensitâ Vesalii prædictione, subjungit: *Tellement qve Vesalius fut cause, qve le Comte fit la plus belle mort, de laqvelle on ait jamais oüis parler, depuis que les Roys portent couronnes.* Deniqve ubi se cum admiratione super Heroicâ ejus præparatione ad excipiendam mortem extendit, ita magnus judicii scriptor concludit: *J'ay appris tout cecy de vive voix d'aucuns de Flandres, ou grands & petits parlent encor aujourdhuy de la mort de ce brave Seigneur, Comte de Buren: la memoire duqvel ne doit jamais perir entre les hommes.* Neqve desinet ipsius memoria, qvam diu litteræ durant. Et parem gloriæ æternitatem Sivardo nostro auguramur, qvi paria fecit; nisi supergressum dicamus martiæ mortis cupidine.

Neqve tamen hoc unicum solùm specimen habemus invicti Syvardi & verè Danici animi. Magna vox, & ex alto Heroici pectoris erumpens ad nunciatam filii mortem; nihil enim aliud, qvàm in accepti vulneris locum inqvi-

inqvifivit. Qvod adverfo corpori inflictum audiens, id demū filio fibiqve dignum mortis genus confeffus eft, narrante, cui Bromton & Knighton concinunt, Huntindonienfi: p. *Sivardus Conful fortiffimus Northumbre, penè gigas ftatura, manu verò & mente prædura, mifit filium fuum in Scotiam conqverendam. Qvem cum bello cæfum, patri renunciaffent, ait: Recepit ne vulnus letale in anteriori vel pofteriori corporis parte? Dixerunt nuntii in anteriori. At ille, gaudeo plane, non enim alio me vel filium meum digner funere.* Sicuti enim hujusmodi vulnera tanti fecit Marius, ut inter imagines, & nobilitatē, non hæreditate relictam, fed qvam ipfe plurimis fuis laboribus & periculis qvæfiverat, jactet apud Salluftium *cicatrices adverfo corpore;* ita & illa vulnera fola honorifica Danis reputata, qvæ ut gloriofè exciperent, non dubitaverunt infeftis fe ingerere mucronibus. Simul perfvafum habebant, necem eius qvi pronus occubuerit, non fore inultam. Sciscitanti Kuoldulfo de morte Thorulfi filii fui, cum Olverus Hnufa expofuiffet, non procul à Rege in faciem cecidiffe, fatisfactum vetulo, *Optime dixifti,* exclamat, *nam antiqvi dicebant mortem eius non fore inultam, qvi in faciem caderet, ultionemqve prope eum futuram, qvem defunctus cadens attingeret,* memorante Eigils Saga: q. vel hefir þu fagt, þuiat þad hafa gamlir menn fagt, at þefs" mans munde hefnt verda er felli a grufu, oc þeim nær" koma hefndin er fyrir yrdi er hinn felli. Ejusmodi vulneribus proftrabantur ab Marianis Cimbri, cum fortiffimus qvisq; eorum, qvem in pugnando ceperat locum, eum amiffâ animâ corpore tegeret, Plutarcho r. referente. Et fimili egregiâ morte defunctos Haraldi Hyldetandi mi-

E lites

p. lib. 6. q cap. 24. r. in Mario.

lites habet Saxo, [s] *quorum jacebant circa currum Regis innumera extinctorum corpora, rotarumqve fastigium congeries funesta vincebat.* Tantusq; ejusmodi vulneribus honos mansit, ut post plurima sæcula Canutus Dux Slesvicensis, benè de Rege Nicolao se meritum demonstraturus, *ne ulterius*, inqvit, *privatæ militiæ facta prosequar, etiam in publicâ adverso pro te vulnera corpore excepi.* Et Waldemarus memorati Canuti filius, dolo Svenonis Regis appeti se intelligens, *meminisse monet, ut corpore adverso diras pro eo plagas acceperit, ut secum majorem semper victoriæ partem traxerit, egregiisqve meritis suis gratiæ loco dolum ac fallaciam erogari conqveritur.* Ut de utroqve loqvitur Saxo. [t] Sed si cui licere oportet memorare stupenda vulnera, in gloriam perpetuam transfossi versura, ea Ubboni Haraldi Hyldetanni militi concedetur licentia. Is ingenti hostium editâ strage, non nisi pectus centum qvadraginta qvatuor sagittis confossus, succubuit, honestissimis fortissimæ animæ & freqventibus patefactis rimis. Audiatur cum admiratione casum eius enarrans Saxo: [u] *Interea Ubbo Fresicus* (ex Fresia minore, Daniæ provincia, oriundus, vel eiusdem Regulus ditionis, si Chronicon Erici Pomerani nomine fulgens seqvi lubet) *promptissimus Haraldi miles, ac præ aliis habitu corporis insignis, præter undecim qvos in acie vulneraverat, viginti qvinqve delectorum pugilum interfecit. Ii omnes Sveti sangvine fuere, vel Gothi. Deinde primam aggressus aciem, confertissimos hostes insilit, palantesq; metu Sveones hac illac hasta gladioqve dispellit. Et jam penè res in fugam cesserat, cum Hagder, Rolder, & Gretir æmulatione virtutis athletam adorti, publicam*

s. lib. 8. t. libris 13. & 14. u. lib. 8.

blicam perniciem privato redimere periculo statuerunt. Verum comminus instare veriti, spiculis procul agendum curabant. Sicqve crebrescentibus jaculis eminus Ubbo confoditur, nemine propius cum ipso manum conserere præsumente. Centum qvadraginta qvatuor sagittæ prius pectus præliantis obsederant, qvam lapsis corporis viribus solo poplitem daret. Reliqvit post se haud paucis fortitudinis gradibus famosum in Romana historia Cassium Scævam Julii Cæsaris Centurionem, qvi pugna ad Dyrrachium centum & viginti ictibus non pectus sed scutum perforatum reportavit; qvem numerum, post Svetonium, x. compilator Historiæ Miscellæ y. expressit. Plutarchus z. tamen numero ictuum, decem adjecit. Tam gloriosa cum haberentur vulnera, qvæ adverso corpore excipiebantur, miratur non immeritò Saxo, aa. vulnus unum Haldani graviter affecti evidentiùs ori inflictum, *plenum ei contumeliæ cognomen impressisse, qvum potiùs vulnera adverso corpore excepta laudem qvàm dedecus afferre soleant.* culpam rejicit in mobile vulgi judicium, *adeo*, inqvit, *maligna virtutum interpres vulgaris interdum existit opinio.* Sed fuisse qvondam minus decorum, faciem magnorum Procerum ferire, ex Skulo Duce Norvegiæ discimus, qvi irruentibus in se inimicis, ne vulneribus faciem deturparent, graviter deterret, hann mællti ſa, hogguit eigi i andlit mer, ſuiat ſat er eigi fidr at giora vid Hofdingia. h. e. " *faciem meam ferire nolite, cum indecens sit Ducem qvempiam taliter dehonestare,* uti legitur in Sagâ Haconar Gamla. Hinc sine dubio Starcatherus, qvi tot dira vulnera exceperat, ubi ferro Gegathum petens, acerbissimum capite vulnus reportat, *postmodum in qvodam carmine,*

x. in Julio. cap. 68. y. lib. 6. z. in Cæsare. aa. lib. 7.

non aliàs tristiorem sibi plagam incidisse perhibuit, qvod licet discissi capitis partes exteriore pellis ambitu necterentur, latens tamen in vulnere livor clausum putredinis contagium occultabat. Saxone [bb] memorante.

Ea autem vulnera pudori dedecoriqve fuerunt, qvæ aversa corporis parte accipiebantur, qvæ *Klamhögg* dicebantur; Glossarium Islandicum ab Stephanio [cc] adductū *fœdum ictum* interpretatur. Cum Bosa Rorici dorsum in duas partes diffinderet, illud *Klamhögg* vel ignominiosum vulnus omnibus visum est, ut exprimit Herrauds oc Bosa saga: [dd] „Bosi slo þa epter honom, oc kom hoggid a „hryggin, so.fier fiell huor hluturin. þotti ollum þad „Klamhogg. Alias propriè *Klamhogg* dicebantur obscœnis partibus inflicta vulnera, qvæ maximè opprobriosa, unde in Psalmo Davidico [ee] canitur: *Excitatus est autem tanqvam dormiens dominus, tanqvam potens clamans à vino: Et percussit hostes suos retrorsum, opprobrium perpetuum dedit eis.* Haraldum Blaatandum igni in sylva accenso, curvato corpore adstantem Palnatoko latenter sagittâ transverberavit, qvæ per anum impacta ore „exiit, ok er sua frasagt, ad orin flygi beint i rass i Ko„nunginum ok sua ut um munninn. eam adservatam sagittam Fiolnerus postea filio & successori Haraldi Sveno„ni monstravit, addens: þessi veitti honum bana suivirdiligann. h. e. *hæc letale vulnus ipsi ignominiosè attulit.* qvemadmodum in Jomswikinga saga [ff] refertur. De alio Haraldo Daniæ Rege, cognomento Hyldetand, memorat Saxo, [gg] qvod adolescentulum adhuc, fugientibus sociis cupidiùs dimicantem, mater eius ad propinqvum nemus nu-

bb. lib. 6. cc. notis in Saxonis lib. 6. dd. cap. 3. ee. 78. v. 65, 66. ff. cap. 11. gg lib. 7.

humeris deportaverit, interim hostium qvodam dependentis pygam sagittâ configente; *igitur Haraldus plus ruboris sibi, qvàm opis maternâ curâ allatum existimavit.* Præcipuæ enim ignominiæ vertebatur natium mutilatio, qvas cum ad os usqve Adilso Sveciæ Regi Hrolfus Daniæ Monarcha abscidisset, insuper verbis insultans, *ut eâ contumeliâ contentus illo tempore esset, rogavit*, uti legitur in Hrolfs Kraka saga: þa hleypir at hanum Hrolfr " Konungr oc hio af honum þiohnappana bada nidr at beini. Hrolfr Konungr mællti þa til Adils Konungs, oc " bad hann hallda þessari skomm um hrid. Neqve minore insultatione, simile vulnus ab Starcathero auri opifex, Helgæ regiæ virginis illector, recepit, à qvo *medias cæsus nates, lapso seminecis vestigio concidit. Qvippe percussor magnopere cavendum duxerat, ne clarissimas manus turpissimi cinistonis exitio commodaret, improbi amoris faces gravius ignominiâ qvàm morte mulctatas existimans. Ita a qvibusdam calamitosius extincto punitior existimatur.* unde ipse Starcatherus apud Saxonem [hh] triumphanti similis canit:

Eripui ferrum fabriq́ pudenda fugacis
Persecui: patuêre nates & ab osse resectæ
Viscera nudabant.

Nec minus Hildigesleus claro Teutonum loco ortus, ab Hagbartho *ambas nates telo trajectus, insectandorum risu Teutonum occasio extitit, qvòd opprobrii notâ plagæ deformitas non careret;* Saxone [ii] memorante. Itaqve non immerito inter majora vulnera *Klambogg* numeratur in Gragaas: [kk] þad metz sem hin meiri sar, ef madr scer " tungo or hofdi manni, edr stingr augo or hofdi, edr scer "

bh. lib. 6. ii. lib 7. kk. in Vigslode.

„af manni nef edr eyro, edr brytr tenn or hofdi manni, „enn ta er fcorit er fcedr beini edr briofki. Sva er oc, ef „madr gelldir mann, edr hoggr Klamhogg um tio tuer. h. e. *Hæc majora vulnera æstimantur, si qvis lingvam alicui ex gutture exscindat, vel oculos eruat, vel nasum aut aures abscindat, vel dentes infringat; tunc autem scissum dicitur, si noceatur offi vel cartilagini. Similia vulnera reputantur, si qvis aliqvem castraverit, vel obscæno vulnere clunes dissecuerit.* Qvi hujusmodi aliqvo vulnere alteri cuipiam nocebat, eum ipso facto eadem lex extorrem & pace privatum sanxit; cum veteribus cujuscunqve membri abscissio horrenda esset, luctuosam ducentibus calamitatem, qvæ vivis interdum damnatâ corporum parte contingeret. Reddit rationem apud Saxonem.[ll.] Rex Norvegiæ Collerus:*Huic*, inqvit, *calamitati non segnius qvàm ultimæ sorti succurrendum existimo. Sæpe enim incolumi spiritu membrorum clades pugnantibus incidit. qvæ sors omni fato tristior duci solet. qvod mors omnem memoriam tollat, vivens verò proprii corporis stragem negligere neqveat.*

CAPUT. V.

Dani capi horrebant, ne vitam inimicis deberent. Famæ præcipua cura, ne morituri metum aliqvem verbis proderent. Jomsburgensium ad mortem ductorum masculæ voces. Capite abscisso, nullus corpori vel capiti sensus remanet. Tormenta sine gemitu pati, virile. Ad ictus, oculis connivere, non licuit. Duces captivis capita amputabant. Lictorum officium. Dani ut votum solverent, mori non timebant.

Cre-

ll. lib. 3.

CRedibile est veteres exhorruisse membrorum mutilationes, cum iis amputatis inhabiles ad resistendum hosti redditi, in inimicorum arbitrium vivi caderent. Id intensissimis mortis cruciatibus longè ducebatur acerbius; *enimvero ingenita Danico sangvini virtus captivitatis sortem omni fato tristiorem existimat*, inqvit Saxo. [a] Et apud eundem [b] Prislavus Danos cohortatus: *Æmulanda*, ait, *Danici sangvinis & nominis virtus, omniqve studio enitendum, ut aut nobis victoria reditum, aut speciosa mors æternum famæ pariat monimentum. Mori vobis commilitones qvàm capi præstat.* Maximè pavebant, ne titulos honorum fortibus factis meritos in posteritatis memoria denigraret inimici beneficio data vita, & latæ captivitatis ignominia. Eâ curâ sollicito Frothoni Regi invisa erat vitæ productio, solam tristitiæ memoriam relatura, qvi ab Erico interrogatus, *an vitam, pacemqve deposceret?* mortem ducebat jucundiorem, itaqve se invitum lucem excepturum, & si fato ferrum negaret, propria sibi manu cladem consciscendam curaret. Unde autem tam obstinata vitæ salutisq; aversatio? indicet magnanimus ille ipse Rex: *Qvid tanto*, inqvit, *superstes dedecori reservabor? Qvæ mihi libertas tam felix erit, ut captivitatis ignominiam demat? Qvid mihi seqventia conferent tempora, qvæ nihil nisi præteritorum miseriam redolentia, longam animo pœnitentiam generabunt? Reddideris regnum, sororem reduxeris, instauraveris gazam, claritatem reparare non poteris. Nihil qvod resartum est, integri splendorem habebit. Captivum fuisse Frothonem longæva recensebit Fama.* Famæ suæ majus damnum duxit, qvam qvod æstimari posset; ad qvam præcipua rerum sibi aliis

a. lib. 12. b. lib. 14.

aliisqve Principibus dirigenda, pulcherrimè docet: *Ingens hoc regii pudoris irritamentum est. Sufficit hæc sola Duci ad moriendum causa, cui nihil gloriâ magis placere convenit: quâ si careat, cæterorum inopem putes. Nihil enim in Rege celebrius famâ.* Et est observatu dignissimum, qvod Ericus eum mori obstinatum movisse tum aliâ, tum eâ præcipuè videatur oratione, qvæ nullum gloriæ famæqve factum dispendium: propositum moriendi, effeminati animi habituram indicium posteritatem; & libertati eius nihil detractum esse, edocuit; qvod Erici alloqvium apud Saxonem [c] legi potest. Ea famæ nostratibus cura, ut in Marii schola edoctos crederes, qvi apud Sallustium, [d] *illa multo optuma*, inqvit, *reipublicæ doctus sum, hostis ferire, præsidia agitare, nihil metuere nisi turpem famam.* Sed ut in tota vita, sic præsertim in morte distingvere adlaborabant apud posteros memoriam famamq; honesti exitus ab ignaviâ per silentium pereuntium; itaqve aspici volebant ut viri morti obvii, nihil dicentes, nisi qvo gloriam augerent. Detur hoc Jomsburgensium nomini, qvorum extremis masculis vocibus cum vix qvippiam in tota antiqvitate anteponi possit, ut hec in traditione supremorum accipiant habeantqve propriam memoriam. Erant autem Jomsburgenses seu Julinenses, Danicæ Juventutis præcipui, in Jomsburgo seu Julino Sclaviæ ab Haraldo Blaatando subactæ urbe, militaris cujusdam reipublicæ formam constituentes, saluberrimis Palnatokonis legibus fortiores effecti. Qvi Haqvinum Norvegiæ Comitem in regno suo aggressi, non tam armis qvàm infandis maleficiis fracti, Duce Sivaldo fugiente, cum præstantissimus qvisqve capti ad supplicium ducerentur, tantâ inter su-
prema

c. lib. 5. d. in Jugurth.

prema conſtantiâ agebant, ut ſparſam de animis illorum inſito mortis deſpectu famam ſufficienter impleverint. De hac ipſorum expeditione,integra lingvâ antiqvâ Danicâ conſcripta, luce digniſſima, exſtat Hiſtoria, à qvâ excerpta ultima ipſorum verba intueri non ab hoc loco fuerit alienum.

Primus brevi voce hâc animi ſenſum prodere ſatis habuit: þat mun mer verda ſem minum fodur at ek mun deyia. h. e. *idem mihi accidat qvod patri meo nempe qvod moriar.* Hic mortem ſe ſolatur ſub ipſam, qvod ſibi nihil accideret, niſi qvod pater ipſius antea expertus fuiſſet, cujus veſtigia ſeqvi, filio ſemper honori vertitur. Hinc Ericus Frothoni optanti mortem *Fortiſſimo*, referente Saxone, [c] inqvit,*parente genitus, ultimæ imbecillitatis ſpectaculum dabis?* Veroſimile autem eſt Patrem hujus Jomsburgenſis violentâ qvoqve morte occubuiſſe, atqve ideo lætari filium, qvod mortis genere, qvo nullum tunc exoptatius, patri dignaretur æqvari.

Secundum Thorkillus ipſum decollaturus rogavit,qvali moribundus animo eſſet? qvi maſculè repoſuit: Eigi man ek glogt log vor Jomsvikinga ef ek tala ædru edr kuidi vid bana minum oc eigi ſkal þat ydar hroſun, þui eitt ſinn ſkal huer deyia. h. e. *Legum noſtrarum Jomsburgenſium parùm memor eſſem, ſi ſub mortem verba timoroſa proferrem. Neqve tamen factum hoc vobis cedet in aliqvam gloriam, cum omnibus ſemel moriendum ſit.* In ſimilem ſententiam apud Saxonem. [f] erumpit Starcatherus.

— — fors ultima vivum
Qvemqve rapit.

F unde

c. lib. 5. f. lib. 6.

unde Regnerus Lodbrok in cygnea ſua cantione [g] viro forti nihil morte certius accidere canit:

„ Huat er drengr at ſeigri.

Tertius roganti Thorkillo qvo animo mortem ſubiret, re„geſſit: Gott þikir mer at deyia vid godan ordſtyr, enn „þer mun ſkomm at lifi þinu þui þat mun verda illa oc ſkamma ſtund. h. e. *Gaudeo me cum bonâ famâ mori, tibi vero vita ignominiam adferet, qvam brevem & infamem tranſiges.* Sic in Kununga ſtyrilſe. [h] *honeſtius fortiter in prælio occumbere, qvàm vivere cum damno ac dedecore.* Erat & honeſtum genus mortis, captivis in prælio caput amputari, honeſtiſſimum ſanè Græcis, teſtante Xenophonte, [i] Clearcho & Ducibus cæteris præciſa fuiſſe capita, *qvæ mors eſſe videbatur honeſtiſſima.*

Qvartus productus ſublimius verbum protulit: Ek „hygg all gott til at deyia, ſegir hann, oc þikir mer nu „vel tilbera, enn þat villda ek at þu hogguir ſem ſkiotaſt „af mer hofudit þui um þat hofum ver rædt Jomsvikin„gar, huart madr mundi nockud til vita þa af væri hofu„dit, enn ek helld her a tigilknifi, oc ſkal þat til marks „vera at ek munn viſa framm at þer Knifinum ef ek veit „nockud fra mer, ella mun hann falla ur hendi mer. Oc „hogg þu ſem skiotaſt af mer hofudit, ſva at þetta megi „reynt verda. Nu hoggr þorkell þenna mann ſkiott, oc „þegar fell knifrinn ur hendi honum ſem von var at. h. e. *Bono animo mortem ſubeo, nam hæc hora mihi grata eſt. Rogo autem ut qvàm citiſſimè caput mihi amputes, nam qvæſtio inter nos Jomsburgenſes agitata fuit, utrum decollatus ſenſibus uti valeat; itaqve cultellum manu teneo, ſi eum capite amputato tibi porrexero; ſigno erit me ſenſibus*

g. ſtr. 22, h part. 4. mem 7. ſect. 13, i de exped. Cyri lib. 2.

ſibus non prorſus deſtitutum: aliàs de manibus meis protinus decidet. Ideo qvàm velociſſimè caput amputa, qvò controverſia hæc dirimi qveat. Thorkillus expeditè caput ipſi amputavit, culter vero ut par erat, è manu eius dilapſus eſt. Non itaqve omnis Philoſophiæ expertes fuiſſe Jomsburgenſes concludamus, cum & huic qvæſtioni reſolvendæ famoſus Ariſtoteles inſudaverit, licet id neutiqvam veroſimile crediderit, in qvam ſententiam omnes qvoqve ſanioris ſenſus pedibus ituros credimus. Verba ejus hæc ſunt [k] ex interpretatione Theodori Gazæ: *Ictu etiam trajecta præcordia in præliis riſum attuliſſe proditum eſt, ſcilicet calore, qvem moveat vulnus. Hoc enim veriſimiliùs credi poteſt, qvàm qvod de capite referunt, ut abſciſſum loqvi potuerit. Sunt enim qvi hoc dicant, Homerumq; teſtem adhibeant, qvaſi ob eam rem illud dixerit,*

Ipſeqve dum loqvitur, miſcetur pulvere vertex.

Non enim dum ipſe homo, ſed dum ipſe vertex, intelligi volunt. In terra Caria, res adeo pro vera habita eſt, ut reum qvendam ex incolis egerint. Cum enim Jovis Hoploſmii ſacerdos eſſet occiſus, & à qvo non conſtaret, nonnulli ſeſe audiviſſe retulerunt, capite præciſo dicente ſæpius,

Virum ſuper viro Cercidas occidit.

Itaqve hominem, cui nomen Cercidas, in provincia qvæſierunt, compertumqve in judicium duxerunt. Sed fieri non poteſt ut caput præciſa arteria, & ſine motu pulmonis loqvatur. Nec apud barbaros, qvi caput ſumma cum celeritate abſcindunt, tale qvid unqvam eveniſſe accepimus. Adhæc, in cæteris animalibus cur id non aliqvando fiat?

F 2

k. de part. animal. lib. 3. cap. 10.

do fiat? Risum enim iis nunqvam præcordiis trajectis moveri consentaneum est, cùm ridendi vi careant: at capite abscisso, ne suam vocem aliqvando emittant, quidnam probibeat? Corpus tamen detracto capite, progredi qvóqvam non temere credi potést. Nam ea qvidem, qvæ sangvine carent, vel vivere diutius possunt truncata capite. Cuius rei causam alio [l] *loco docuimus.* Si nostrâ ex antiqvitate productis exemplis fides tutò adhiberi posset, reperiremus capita corporibus truncata nunc inimicos truculenter aspexisse, & minaces gestus formasse, qvod de Thorgeiro Havardi refert Thormods Kolbrunarscalds Saga cujus interfecti caput Thorarinus sacco inclusum ephippio eqvi sui alligavit, victoriæ suæ ostentandæ. In itinere cum exserto è sacco capiti irriderent, caput ipsis truculentioris aspectus videbatur, oculos & os aperiens, atqve lingvam exserens. Qvo portento exterriti, caput decenter „sepeliverunt: þeim syndiz þa hofudit ogrligt, augun o-„pin ok mudrinn ok uti tungan. vid þa syn urdu þeir „allhræddir ok felmsfullir, þeir grofu þa med oxum si-„num hia hofdinu ok hrundu þar i ofan hofdinu, ok gro-„fu a ofan torf. Interdum sangvine adhuc calente, unum alterumve verbum pronunciasse, uti in Niala [m] de Kolo narratur, caput ipsius truncatum, cum in terram caderet, *decem* dixisse. Magicæ artis magistros truncatis corporibus loqvelam murmurationibus infandis restituisse, ex qvibus futura edocerentur, Snorro Sturlesonius exemplum suppeditat, circa initium Chronici Norvagici; cum Vani Mimero caput amputassent, & Asianis remisissent, Odinum incantationibus caput pollinctum ad loqvendum a-„degisse, qvod multa ipsi occulta revelavit: Oþin tok hofudit

l. Problematum sect. 10. qu. ult. m. cap. 147.

fudit oc ſmurdi urtom þeim er eigi matti ſuna, oc kuad "
þar yfir galldra, oc magnadi ſua at þad mælIti vid hann, "
oc ſagdi honum marga leynda luti. De hoc capite pro- "
lixè Oda in Sæmundi Edda, [n.] ſufficienter docens Odinum
magicas runas & characteres in Septentrionem, primum
intuliſſe, ubi inter alia: þa mælti Mimis hofud frodligt "
iþ fyrſta orþ ok ſagþi ſanna ſtafi. h. e. *Tunc Mimeri caput ſapiens primum effatum & veras litteras expresſit.* Externa exempla non perſeqvar, cum vel de uno Gerberto plena ſint compilatorum volumina, *de qvo fama diſperſit, fudiſſe ſibi ſtatuæ caput, certâ inſpectione ſiderũ, cum videlicet omnes planetæ exordia curſus ſui meditarentur, qvod non niſi interrogatum loqveretur, ſed verum vel affirmative vel negativè pronunciaret*, ut Willelmus Malmesburienſis [o.] loqvitur; ſed ipſe, poſt incantationes Gerberti recenſitas, judicioſe concludit: *Hæc vulgariter ficta crederet aliqvis, eo qvod ſoleat populus litteratorum famam lædere, dicens illum loqui cum dæmone, qvem in aliqvo viderit excellentem opere.* cujus effati veritatem aſtruit Gisb. Voetius in epiſtola ad Beverovicium de vitæ termino, [p.] & prolixiùs Naudeus in docta pro falſò Magiæ ſuſpectis conſcripta apologia. [q.] Qvod autem memorati magiâ effeciſſe referuntur, capita corporibus avulſa, loqventia feciſſe, aliis ob ſanctitatem vitæ & martyrii palmam adſcribitur; uti Edmundo Orientalis Angliæ Regi, juſſu Inguari Dani decapitato, cujus *caput à corpore lictorum ſævitia diviſum, dumeta projicientibus Danis occuluerant. Qvod dum cives qværerent, hoſtem abientem veſtigiis inſecuti, funeri regio juſtas ſoluturi inferias, jocunda Dei munera hauſere, exanimati capi-* F3 *tis*

n. Brynhild.Kuiþ. o. de geſt. Reg. Angl. lib. 2. cap. 10. p. object. 7. q. capp. 4. 5.

tis vocem expressam, omnes ad se lustratores invitantis, ut Malmesburiensis [r] scribit. Et si qvis detruncati capitis ore prolata verba nosse desideret, habentur apud Westmonasteriensem & Bromtonum: *cum caput qværendo inter sylvas & veprium densitates, socii ad socios mutuis clamoribus patria lingva, ubi es, ubi es, interrogarent, caput martyris eadem lingva respondens dixit, her, her, her, qvod latinè dicitur, hic, hic, hic. Nec cessavit eadem repetendo clamare, qvousqve singulos ad se perduxit.* Non minora de Guallevo Comite, qvem Waltheofum alii nominant, Ordericus Vitalis [s] narrat: *Illis autem permittentibus surrexit, & flexis tantùm genibus, oculisq; in cœlum fixis, & manibus tensis, Pater noster qvi es in cœlis, palam dicere cœpit. Cumqve ad extremum Capitulum pervenisset, & ne nos inducas in tentationem dixisset, uberes lacrymæ cum ejulatu proruperunt, ipsumq; preces inceptas concludere non permiserunt. Carnifex autem ulterius præstolari noluit, sed mox exempto gladio fortiter feriens caput Comitis amputavit. Porro caput postqvam præfectum fuit, cunctis qvi aderat audientibus, clara & articulata voce dixit, Sed libera nos à malo, amen.* numerandum autem inter Sanctos hunc Waltheofum, miracula ad sepulcrum ejus facta sæpissimè, qvorum idem meminit author, adferere videntur; sanctumqve eum Lanfrancus credidit, affirmans felicem se fore, si post exitum vitæ, illius felici potiretur reqvie, qvi in custodia positus, vigiliis orationibus ieiuniis & eleemosynis Deum ita placavit, ut miraculis post mortem claruerit, memorante post Simeonem Dunelmensem & Bromtonum, Harpsfeldio. [t]

qvæ

r. de gest. Reg. Angl. lib. 2, cap. 13. s. Eccl. hist. lib. 4. t. Hist. Eccl. Ang. sec. 11. cap. 29.

qvæ eò lubentiùs commemoro, qvod esset Siwardi Comitis Northumbriæ, cujus masculum armati morientis obitum antea descripsimus, filius, & ita Danus origine, qvod in Epitaphio ipsi erecto Ordericus benè observavit:

En tegit iste lapis hominem magnæ probitatis.
Danigenæ Comitis Sivardi filius audax
Guallevus Comes eximius jacet hic tumulatus.

Qvin & ipsius S. Pauli Apostoli caput abscissum, *Jhesus Christus, qvod sibi in vita tam dulce nomen exstiterat, Ebraicè clarâ voce* insonuit, ut legitur in Legenda Sanctorum in membrana scripta, qvæ est in possessione Illustrissimi Ottonis Comitis de Rantzou. De aliorum Sanctorum, Germani, Solongiæ, Friderici Ducis Austriæ, etc. dissectis capitibus verba qvædam proferentibus, pleni Biographi, unde iidem aliiqve Sancti capita sua sustinentes pinguntur: deqvibus caput primum libri primi Arnoldi Raissii de peristromatis Sanctorum, ordine alphabetico tractat. Sed qvam fidem talia miracula mereantur, eorum propugnatores viderint, cum decollato capite, animam simul avolantem, loqvelam sensusqve omnes corpori auferre, certissimum sit; qvam tamen caligine mortis extinctis restitui posse inde qvidam astruxerunt, *qvia solertiâ qvâdam animalculis qvibusdam vita amissa restitui potest*, cujus argumenti imbecillitatem Abrah. van der Mylius u. evolvit. Mihi sanè sanior apparet Cani Julii Philosophia. qvi ad mortem pergens, cum ab comitante Philosopho rogaretur, qvid tunc cogitaret, aut qvæ ipsi mens esset? *Observare*, inqvit, *proposui illo velocissimo momento, an sensurus sit animus, exire se*, admirante Seneca. x. Deniqve Euthymius Monachus Zigabenus commentario in

u. epist. ad Beverov. par. 2. x. de tranqu. an. cap. 4.

in illud Psalmistæ: y. *Et inimici eius terram lingent*, observat, *solere qvi violenta morte pereunt, præ gravi dolore terram mordicus apprehendere;* qvod de Starcathero Saxo z. memorat: *caput eius corpori avulsum, impactumqve terræ, glebam morsu carpsisse fertur, ferocitatem animi, moribundi oris atrocitate declarans.* fortium id enim virorum proprium, immò leonis qvoqve inter animalia generosissimi, demonstrat in Commentariis doctissimis super allato Saxonis loco Stephanius. aa.

Qvinti ad supplicium ducti insultans inimicis vox ita „ describitur: Þorkell spyr þenna mann, huat gott hann „ hygdi til daudans? gott hygg ek til dauda mins. þa var „ snuinn vondr i har honum, oc er sva var giort, kalladi „ hann, Hrut, Hrut, segir hann. Þorkell spyr þui honum „ yrdi þetta atordum? hann svarar, þuiad þer munud ec„ ki hafa þorst ofskipat til Anna þeirra er þer nefndud i „ giær Jarls mennirnir, er þer seingut sarinn. h. e. *Thorkillus hunc rogavit, utrum morte lætaretur? Morte suâ lætari se, ille respondit. Tum virgæ capillus ipsius implicabatur. Qvo facto, altâ voce clamavit, Aries, Aries. Rogat eum Thorkillus, cur ejusmodi nugas proferret. Credo, inqvit, vos Comitis milites non nimis multos Arietes habere, qvos ad Agnas admittatis, qvas heri vulnera accipientes inclamastis.* Cui dicto intelligendo scire convenit, *agnam* veteri Danicâ lingvâ *air* appellatam; cum itaqve Norvegi ad vulnera die commissi prælii accepta gementes, identidem hanc dolentum exclamationem *Ai, Ai,* ingeminassent, irridens illos Jomsburgensis, *agnas* invocasse cavillatur; qvi masculis legibus ad tormenta qvævis & supplicia, vulneraqve sine gemitu sustinenda induratus

y. Psal. 71. z. lib. 7. aa. pag. 178.

ratus erat, qvæ tunc temporis sine suspiriis perferre, virile habebatur. Hinc Kimbo ex Nosocomio, ubi sauciati in prælio Stiklastadensi milites refocillabantur, egrediens, obvio sibi Thormodo Kolbrunarscaldo indignabundus dixit: furdu ill læti eru her inn at heyra, veinun ok gaulun, skaumm mikil er Karlmonnum raufkum i sliku, at "þeir skulu eigi þola saar, vera maa ok at Konungs menn "hafi allvel framgengit, en illa bera þeir saarin. h. e. *valde detestabiles voces hic intus audiuntur, nempe ejulatio & vociferatio. Magnū dedecus magnanimis hoc est viris, qvod vulnera perferre non valeant. An Regii milites strenuè pugnaverint, nescio, illud pro certo scio, ipsos vulnera impatienter ferre;* prout legitur in Historia Regis Olai Sancti. Patientius acerbissima tormenta tulit Asbiornus Pruda Danus, qvem suspiria etiam in potestate habuisse, qvi viscera ipsius extraxit Bruso, postea Ormo narravit, memorante Orms Storolfssonar Sagâ: Miok pinda ek Asbiorn Pruda þa er ek rakti ur honum þarmana "oc gaf hann sig alldregi fyrr enn hann do h. e. *graviter Asbiornum Prudam cruciavi, cum intestina ipsius extraherem; neqve tamen vel gemitum ante mortem emisit.* Memorabili qvoqve constantiâ mortis apparatum mortemq; ipsam intuita est fœmina Danica, Gunnildis nempe, Sveni Regis Daniæ soror, qvæ cum pacis inter Danos & Anglos mediatrix existens, sese obsidem cum viro & unico filio, Regi Ethelredo ad pacis securitatem dedisset, Edricus proditor infausto furore, Ethelredo consentiente, occiso prius ante ora marito,[i] & filio qvatuor lanceis transfixo, illam novissimè decapitari præcepit. *Et illa qvidem mortem præsenti tulit animo, qvia nec moritura*

G

tura expalluit, nec mortua consumpto etiam sanguine, vultus sui serenitatem amisit. Verumtamen moriens fiducialiter pronunciavit, qvod sui sanguinis effusio, magno toti Angliæ fieret detrimento. deprædicantibus Malmesburiensi [bb.] & Westmonasteriensi. [cc.] Sed concludamus stupendæ constantiæ exemplo, qvod præbuit Sigurdus Slembidiaconus, qvi acerrimis tormentis ad mortem usqve distractus, neqve suspiria emisit, nec superciliis qvidem connivebat; ita enim tragicam hanc scenam adornat Snorro Sturlesonius, narrationem Halluri de extremis eius referens: Han mællti fat i pislonom, oc svaradi sa ꝥott menn eyrti orda a hann, enn hann braz allדri vid helldr enn ꝥeir lysti a stock edr stein. & mox: „Enn ꝥat segir hann, at alldri bra hann mali sinu oc iafnlettmællt væri honum sem ꝥa at hann væri a olbeck „inni, huartki mællti hann hæra ne lægra edr skelfdra „enn vandi hans var til. h. e. *inter tormenta, pauca loqvebatur, & se alloqventibus breviter respondebat; nunqvam autem corpus movebat, qvod immobile tenuit, qvasi lignum vel lapidem percussissent. Loqvelam suam nihil immutavit, & verba tam hilariter protulit ac si poculis assedisset; non altiore non depressiore, nec tremulâ voce qvæ dicebat efferens.* Rapuit ea tolerantia in admirationem Saxonem nostrum, ut hujusmodi præconio magnanimum virum exornaret: [dd.] *Magno qvoqve, qvem Haraldus Hyberniensis patrem asciverat se genitum memorabat. A cujus generosissimo spiritu etiam inter adhibita sibi supplicia non descivit. Primo siqvidem verberibus affectus, ac deinde malleorum ictibus artuatim contusus, scilicet, ut a cunctis corporis partibus pœnæ exactæ viderenderen-*

bb. de gest. Reg. Ang. lib. 2. cap. 10. cc. ad an. 1012. dd. lib. 14.

derentur, non gemitum, non suspirium edidit, non supplicem aut tristem vocem emisit. Denique nullum doloris indicium præbuit, sed quasi in otio Psalterium relegens, inter sacras preces & solennium verborum nuncupationem spiritum posuit. Felices profecto religionis alumni forent, si cuncti eo animo mortem amplecterentur, quo eam vir bellicus amplexatus est.

Sextus ex Jomsburgensibus non minus invictæ constantiæ animi specimen dedit, de cujus exitu ita Historia Jomsburgensium: ee. " þorkell spyr, huersu gott hyggr " þu til dauda þins? gott hygg ek til at deyia, segir hann," Enn þat vil ek at þu veitir mer at ek se eigi svo til hoggs " leiddr sem saudr. Vil ek sitia fyrir kyrr, enn þu hogg " framan i andlit mer ok hygg at vandliga huort ek blund- " skacka augum edr bloskra nockud vid, þui ver Jomsvi- " kingar hofum oft þar um rædt, at ver skylldum eigi " bregda oss vid þat. þorkell giordi svo, oc geck framan at " honum, oc hoggr i andlit honum, oc sau menn honum " ecki bloskra, og bra hann ser a onguann veg vid. h. e. " *Thorkillus eum rogavit, quo animo mortem exciperet? Bono, inquit; hoc tamen mihi abs te concedi postulo, ne instar ovis ad supplicium ducar: ego quietus sedebo, tu autem faciem mihi feri, & accurate observa utrum oculis conniveam vel aliqva timoris signa facie prodam. Nam nos Jomsburgenses sæpius nos invicem obfirmavimus, ne ad hujusmodi ictum nos moveremus. Thorkillus petitioni ejus acqvievit, faciemqve ipsius percutiit; neqve tamen qvis eum timore percelli vidit, vel oculis connivere.* Hunc virum, Sivaldum Saxo appellat, ff. eiusqve casum paulo aliter enarrat, non tamen omittens, oculorum

ee. cap. 40. ff. lib. 10.

rum conniventiam in poteſtate habuiſſe: *Inter qvos Carlsbefn ac Sivaldus à victoribus capti, qvanqvam dimicando ſpecioſiſſimam rei militaris operam edidiſſent, aliqvantò tamen plus laudis in vinculis qvàm prælio meruerunt. Haqvinus enim celeberrimam Danicæ juventutis fortitudinem exploratiùs noſſe cupiens, duos, qvi captivorum patientiam plenius experirentur, admovit. Tantum enim virium animis eorum à natura inſitum eſſe fama fuerat, ut etiam receptis in vultum ictibus, ne leves qvidem ſuperciliorum motus ederent, atqve adverſus omne percuſſoris irritamentum, in eodem animum habitu continerent. Cujus experiendæ gratia prior Sivaldus ingenti ſatellitis fuſte percuſſus, oculos motu vacuos præbuit. Qvin etiam eò minus fortunæ ceſſit, qvò miſerius virtutis ſuæ experimentum habuit.* Ex ſuperciliis multa interioris animi deprehendi, Tullius gg. judicat: *ſi acres, ac diligentes judices eſſe volumus, animadverſoresq́ vitiorũ, magna intelligimus ſæpe ex parvis, ex oculorum obtutu, ſuperciliorum aut remiſſione, aut contractione, ex mæſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione, ex contentione vocis ex ſummiſſione, ex cæteris ſimilibus facilè judicabimus, qvid aptè eorum fiat, qvid ab officio, naturaqve diſcrepet.* Mirè ſua ſupercilia movere novit Eigillus Scallagrimi filius, cum exulceratum ob necem fratris occiſi animum ea motione proderet, ſicut in hiſtoria eius hh. legitur: hann „hleypte annari brunninni oſana kinnina, enn annari upp „i hars rætr, hann var ſuart eygdr og ſkolbrunn. h. e. *alterum ſupercilium in genam demiſit, alterum ad radices capillorum elevavit; nigris fuit oculis, & pili ſuperciliorum ſe invicem attingebant.* Eorum conniventiam impedire

gg. de officiis lib. 1. hh. cap. 55.

dire posse, magnum est, non nisi durâ consvetudine obtinendum, *primum enim illum animi ictum effugere ratione non possumus: sicut ne illa qvidem qvæ diximus accidere corporibus, ne nos oscitatio aliena sollicitet, ne oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur. Ista non potest ratio vincere: consvetudo fortasse, & assidua observatio extenuat*, Seneca [ii] judicante. Qvantæ id homini sit difficultatis, exemplo Plinius aperit: [kk] *Viginti gladiatorum paria in Caji principis ludo fuere, in iis duo omnino, qvi contra comminationem aliqvam non conniverent, & ob id invicti.* Invicti ergo Haraldi Hyldetandi Regis Daniæ aulici & milites reputandi sunt, qvorum animi ne qviete in desidiam resolverentur, assiduè eis cavendi inferendiqve ictus rationem à gladiatoribus perdiscendam constituit. *Qvorum qvidam insigni dimicationis arte callentes, adversæ frontis supercilium infallibili ictu ferire solebant. Qvo si qvis recepto, versibilitate palpebræ timidius conniveret, mox aula ejectus stipendiis defungebatur*; Saxone Grammatico [ll] memorante. qvod metro Danico non inconcinnè expressit Chronici vernaculi compilator:

„ Om en den anden i Næsen slo,
„ Met en Suerdklod der noget dro,
„ Eller met en Staalhanske oc Haand,
„ Det hand dem i hans Næse fand,
„ Blunckede hand da met sin braa,
„ Da skulde hand ey for fulde gaa,
„ Men Gaarden fly oc være udru,
„ Fordi hand var saa blöd i hu.

Imitari conatus Svanto Sture Svetiæ gubernator, in cu-

ii. lib. 2. de Ira cap. 4. kk. Hist. Nat. lib. 11. cap. 37. ll. lib. 7.

jus familiam nullus ascribebatur, qvi securi in faciem cæsus conniveret, sicut prodit Johannes Magnus, [mm.] & ex eo Loccenius. [nn.]

Septimi ad mortem rapti ultima petitio sic describitur: „ Þessi madr var fullkomliga fridr, oc ungr at sia. hann „ hafdi mikit har gult sem silki oc lau lockarnir a her- „ dum honum nidr. Þorkiell spyr huorninn hann huggi til „ daudans? Hann sagdist gott tilhuxa, Þui lifad hefi ek hid „ fergrsta, hafa Þeir nu latit lifit fyrir skommu, er mer „ Þikir eigi betra at lifa enn deyia eftir, oc eiga eigi meira „ kosti enn nu a ek enn Þo vil ek at Þu veitir mer Þat, „ at eigi leidi Þrælar mik til hoggs, og eigi se Þat verri „ drengr enn Þu, oc er hann Þo eigi vand fenginn oc hall- „ di hann harinu oc knycki hofdinu af bolnum svo at eigi „ verdi blodugt harit Þuiat ek hefi lengi vandlatr verit „ um Þat. Enn Þu hogg sem skiotast af mer hofudit. h. e. *Adolescens hic valdè speciosus fuit aspectu, & in flore juventæ, Comam habuit flavam instar serici, cincinnis super humeros pendentibus. Thorkillus ipsum rogavit, qvo animo mortem exciperet? bono, inqvit; præstantissimam enim vitæ partem peregi; atqve illi nuper vitâ privati sunt, qvibus commori qvàm supervivere malim, præsertim si conditio mea non futura si melior, qvàm nunc est. Id unicum tamen à te peto, ne mancipia me ad mortem ducant, neu qvis te inferior (qvem inveniri posse credo) capillum meum teneat, & dissectum à trunco caput eâ celeritate excipiat, ne capillus sangvine inqvinetur, qvem magnâ semper curâ alui. Tu verò qvàm citissimè caput mihi amputa.* Notabile est, Haqvinum Comitem Thorkillo Leyræ uni ex præcipuis suis Ducibus id of-

mm. lib. 23. cap. 16. nn. lib. 5.

id officii dedisse, ut captivis ad mortem damnatis capita amputaret; qvod & apud Romanos ipsi Tribuni nonnunqvam exeqvebantur, Tacito docente, [oo]. Sic & Canutus Magnus Daniæ & Angliæ Rex, Edricum summæ perfidiæ virum per Ericum ducem decollari jussit, *qvi nil moratus, bipennem extulit, eiqve ictu valido caput amputavit*, Encomiaste Emmæ Reginæ [pp] annotante, qvi tamen Rex aliàs lictores ad supplicia sumenda destinavit, ut cum Edwinum fratrem Regis Edmundi perdere vellet, *lictori cuidam, nomine Æthelwardo, illum tradidit ad necandum*, ut tradit Westmonasteriensis. [qq] Seqvebatur istum morem filius ipsius Hardecanutus, qvi prædecessoris sui in regno Angliæ, ejusdemqve fratris Haraldi corpus, ob Emmam matrem suam injuriâ affectam, per Trondum carnificem effodi, & in Tamesim flumen decapitatum proiici præcepit: alios tamen corpori effodiendo summæ dignationis viros adjungens, Ælfricum Eboracensem Archiepiscopum, Godwinum Comitem, & Edricum dispensatorem; prout in litteras retulerunt Malmesburiensis, Hoveden, Vigorniensis, & Westmonasteriensis; qvorum ultimus de Inguaro Regneri Lodbroki filio memorat, [rr] qvod cum Edmundum Estangliæ Regem a fide Christi & confessione Trinitatis separare neqviret, ut suis persvasionibus præberet assensum, protinus lictori mandaverit, *ut ense cruento martyris caput præcidat. At lictor sanctum de stipite truculenter avulsum, inter verba orationis, & confessionis Christi nominis, unico ictu ipsum decapitando, transmisit ad cœlum*, cui consentanea tradit Bromton, nisi qvod minùs convenienter spiculatorem arrepto *pugione* Edmundum uno ictu decapitasse scribat.

oo. Annal. lib. 15. pp. lib. 2. qq. ad an. 1017. rr. ad an 870.

ſcribat. Sed hæc extra patriam Dani. Erieum Emund in patria conſtitutum, amputando Haraldi Kæſiæ capiti Catholicianos adhibuiſſe Sveno Aggonis ſcribit:[ſſ] *germanum ſuum Haraldum Kæſiæ in curia ſua Jaling pernoctantem, intempeſtæ noctis ſilentio, ad colloqvium fecit evocari. Qvi de lecto ſubitò ſe proripiens, planè inermis, nihilqve ſiniſtri ſuſpicatus, ad Regem & fratrem ſuum concitus properavit. Qvem illicò catholiciani corripientes, caput eius amputarunt.* & paucis interjectis, addit de Svenone Rege, qvod *dolum commentatus, pacis fideiqve integritate violatâ, tempore ſerotino, poſt veſperas celebratas, inſtructis Catholicianis, Kanuto & Waldemaro mortem machinatus ſit.* ubi annotat Stephanius, dici *Catholicianos* Svenoni, *aulicos miniſtros* ſive *ſpiculatores*, alioqvin eosdem dici *rationales, rationum præfectos*, qvaſi *univerſales in provinciis, generales.* Calvinus [tt] ex Alciato docet, *Catholicianos* dictos *apparitores præfect. prætor. Orientis:* qvoniam is propter ampliſſimam jurisdictionem *catholicus* h. e. *univerſalis* diceretur. Aliam in eruditiſſimo Gloſſario [uu] eonjecturam Cangius affert, eur pro ſpieulatoribus eam vocem Sveno adhibuerit. Qvaleseunqve demum fuerint, ſuſpendendis reis *Lictores* adhibitos invenimus, qvod malo ſuo fato Hagbarthus expertus eſt, docente Saxone, [xx] *lictorum operâ laqveo profligatus*, non minùs eorum miniſterio trucidandus, ſi alterius mortis generi adjudicatus fuiſſet, qvod dilectæ ipſius Sygnes verba inter mutuæ voluptatis commercia declarare videntur:

Nam ſi ſupremam fortè lucem clauſeris,
Lictorum rabido ſubditus auſui;

Qvo-

ſſ. cap. 7. tt. in Lex. lurid. uu. tom. 1. p. 894. xx. lib. 7.

Qvocunqve letho præfocetur halitus,
Morbo, seu gladio, gurgite, vel solo.

Iisdem comprehendendi reos onus incumbebat, ut ejusdẽ Hagbarthi exemplo est manifestum, *qvi qvum ab ancillulis proditus à Sigari lictoribus oppugnaretur, diu se strenuâ pugnâ defendit, compluresq́ ex eis in aditu trucidavit. Comprehensus tandem.* Educentes autem ad capitale supplicium damnatos lictores vel servi, cæsariem ipsorum virgis implicaverant, ut in Jomsvikinga sagâ ŋ· legitur: þad vinna þrælarnir, at þeir snara vondu i har " þeim er til hoggs voru leiddir. h. e. *ad hoc adhibebantur" servitia, ut virgis capillos ipsorum implicarent, qvi decapitandi erant.* Jokullus qvoqve Islandus poeta celebris, qvi irrisoriam in Regem Olaum Crassum cantilenam composuerat, comprehensus, jussu Regis capite truncandus, cæsariem virgâ implicatam habebat: accepto autem in capite letali vulnere, carmen composuit non inelegans, qvod hactenus ineditum ex Olafs sagâ Helga referre lubet: Jokull vard fyrir lidi Olafs Konungs oc vard" hann handtekinn, oc let Konungr hann til hauggs leida," var vondr snuinni har honum oc hellt a madr. Settiz Jo-" kull nidr a backanockurn. þa red madr til at hoggua" hann, enn er hann heyrdi huininn, rettiz hann upp, oc" kom hoggit i hofud honum, oc vard mikit sarit, sa Ko-" nungr at þat var bana sar, bad hann þa hætta. Jokull sat" þa upp. oc orti visu þessa."

„Suida sar af mædi
„ Setit hefi ek opt vid betra
„ Und er a ofs su er sprændi
„ Otraud legi raudum
„Bys mer blod or þesso H Be-

ŋ. cap. 39.

„ Beni tó ek vid þrek veniaz
„ Verpr hialmgofugr hilmir
„ Heidfærr a mig reidi.

„ ok þa do Jokull þegar. h. e. *Olai Regis milites in Jokullum incidentes, eum captivarunt. Rex eum ad supplicium duci jussit. capillus ipsius virgæ implicatus erat, qvam vir qvidam tenuit. Jokullus in grumo qvodam terræ consedit, eumq; vir qvidam capite truncare adorsus est. Cum vero venientis ictus sonum audiret, erigens se, ictum capite excepit, & magno vulnere affectus est: qvod Rex lethale esse conspiciens, jussit ut ab ulteriori plaga ipsi inferenda abstinerent. Tunc residens Jokullus carmen hoc cecinit.*

Ardent vulnera præ dolore.
Sedi sæpius ad meliora,
Vulnus nobis est, qvod profudit
Non invitum liqvorem rubrum.
Labitur mihi sangvis ex hoc
Vulnere, duris me assvetum probat.
Conjicit galeâ-nobilis Rex
Munificus in me iram.

tum Jokullus statim obiit. in hanc cantilenam ita, ulterius explicans, commentatus est Magnus Olavius: [zz] Spræne *præt. a verbo* eg Spræne *cum impetu profundo, ut cum sanguis ex vena scissa, aut liqvor è dolio laxato epistomio erumpit: talis effusio* Spræna *dicitur.* Legi *ablat. à* logur *liqvor qvilibet. hic liqvrr sangvinis.* Bene, ben *vibex.* þrek, *arduum facinus, qvod constantem reqvirit animum,* Verpur, *à verbo* eg varpa *injicio.* Hialm gofugur, *app. Regis ex* hialmur *galea &* gofugur *venerandus.*

zz. in enodatione M. S. priscarum cantilenarum.

dus, Hilmir, *rex*. Cæterum idcirco capillos virgis credibile eſt fuiſſe implicatos, ne fluitantes circa protenſam cervicem cincinni amputantem impedirent, qvos manu non virgis elevari Jomsburgenſis hic Sveno Boonis filius, beneficii loco petiit, magnam ſe eorum curam habere aſſerens. Ex qvo dicto Brynolfus aaa. occaſionem arripuit adnotandi, comæ ſtudium, & barbæ curam non mediocrem ejus ætatis hominibus fuiſſe: idqve & inde conjici, *qvod cum perſonæ in Hiſtoriis deſcribantur, nunqvam ferè comæ eiusqve ſtructuræ, coloris & cincinnorum mentionem ſatis anxiam deſideres*, qvod licet nullatenus negaverim, Svenonem tamen eam capillorum curam jactantem, nil niſi cæſariem tenenti noxios tetendiſſe dolos, ex eventu liqvidum eſt, qvem ex hiſtoria Jomsburgenſium adjicere non gravabor: þat er ſagt, at einn Hirdmadr jarls " verdr til þeſs at leida þenna unga mann til hoggs, ok " þikiſt eigi þurfa at ſnua vond i har hans, oc tekr hann " i harit oc veſr þui um hond ſer, oc helldr honum ſvo " undir hoggit. Enn þorkell reidir at ſverdit hart oc ætlar " at veita honum skiotan dauda. þeſſi ungi madr kippiſt " vid skiott er hann heyrir huininn af hogginu, og " vikr undann, enn hnyckir hirdmanninum undir hoggit " þeim er hellt harenu, og hoggr þorkell af honum badar " hendrnar i aflboga botum. þeſſi ungi madr rettir ſik upp " oc hryſtir hofudit oc bregdr a gaman, oc mællti, huer " ſueina a hendr i hare minu, oc halldi þer lengi a riskin- " gonum Jarls mennirnir. h. e. *Aulicus qvidam officium* " *hunc ad ſupplicium ducendi in ſe ſuſcepit, & ſupervacuum ducens virgæ capillum ipſius implicare, illum manui ſuæ circumvolvit, & ſic juvenem ſub ictu tenuit. Thor-*

 killus

aaa. Comment. in Saxon, lib. 1.

killus gladium in sublime elevavit, celeriter eum percussurus. Juvenis autem allabentis gladii sonitum subaudiens, subduxit se atq; aulicum comam tenentem sub ictum traxit, ut Thorkillus utrumqve ipsi abscinderet brachium. Tunc juvenis qvantocius se erexit, & caput qvatiens jocose dixit: qvis manus capillis meis implicatas possidet? vos Comites milites diu aliorum capillos trahutis.

Octavus demùm eductus breviter sensum animi effa-
,, tur: þessi madr var ungr oc allmikill vexti oc allra man-
,, na vænstr oc afburdar frækiligr. þorkell spyrr þenna
,, mann huersu hyggr þu til ad deyia? gott hygg ek til at
,, deyia, segir hann, ef ek gæte adr efnt heitstrenging mi-
,, na. h.e. *Hic etate adolescens fuit, statura procerus, formâ venustissimus, & supra modum agilis. Torkillus eum qvo animo mortem subiret, rogitat? æqvo, inqvit, animo, si votum meum prius adimplere valeam.* Nihil enim Pugilibus tunc magis ignominiosum, qvàm conceptum votum ad effectum non perducere. Hinc in historia hac Jomsburgensium, bbb. post magnifica vota ab Jomsburgensibus, præeunte Duce ipsorum Sigvaldo facta, uxor Sigvaldi Astrida marito insinuat, nisi vota redderet, turpissimam ignominiæ labem suo illum aspersurum nomini, qvâ illud in totâ vitâ nunqvam liberare posset. Qvocirca Ketonis primipilus Folco, ab Wermundo Daniæ Rege impensius peractæ promissionis laudatus, *speciosa vota ad debitum finem perducenda respondit*, Saxone memorante; ccc. apud qvem etiam Hialto ddd. exclamat:

Omnia qvæ poti temulento promsimus ore,
Fortibus edamus animis, & vota seqvamur
Per summum jurata Jovem, superosqve potentes.

Cum

bbb. cap. 28. ccc. lib. 4. ddd. lib. 2.

Cum Haraldus Pulchricomus votum ſub invocatione Dei creatoris ſui & univerſi gubernatoris voviſſet, ſe non antea ſcindi vel comari ſibi comam paſſurum, qvàm omnem Norvegiam ſub ſui unius imperium dominiumqve ſubegiſſet: vel in conatu moriturum; avunculus ipſius, Dux Guttormus, votum illud impenſius laudabat, dicens *Regium eſſe, promiſſa in effectum deducere*; prout Sturlæſonius commemorat: þeſs ſtreingi ek heit oc þui skyt ek til " Guds þeſs er mik skop oc ollu rædr, at alldri ſkal skera har " mitt ne kemba, fyrr enn ek hefi eignaz allan Noreg med " skauttom oc ſkylldom, oc forradi, enn deyia at odrum " koſti. þeſſi ord þakkadi honum miog Guthormr Herto- " gi, ok ler þat vera Konungligt verk at efna ord ſin. A- " cerrimus ſane Heroibus ad qvævis pericula ſubeunda aculeus erat, ſi priùs ad ea non refugienda voto ſe obſtrinxiſſent; unde pugiles, qvi Fridlevo delendorum prædonum curam apud Saxonem eee. laudati ſpoponderant, præruptum aqvæ periculum accedebant, *ne promiſſionis gloriam timidiore voti negligentia reſpergere viderentur.* Qvin & in ipſam mortem impavidi ruebant, qvò voti damnarentur, illuſtriſſimum præbente exemplum Woggone, qvi binis armillis ab Hrolfo Rege Daniæ donatus, rependendi beneficii curâ, *arctiſſima voti nuncupatione pollicitus eſt, ſi Roluonem ferro perire contingeret, ultionem ſe ab eius interfectoribus exacturum;* cum *olim ingreſſuri curiam proceres, famulatus ſui principia alicujus magnæ rei voto principibus obligare ſolerent, virtute tirocinium auſpicantes.* Hoc voto poſt cædem Hiartuari Sveci peractam expleto, exultans Woggo, qvòd voti damnatus mortem oppeteret, cujus Hrolfo Regi miniſterium pol-

eee. lib. 6.

pollicitus fuerat; *ovans irruentibus in se Hiartuari militibus cupidiùs corpus obtulit, plus voluptatis se ex tyranni nece, qvàm amaritudinis ex propria sentire vociferans. Clarum*, inqvit Saxo, [fff] *ac semper memorabilem virum, qvi voto fortiter expleto, mortem sponte complexus, suo ministerio mensas tyranni sanguine maculavit. Neqve enim occidentium manus vivax animi virtus expavit, cùm priùs à se loca, qvibus Rolvo assueverat, interfectoris ejus cruore respersa cognosceret.* Eadem animi magnanimitas Jomsburgensi erat, qvem ad mortem ductum lustravimus, votum modò prius implere anxiè desideranti; ideoqve postea æqviori animo se moriturum dixit, cum tot sociorum manibus cæde Thorkilli Leyræ parentasset. Hoc qvo casu mirabili perfecerit, breviter, impropriè eum Carlshefni nominans, (nisi forsan ita Vagnum cognominaverit, qvod cæterorũ ultor esset) Saxo indigitat: [ggg] *Nec minus in reliqvo mentis robur apparuit. Karlshefni enim alium districta securi capiti suo imminentem pulsu pedis humi prostravit, applicatumqve cervici suæ ferrum manibus ferire conantis excutiens, ut erat vinculatus, arripuit, qvemqve lapsu affecerat, capite spoliavit. Enimvero ut strenuo ita impigro nisu periculum audacia præcucurrit. Neqve enim captivi virtus inter vinculorum stridorem vigore suo exui potuit, qvin & inter gravissimas contumelias, eò clariorem fortitudinis suæ experientiam præbuit, qvò incitatiorem fortunæ adversum se fremitum sensit. Sed nec illi aut mortis propinqvitas, aut catenarum contumelia, qvò minus liberum fortitudinis opus ederet, obstare valuit.* Sed omnibus circumstantiis veraciter descriptum hunc casum, ex anti-

fff. lib. 2. ggg. lib. 10.

antiqva Jomsburgensium historia [hhh] audire, non injucundum erit: þa mællti Eirikr, huert er nafn þitt? Hann suarar, Vagn heiti ek oc er Akason Palnatoka sonar. Huors strengdir þu heit, Vagn, segir Eirikr. þess strengda ek heit, segir Vagn, ef ek kæme i Noreg, at eg skylldi koma i reckiu Ingibiargar dottur þorkels Leyru an hans vilia oc rads oc allra hennar frænda, enn drepa hann sialfann, oc þikir mer þat hellst at, ef ek læt fyrri lysit enn ek hefi þessu frammkomit. Ek skal at þui giora segir þorkell, at þu skallt þui alldregi frammkoma er þu hefir þar um heitstrengt, oc for æsiliga at honum framan, oc hoggr tueim hondum til Vagns oc vill drepa hann skiott. Vagn fellir sik framm fyrir fætr þorkelli, enn blodugt var strætit oc var miokhált. þorkell hoggr yfir Vagn framm, oc kemr suerditâ strenginn oc tok hann i sundr, oc vard Vagn laus. þorkell steiptist vid hoggit er hann misti mannsins, oc fellr hann, oc hrytr suerdit ur hendi honum; enn Vagn liggr eigi lengi, sprettr upp skiott, og gripr upp suerdit þat er þorkell hafde haft. þa hefr Vagn upp sverdit og reider med miklu afli, oc hoggr þorkel Leyru um þuerar herdarnar oc skipti honum sundr i tuo hluti, oc fock suerdit i iordina; oc let þorkell Leyra svo lif sitt. þa mællti Vagn. nu hef ek efnt halfa heitstrenging mina, oc hefnt nockurra minna manna, oc er nu þegar betra ad deyia enn adr. h. e. *Tunc Ericus ipsum de nomine suo rogavit, qvi respondit: Vagnus est mihi nomen. Achone filio Palnatokonis genitus sum. Pergit Ericus de voto qværere, qvale fecisset. Hoc votum vovi, inqvit Vagnus, si in Norvegiam venirem, me cum Ingeburge Thorkilli Ley-*

ræ

hhh. cap. 41.

ræ filia communi usurum lecto, patre eius atque cognatis refragantibus: & ipsum Thorkillum occisurum, idque me imprimis malè habet, si his non adimpletis moriar. Thorkillus ait: Ego vero efficiam, qvod ejusmodi promissa nunqvam ad effectum perducere valeas. simul magno impetu ad eum accessit, & utraqve manu gladium vibrat, illum occisurus. Vagnus ante Thorkilli pedes se in terram projecit, cumqve locus madidus sangvine lubricus esset, Thorkillus Vagnum non attingens, funiculum qvo ligatus erat, improvisò dissecuit, itaut Vagnus solveretur; Thorkillus autem ictu frustratus, pronus caderet, gladio ex manu eius dilabente. Vagnus celerrimè se in pedes erigens, dimissum ensem arripit, & totis viribus incumbens, Thorkillum Leyram circa humeros secans in duas partes divisit, gladio insuper terræ infixo. Hunc vitæ exitum Thorkillus Lyera habuit. Vagnus exclamat: dimidium nunc voti perfeci, ac sodales meos aliqvatenus ultus sum, qvocirca æqviori animo mortem subeo. Admirantem hoc factum Haqvinum; remissionem pœnæ, dummodo partes suas fide atqve amicitia coleret, pollicitum fuisse, Saxo vult, [ii] illum verò vitæ respectui violentum obseqvium erogare indecorum putantem, conditione insolenter spretâ, turpi pacto prorogandi spiritus beneficium expetere noluisse: Haqvinum nihilominus virtuti ipsius incolumitatem præbuisse. Sed Erico Haqvini filio ea servati Vagni laus debetur, qvi sangvinem ipsius sitientem patrem ægrè mitigavit, & Vagno incolumitatem obtulit. Cuius ea magnanimitas, & vitæ contemptus, ut eam recusaret, nisi omnibus commilitibus suis adhuc superstitibus eadem gratia impertiretur, Vagn mællti, ecki" vil

[ii] lib. 10.

vil eg þiggia lif af þer, Eirikr, nema þeim se ollum grid "
gefin minum monum ereftir lifa, ella munum ver allir "
eina for fara, prout generosam ipsius vocem prodit Jomſ- "
vikinga Saga: *vitam ate Erice, recipere nullo modo volo, inqvit Vagnus, nisi omnes mei sodales adhuc relicti pace & incolumitate donentur, aliàs omnes eandem calcabimus viam.* & postulatū obtinuit. de hac Vagni magnanimitate, & cæde Thorkilli priùs peracta, ac Erici Comitis laudandâ bonitate, vetustissima qvædam carmina ex Jomsvikinga drapu eruta, ne perpetuis tenebris damnentur, adjicere non erit alienum.

,, Þar let Eirikr ondo
,, Atian þegar tyna
,, Helldr fragum þa þuerra
,, Þegna lid fyrir Vagni
,, Mælltu hraustar hetiur
,, Haukligt var þat fikium
,, Þau hafa ſiodir uppi
,, Þrottar ord med fyrdum.

h. e.

Ibi Ericus octodecim vitâ privari fecit, tum militum Vagni numerum valdè diminui audivimus. Animosi milites verba generoso animo elocuti sunt, qvæ inter homines valdè celebria facta sunt. Hæc omnia valdè honesta fuere.

,, Ok med fiornis falu
,, For Þorketill Leira
,, Þa er menbroti mællti
,, Mansaung um gna hringa,
,, Giordiz hann at hoggua

„ Hauklyndann ſon Aka
„ Vagn gat helldr at hanom
„ Heipt órr vegit fyrri.

h. e.

Et Thorchillus Leyra ſecurim tractabat, cum monilium fractor (Vagni epitheton) *de virgine loqvebatur. Ille ad occidendum audacem Achonis filium præ ira nimis feſtinus factus eſt, ſed Vagno ut prius eum occideret, contigit.*

„ Villtu kuad hringa hreytir
„ Hyggiu gegn at Vagni
„ El ſuellandi yduart
„ Yggiar lif of þiggia
„ Eigi mun ek nema efna
„ Uugr þat er heit nam ſtreingia
„ Sua kuad Ullr at Jarli
„ Egghridar fior þiggia.

h. e.

Dixit ad Vagnum prudens annulorum jactator (Ericus Comes) *an tu bellator vitá te donari cupis? reſpondit Comiti miles* (Vagnus)*: nolo vitâ donari, niſi votum qvod juvenis feci perficere liceat.*

„ Grid let órr ok aura
„ Eirikr gefit ſtorum
„ Miok leyfa þat þiodir
„ þegnum XII. med Vagni.

h. e.

Ericus valdè largus Vagno, ac cum eo duodecim viris vitam & pecuniam donavit, qvod à multis impenſè laudatur.

„ Ja geck Ullr at eiga

„ Or-

„Orlyndr þrymu randa
„Menn fyſtu þeſs mæta
„Margir Ingibiorgu.

h. e.

Tum generoſus bellator (Vagnus) *egregiam Ingeburgim multorum ſvaſu uxorem duxit.*

Non minores Vagno ſpiritus geſſit Ericus patruelis idemqve hoſtis Haldani Bierggrami, qvi ab claſſe eius circumventus, oblatum ſibi, qvia ſub ſerviendi conditione ſpiritum repudiavit, lucemqve libertati præferre non paſſus, mori qvàm obſeqvi præoptavit, ne vitæ cupiditate ex libero ſervus evadere videretur, aut qvem nuper fortunâ æqvaſſet, novo famulatus officio coleret. *Adeo ſalutem dedecore mercari virtus ignorat*, ut nervoſè eam narrationem Saxo [kkk.] concludit. Excelſius apud eundem [lll.] ſpretæ vitæ qvantumvis in honore traducendæ, qvia captivo eam hoſtis largiretur, documentū dedit fortiſſimi patris impiger filius Withſercus, cui ſubactæ Svetiæ principatus ab Regnero Lodbrok, totum ut volunt hæreditate vel armorum jure Septentrionem ſortito, cōmiſſus erat. Circumvenerat eum Daxon ſimulatæ pacis commento. Prius tamen Withſercus inſidiatricem manum tantâ perculit ſtrage, ut hoſtilium corporum cumulo circumfuſus, niſi ſcalis ſupernè admotis comprehendi neqviret. *At Daxon egregiæ Withſerci formæ miſeratione permotus, orientem ſpecioſiſſimæ indolis florem convelli paſſus non eſt. Cui non tantum ſalutem, ſed & filiam dimidio regni ſui dotatam in matrimonium obtulit, ac decori incolumitatem, qvàm fortitudini pœnam afferre maluit. Ille vero precariæ vitæ uſum animi magnitudine flocci-*

kkk. lib. 7. lll. lib. 9.

pendens, impunitatem perinde atque parvulum aliqvod beneficium respuit, mortis sententiam suâ sponte complexus; præfatus Regnerum vindictam filii remissius exacturũ, si eum in eligendo mortis genere proprio usum arbit. io comperisset. Cuius temeritatem admiratus hostis, ea fati specie, qva ipse in se animadvertisset, consumendum esse promittit. Qvam libertatem juvenis ingentis beneficii loco suscipiens, vinctum se cum sociis cremari petivit. Nec segniter Daxon avidis fati precibus obsecutus pro beneficio optatæ mortis supplicium erogavit. Elegit mortem potiùs qvàm in hostiles manus laberetur Auto splendidissimo loco natus, qvem Falstriam è Sialandia petentem, Sclavorum piratæ *mori qvàm intercipi præoptantem* occiderunt, ut idem commemorat Saxo. mmm. qvi alibi nnn facundè subjicit conditionem, qvâ Barcho promptissimus Svenonis miles, omni non victoriæ sed & elabendi spe abruptâ, Valdemaro se committere annuerit, unde mos istius temporis captivos ducendi elucescit: *Qvi postqvam se ab amicissimo salutari captione pertrahi videt, libenter qvidem eius opem excipere dixit, sed non ita uti hac velle, ut captivorum more clunes eqvi seqvendo, fœdum de se spectaculum faciat.*

CAPUT. VI.

Dani in bellorum creditos Deos puguare non formidabant. Gladium & robur dextræ, qvidam sola credebant Numina. Acinaces Scythis cultus. Attila gladio Martis accepto gaudebat. Per arma jurabant Scythæ, Qvadi, Saxones, Turcæ, & Dani. Dani adhuc gentiles idola spernebant: solis & cœli creatorem venerabantur.

Igno-

mmm. lib. 12. nnn. lib. 14.

IGnominiosam vitam ipsâ morte ingentis animi viri tritiorem ducebant, qvod meminisse suos jubet Rolfo Rex Gothiæ, qvi intrepide progredi eos hortatur, formidinis nullo indicio edito, potiùs mortem decoram amplecti, qvàm contumeliosæ vitæ reservari, uti legitur in Gautreks oc Hrolfs sogu: [a] Giorum ols nu sem traustasta, " oc gaungum diarfliga i moti þeim oc latum aunguan " bilbug a oss sia, huort sem þeir vilia oss gott edr illt, " Oc ef þess þarf vid, deyum heldur med sæmd, en lifa " med skaumm, h. e. *Animosi estote, & alacres contra" ipsos pergite, nec cedite, sive benè nobis sive malè velint. Et si necesse fuerit, cum gloria potius moriamur, qvàm cum ignominia vivamus.* & qvo animorum motu adhortatio ista excepta, seqventia demonstrant: þeir hertu þa " hugina, oc badu þann aldri þrifast, er eigi dygdi sem madr. " h. e. *alacres animi dira qvævis imprecabantur, qvi viriliter locum suum non propugnaret.* Major impetus, & qvem vesaniæ alii ascriberent, Sorloni fuit, cui ordinanti aciem cum Sævarus stallarius identidem ingereret, Haldanum Regem qvem peteret, clarum esse & celebrem, & habere par filiorum cædem paternam non relicturum inultam, *qvamvis Diis ipsis sint præstantiores, tamen dimicare volo,* þo ad þeir se godunum fremri þa skal þo " beriast, intonat in historia Hogni & Hedini [b]. Suppetunt illorum in antiqvitatibus nostris exempla, qvi in ipsos, qvos bellorum Deos vana effinxerat credulitas, obviæ & infesta arma inferre non expavescerent. Saxoni freqventer memorati, ubi tamen per Deos intelligi Gotos, Jonæ Venusini, docti sane viri, conjectura fuit, qvæ si cuipiam

 fortè

a. cap. 25. b. cap. 3.

fortè arriserit, verba ejus ex Originibus Danicis, qvæ manu exaratæ in Bibliotheca Universitatis Hafniensis publicâ adservantur, dabo: *Voten, ut annotavit Gotefridus Viterbiensis in Chronico, qvidam Guoten adjecta littera dixerunt. Et inde Got Teutonicum dictum autumat. Ego vero Gotos inde dictos existimarim. Omnes enim eum qvàm religiosè coluerunt, seqve ipsius esse posteros jactarunt. Et in historia Danica Saxonis, Dani adversus Deos pugnasse, hoc est, adversus Gotos perhibentur. Et inde est god bonus. Gothi enim se solos esse præ cæteris mortalibus bonos existimarunt. Et deinceps Dani, unde Dannemand, danneqvinde, & qvi bonus, dannes, qvi singulari virtute præditus en danneman.* Non alio autem prælio magis adversùm deos hominibus pugnatum, qvàm qvod Hotherus Daniæ Rex cum Baldero conseruit, à Saxone [c] descriptum, tunc enim *Baldero Othinus ac Thoro, sacraq; deum agmina propugnabant. divinis humanisq; viribus permixtum aspiceres bellum. Concessisset* autem *ad superos victoria, ni Hotherus*, qvi *confertissimos deorum cuneos irrumpens, qvantum terrenus in superna poterat, grassabatur, clavam Thori præciso manubrio inutilem reddidisset.* Eo enim *telo defecti divi subitam dedere fugam. Inimicum opinioni esset, nisi fidem antiqvitas faceret, deos ab hominibus superari. Deos autem potius opinativè, qvàm naturaliter dicimus. Talibus namq; non naturâ, sed gentium more divinitatis vocabulum damus.* Horum, qvi magicis ludibriis ad deferendos sibi divinitatis honores illexerant homines, majorem Othinum sibi in prælio offerri exoptat animosissimus miles Bodvarus Biarco, belli creditum deum bello prosternere gloriosum ratus, ut ipse apud Saxonem canit: [d]

c. lib, 3. d, lib. 2.

Et nunc ille ubi ſit, qvi vulgo dicitur Othin
Armipotens, uno ſemper contentus ocello?
Si potero horrendum Friggæ ſpectare maritum,
Qvantumcunqve albo clypeo ſit tectus, & altum
Flectat eqvum, Lethrâ neqvaqvam ſoſpes abibit:
Fas eſt belligerum bello proſternere divum.

qvod aliter effertur in Hrolf Kraka ſagâ, ſenſu tamen non diverſo: Bodvar mællti, Oþinn kann ek eigi at kenna "
her, er mer þo meſtr grunur a ad hann mune hier ſueima "
a mote oſs herians ſonrinn ſuli oc otrui, ok ef nockur "
kynni mer til hans at ſegia, skyllda ek hann kreyſta ſem "
annann verſta og minſta myſling, og þad illa eitrkuikendi "
kylldi ek haduglega utleika, ef ek mætti hann hondum "
taka. h. e. *Bodvarus dixit: Odinum hic conſpicere nequeo, ſuſpicor tamen contra nos hic incedere genium illum fætulentum & peſtiferum. Et ſi qvis eum mihi monſtrare poſſet, illum inſtar peſſimi ac minimi muris contererem: & venenatam illam beſtiam ignominioſè tractarem, ſi manu apprehendere poſſem.* Nec majori veneratione Odinum affecit Heidrekus, qvi poſt longam cum Geſto, ut crediderat, diſceptationem, ex ultimo ænigmate animadvertens, ſibi non cum Geſto, ſed cum ipſo Odino diſputationem eſſe, ſtricto gladio, eius in accipitris ſpecie avolantis caudam amputat, docente antiqviſſimâ narratione de *Getſpeki* ſeu *felici Divinatione* Heidreki regis, qvæ in manuſcripto codice ita finitur:

„ Undr ok argskap oc alla bleyþi
„ Ski oc skriþi ein
„ En engi maþr veit þau ord þin utan þik
„ Ill vettr oc aurm.

Brann

„ Brann skap Konungi bra hann Tyrfingi
„ Ok hugdi at hauggua geft
„ En hann vidbraft i vals liki
„ Oc fordaþi fua fiorvi.
„ Leitaþi undan a liora valr
„ Enn hilmir eptir hio
„ Veli skar aptan oc skemdi fiadrar
„ Þui ber hann ftyfdan ftert.

h. e.

Mirabilia & timorem & qvamvis formidinem
Et obfcæna folùm,
Sed nemo novit illa tua verba præter te,
Male genie & abjecte.
Commovebatur ira Rex, vibravitqve gladium
Et voluit ictu petere Geftum
Ille autem immutabatur in fpeciem falconis,
Ac ita vitam falvavit.
Aufugit per feneftram falco,
Rex vero eum avolantem gladio petiit
Caudæ poftrema attigit, & pennas breviores fecit,
Ideo fuccifam caudam geftat.

Aliis ea fui erat fiducia & virium arrogantia, ut gladium & dextræ robur fola crederent numina, Capaneo et Mezentio nihil cedentes, qvorum ille apud Statium: [e].

— — *Virtus mihi numen, & enfis,*
Qvem teneo.

& alibi:

— — *ades ô mihi dextera tantum,*
Tu præfes bellis, & inevitabile Numen,
Te voco, te folum, Superûm contemptor, adoro.

alter à Virgilio [f] introductus: *Dex-*

e. Thebaid. lib. 3. f. Æneid. lib. 10.

Dextra mihi Deus, & telum qvod missile libro,
Nunc adsint.

Ob qvam superbiam cum Capaneus *Superûm contemptor* audiat, possemus suspicari, qvod & Mezentius eâdem de causâ *Contemptor Deûm* Virgilio g. dicatur, nisi veram huius contumacis nominis causam ex primo libro Originum Catonis Macrobius h. eruisset: *Mezentium Rutulis imperasse, ut sibi offerrent, qvas diis primitias offerebant, & Latinos omnes similis imperii metu ita vocasse: Jupiter si tibi magis cordi est, nos ea tibi dare potius qvàm Mezentio, utei nos victores facias.* Sed res eodem recidit. Ideo enim Mezentius Divinos sibi honores & primitias exigebat, qvod armatæ dextræ invictum robur, nullius cælestis præsidii indigum crederet. Hinc illa Æneæ insultatio: i.

— — hæc sunt spolia, & de Rege superbo
Primitiæ;

ut nomine contumaciæ, explicante Macrobio, *cujus pœnas luit, raptas de eo notaret exuvias.* ubi Servius diversum abit, ut sensus sit, *Hæc spolia & hanc primam belli partem superbo Turno sustulimus.* Paria sanè cum Mezentiana superbia Turnus fecit, qvi apud Poëtam, k.

— qvæ mediis ingenti adnixa columnæ
Ædibus adstabat, validam vi corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium: qvassatqve trementem,
Vociferans: Nunc, ô nunqvam frustrata vocatus
Hasta meos, nunc tempus adest; te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit.

Sed ab origine rerum, pro diis immortalibus veteres *Hastas* coluere, ob cujus religionis memoriam, postea Deo-

K rum

g. Æn. lib. 8. h. lib. 3, cap. 5. i. Æneid. lib. 11. k. Æn. lib. 12.

rum ſimulacris Haſtæ addebantur, teſte Juſtino. [l] Græci ſceptra dixere. Pauſanias de Chæronenſibus [m] refert, qvod Deorum omnium maxime coluerint ſceptrum illud, qvod Jovi fabricaſſe Vulcanum cecinit Homerus, *hoc præcipue ſceptrum venerantur, Haſtam nominantes: Divinitatis ei neſcio quid ineſſe declarat id, quod ex ipſo ab hominibus cernitur*, prout ſonat verſio Romuli Amaſæi. Gladium ut Martem coluiſſe Alanos, habet Ammianus Marcellinus, [n] qvos in immenſum extentas Scythiæ ſolitudines inhabitare addit, & eundem cum Scythis cultum, eandemq; lingvam ipſis adſcribit Lucianus, [o] Ptolomæus ſanè memorat, [p] intra montem Jucaum, Scythiam omnem verſus Septentriones, ad terram ferè incognitam, colere eos qvi communi vocabulo Alani Scythæ nominantur. Jam vero qvod de Germanis Tacitus [q] teſtatur, præcipuum ipſis Deorum Martem eſſe, de Scythis in communi ſcribit Herodotus, [r] Martem ipſis Deum fuiſſe, cujus ut ſimulacrum colebatur *ferreus acinacis, qui ſingulis vetuſtus erat, ſub congerie ſarmentorum ſtatutus; cui annuas hoſtias offerebant cum aliorum pecorum, tum eqvorum, & plus huic acinaci qvàm cæteris diis.* Ex eo ſua hauſerunt Mela: [s] *Marti pro ſimulacris enſes & cinctoria dedicant*, & Solinus: [t] *populis iſtis Deus Mars eſt, pro ſimulacris enſes colunt*. Ejusmodi gladium Martis, apud Scytharum reges ſemper habitum, qvem ad ſe delatum Attila, ut indicium totius terræ per ſe ſubigendæ exſultans accepit, crediderim intelligi Priſco hiſtorico apud Jornandem: [u] *Attila qvamvis hujus eſſet naturæ*

ut

l. lib. 43. cap. 3. m. lib. 9. n. lib. 31. cap. 2. o. In Toxari. p. Geogr. lib. 6. cap. 14. q Hiſtor. lib 4. r. lib. 4. cap. 62. s. lib. 2. cap. 1. t. cap. 15. u. cap. 35.

ut semper magna confideret, addebat ei tamen confidentiam gladius Martis inventus, apud Scytharum reges semper habitus. Qvèm Priscus historicus tali refert occasione detectum. Qvum pastor, inqviens, qvidam gregis unam buculam conspiceret claudicantem, nec causam tanti vulneris inveniret, sollicitus vestigia cruoris insequitur: tandemqve venit ad gladium, qvem depascens herbas bucula incautè calcaverat, effossumqve protinus ad Attilam defert. Qvo ille munere gratulatus, ut erat magnanimus, arbitratur se totius mundi principem constitutum, & per Martis gladium potestatem sibi concessam esse bellorum. Credibiliorem hanc famam insecuta bella, imò latrocinia fecisse, pulchrè subinfert Brunnerus, [x] nam cum velut in macello publico, in omnes mortales Attila sæviret, potuit sanè videri, gladium illum, sub inferorum incudibus, ad hanc lanienam fuisse procusum. Varios post Attilæ excessum, huius gladii dominos recenset Lambertus Schafnaburgensis, [y] ubi qvædam ex gestis Getarum de eodem gladio, Jornandi intacta habet, aruspicum responsis editum, orbi perniciem allaturum; qvam prædictionem eventu confirmante, nominatum hunc gladium Flagellum Dei: *Legitur autem de hoc gladio in gestis Getarum (qui et Gothi dicuntur) qvod Martis qvondam fuerit, qvem bellandi præsulem & militarium armorum primum repertorem gentiles mentiebantur, eumqve post multa tempora pastor qvidam in terra leviter absconsum deprehenderit ex sangvine bovis, cujus pedem dum in gramine pasceretur vulneraverat, isqve eum Attilæ regi detulerit, divinatumqve illi fuerit omnium tunc temporis aruspicum responsis, qvod gladius idem ad in-*

K 2 *teri-*

x. Ann. Boic. par. 1. lib. 4. y. ad an. 1071.

teritum orbis terrarum atqve ad perniciem multarum gentium fatalis esset. Qvod verum fuisse oraculum, multarum nobilissimarum in Galliis civitatum bodieqve testantur excidia, in tantum, ut gladius ipse, vindex iræ Dei, sive flagellum Dei, à barbaris quoqve diceretur. Cæteri Historici ipsum Attilam nominatum Flagellum Dei tradunt, qvod ipse titulo suo adjecit post vaticinium Eremitæ, de qvo Nic. Olahius, [z] qvi etiam memorat,[aa] nocte, qvæ diem inventi gladii præcessit, per qvietem eum vidisse, se à Marte armari: seqventi luce allatum gladium fidem præcedentis somnii non modicè confirmasse. Cui consentiens Callimachus [bb] subjungit, *plane creditum ab Attila, sibi destinatum divinitùs eum gladium, veluti subigendi à se orbis terrarum pignus & subsidium.* Mater ejus pridie illius diei, qvo ipsum genuit, se in somnis puerum edidisse affirmabat, *Cui qvidem stanti demissus è cœlo Mars ensem accinxit, flagellum divinæ iracundiæ dedit.* Successisse hoc prodigium, invento Martis ense, ipse credidit: qvem idcirco juxta divinum, ac Romani ancile, servavit: & Martem, Scytharum Deum, perveneratus, eius numen qvotidianis sibi victimis placare, notante Bonfinio, [cc] studuit.

Non solùm autem ut insigne Martis, Gladium in honore apud Scythas fuisse, sed & simpliciter Gladium *ut Martem* eos coluisse, Ammiani [dd] verba innuunt: *gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumqve ut Martem, regionum qvas circumcircant præsulem verecundiùs colunt.* Per eum sane, ut sanctissimum numen, juramenta concipiebant. Sic facit Toxaris Scytha apud Lucianum,[ee] *per*

z. Attil. cap. 6. aa. cap. 3. bb. in Attila. cc. rer. Ungar. dec. 1. lib. 3. dd. lib. 31. cap. 2. ee. in Toxari.

per Ventum & Acinacem, Scytharum jusjurandum jurans, qvos Deos esse probat, ita juramentum suum explicans: *Adeone te fugit, qvod nihil sit majus mortalibus vita ac morte? Per hæc utiqve juramus, qvoties per Ventum & Acinacem juramus: videlicet per Ventum, tanqvam qvi vitæ sit causa: per Acinacem verò, ut qvi mortis sit author*. Et alibi[ff] Anacharsis conjurat Toxarin *per Acinacem & Zamolxim* deos Scythis penates. Licet doctissimus Vossius hanc juramenti formulam non tam eò spectare censeat, [gg] qvod acinacem crederent Deum, sed qvià Martis esse Symbolum putarent. Suspicionem Vossii amplectitur Schefferus,[hh] & eam juvare nonnihil videtur factum Bruti, qvi arrepto, qvo Lucretia se confoderat, gladio, & cadaveri imposito, juravit Martem deosqve cæteros, se omni vi ad Tarqvinii dominatum subvertendum annisurum, referente Dionysio Halicarnassæo;[ii] ut non esset absonum credere, cum Martem testem jurare vellet, gladium priùs ut symbolum Martis tetigisse. Sic apud Eundem[kk] legimus de M. Flavolejo primipilo, qvi bello contra Etruscos, arrecto ense juravit patrium sacramentum, cujus apud Romanos vis erat maxima: Bonâ suâ fide, non nisi devictis hostibus reversurum se in urbem. Qvod eius exemplum omnibus placuit, moxqve ambo Consules id imitati sunt, cæteriqve Duces minorum ordinum, tribuni atqve centuriones: & postremo reliqva multitudo militum. Attamen Scythis ipsum Acinacem non minus Zamolxide Numen fuisse, ex altero Luciani loco apparet; & *coluisse Acinacem Scythiæ nationes* Arnobius ridet.[ll] Coluerunt qvoqve Qvadi, qvorum prin-

ff in Scytha. gg. de Orig. et progr. Idolol. lib. 1. cap. 33. hh. Upsal. cap. 3. ii. Antiq. Rom. lib. 4. kk lib. 9. ll. adv. Gen. lib. 6.

cipes atqve Optimates *eductis mucronibus, qvos pro numinibus colunt, juravere se permansuros in fide*, referente Ammiano Marcellino. [mm] Saxones etiam fœdera sua & sponsiones super arma confirmasse, ex notabili Chronici San-Benigniani [nn] loco colligitur: *Saxones missos ad Dagobertum dirigunt, petentes ut eis tributa qvæ fisci ditionibus dissolvebant, indulgeret; promittentes se Winidis resistere, & Francorum limitem de illis partibus custodire spondentes. Qvod Dagobertus consilio Neustrasiorum præstitit. Saxones qvi huius postulationis Legati fuerant, sacramentis, ut eorum mos erat, super arma pro universis* Saxonibus *firmant*. Turcas *per acinacem ac gladium jurare*, Lazius [oo] scribit. Danos priscis temporibus per gladios jurasse apertum est, hinc in vetustissima Sæmundar Edda, [pp] Nidudus Rex cum Vaulundū interrogaret, qvid filiis Regis factum esset, à Vaulundo hoc responsi tulit:

„ Eida skalltu mer aþr alla vinna
„ At skipsbordi oc skialldarraund
„ At marsbogi oc at mœkis egg,
„ At þu kueliat kuan Vaulundar.

h. e.

Juramenta mihi priùs omnia dabis,
Ad latus navis, & ad scuti extremitatem,
Ad eqvi armum, & ad gladii aciem,
Te non torturum esse uxorem Vaulundi.

Qvo ritu etiam fœdera ipsos sanciisse, colligo ex Annalista, qvi Astronomus Reubero audit, And. du Chesnio Eginhartus, Cointio [rr] Monachus Laureshamensis; is de pace

mm. lib. 17. cap. 12. nn. Spicilegii Dacheriani tom. 1. pag. 383. oo. de Gent. Migr. lib. 10 pp. Vaulundat qvi þu. rr. ad an. 774. n. 139.

pace inter Carolum Imperatorem & Hemmingum Daniæ Regem: *Indicta*, inqvit, [ff.] *inter Imperatorem & Hemmingum Danorum Regem pax, propter hyemis aſperitatem, qvæ inter portes commeandi viam claudebat, in armis tamen iurata ſervatur*. Poſtea anno 873. Halbdeni & Sigifridus Daniæ Reges nuntios ad Ludovicum Cæſarem miſerunt, qvi gladium aureum habentem capulum pro munere offerentes, *jurabant etiam iuxta ritum gentis ſuæ per arma ſua, qvod nullus deinceps de regno dominorum ſuorum, regnum Regis inqvietare, aut alicui in illo læſionem inferre deberet*, ut legitur in Annalibus Fuldenſibus a Frehero editis; [tt.] licet Adamus Bremenſis, [uu.] in hiſtoria Francorum inveniri ſcribat, eosdem Reges, *miſſis utrinqve ad Egdoram fluvium mediatoribus, pacem firmam, ritu gentis, per arma iuraviſſe*. Putaſſe Danos, armis ſe protegi ac ſalvari, ideoq; ea ac numina veneranda, & eâ de cauſâ per illa juraviſſe, non obſcurè colligitur ex Ragenarii aliorumq; Danorum ducum promiſſione Carolo Regi factâ, qvam Aimoinus monachus ita deſcribit: [xx.] *His ita placitis Rege qvidem nolente, Principibus tamen qvibusdam muneribus læſis, Ragenarius Dux eorum*, (Nortmannorum ſive Danorum) *cunctiqve Principes ad Regem, qvi tunc in monaſterio macharii Dionyſii reſidebat, adducuntur: per deos, perqve ea qvibus maximè ſe protegi ac ſalvari putabant teſtantes numina vel arma, qvatinus neqvaqvam ulteriùs vel fines ſui Regni niſi fortaſſe auxiliatores intrarent aut contingerent*. Qvi enim in bella & cædes promptiſſimi erant, propriæ dextræ, & qvem dextra vibrabant, gladio, ſalutem ſe ſuam & victoriarum cumulos unicè debere credentes,

ff. ad an. 811. tt. pag. 37. uu. lib. 1. cap. 33 xx. de Miraculis S. Germani lib. 1.

tes, nihil minùs Heroicum ducebant, qvàm præter gladium & vires, idola ut Numen venerari; qvod de Kiartano Olaus Tryggonis dixit, Laxdæla memorante, eum robori suo atqve armis magis qvàm Thoro & Odino con-
„ fidere: þad ser a yfir bragdi Kiartans, at hann þikist
„ meira traust eiga undir asli sinu oc vopnum, helldr enn
„ þar sem er þor oc Odin. Eadem de se ipso Bardus Thorvaldo confitetur in Historia Olai Tryggonis ab Odduro
„ Monacho conscripta: þat vil ek þer kunnigt giora, at
„ ek trui eigi a skurgod edr fiandr, hefi ek vida fart ok
„ mætt blamonnum ok risum, og fyrir komu þeir mer ei-
„ gi, oc fyrir þui hefi ek truat a matt minn oc megin. h. e. *hoc tibi notum facio, qvod in sculptilia & dæmonia non credam; per multa loca peregrinatus sum, & gigantibus ac monstrosis viris obviàm factus, ab iis nunqvam superatus sum; ideoqve in vires meas ac robur hactenus credidi*. Similia de se interroganti Christiano Oddus jactavit, se eatenus nullam novisse religionem, utpote propriis viribus innitentem. yy. De Hallo qvoq; & filio eius in Landnama traditur, qvod sacrificare deastris recusaverint, in robur proprium credentes: þeir fedgar
„ villdu eigi blota, trudu a matt sinn. Sanctus Olaus Rex Norvegiæ Gaukathorum servitium suum sponte offerentem de religione percunctatus, hoc responsi accepit: Gau-
„ kaþorir segir at hann er huarki Kristinn ne heidinn, ho-
„ sum ver felagar eingan atrunad annan enn truum asli
„ voru oc sigrsæli, oc vinnz ofs þat at nogu. h. e. *Gaukathorus respondit, nec se Christianum neqve paganum esse: Mihi sociisq; meis nulla alia religio est, nisi qvod robori nostro & constanti in præliis felicitati confidamus; quæ nobis*

yy. Orvarodds saga cap. 3.

nobis sufficere videntur. nec minori animo, rationem fidei suæ ab eodem Rege reddere jussus Arnliotus, regessit, hann sagdi tann atrunad sinn, at hañ trudi a matt sinn oc „ megin, hefir mer segir hann sa atrunadr unniz at fullu „ her til. h. e. *eam sibi religionem esse dixit, quod in proprium robur atqve vires crederet, qvæ mihi, inqvit, fides hactenùs sufficit.* ut utriusqve responsum in Olafs sogu Helga annotatum legitur. Neqve omittendus ex animosorum indice Hrolfus Kraka Rex Daniæ, de qvo Historia lingvâ vetustâ Danicâ conscripta: eigi er sess „ getit at Hrolfr Konungr ne hans Kappar hefdi nockurn „ tima blotat god, helldr trudu seir a matt sinn oc megin." h. e. *nullibi traditum est, Hrolfum Regem vel eius Heroës diis sacrificasse, potiùs robori suo & viribus confisi erant.* immò adeò confidebat propriæ potentiæ Hrolfus, vel deos tunc creditos in tantùm spernebat, ut uni ex suis de placando Odino verba facienti, memorante eâdem historiâ, regesserit, nihil à maligno illo spiritu metuendum, cujus formidine neqvaqvam teneretur. Idem aliis, licet non Christianis, falsorum Deorum contemptus, qvorum Hiorleifum, Helgonem Biolam, Hallerum Godlos & Bessonem, aliosq; Arngrimus [22] recenset; licet sperni Deos suos superstitiosum vulgus non æqve tulerit, sed cultum ipsorum aversantes mulctaverit; qvod Hialtonem Skeggiæ filium expertum fuisse Olafs Tryggvasonar saga memorat, ad exilium damnatum, ob carmen hoc in publico foro recitatum:

„ Vil ec eigi gud geyia
„ Grey sycki mer Freyia,
„ Ey man annat tueggia

L „ Odinn

22. Crymog. lib. 1. cap. 6. & Spec. Island. pag. 7. & p. 53.

„ Odinn grey eda Freyia.
h. e.
Nil Deos conviciis impetere,
Nullius tamen momenti mihi videtur Freyia;
Unum sit necesse est,
Vel Odinum vel Freyiã semper nullius esse momenti.

Spretorum autem ab antiqvis nullâ veri Numinis cognitione imbutis idolorum causam hanc non incongruè dicamus, qvod non torserit ipsos dulce malum mortalibus additum Vitæ dirus amor, ut pulcherrimè canit Seneca: aaa.

Indomitumve bellum perrumpet omne
Solus contemptor levium deorum
Qvi vultus Acherontis atri,
Qvi Styga tristem non tristis videt,
Audetqve vitæ ponere finem,
Par ille regi, par superis erit.
O qvàm miserum est nescire mori.

Neqve enim illis obiici potest Constantini Magni effatum: bbb. ἔφεσις δὲ δυναστείας, ἀντιῤῥόπου Θεοῦ δυναστείᾳ, πῶς οὐ μαινομένων ἀνθρώπων ἐστὶν, ἀπεστραμμένων τι τὸν σώφρονα καὶ ἐνάρετον βίον; h. e. *Cupiditas vero potentiæ, qvæ æmula sit et æqvalis potentiæ divinæ, an non est hominum prorsus amentium, & à modesta ac proba vivendi ratione alienorum?* Probè enim videbant magnanimi majores nostri, præstigias illas magicas ab divinitatis captatoribus, qvos aspernabantur, exercitas, non esse à divinâ qvadam potentiâ, neqve simulacra & idola, æterni Numinis potentiam & essentialia habere: qvocirca spretis eiusmodi ludibriis, saniores tamen hanc universi machinam & magna cæli luminaria cum admiratione adspicientes, vel iis divinitatis nescio

qvid

aaa. in Agamemnone, bbb. orat. ad SS. cœtum cap 14.

qvid adſcribebant, exemplo Frothonis Regis, qvi Ericum *per lucem perqve cœlum obteſtatur*, apud Saxonem: ccc. vel ipſorum creatorem venerabantur, qvem Refo navigationi Gronlandicæ ſe accingenti Gieſtus avunculus propitium precatur, in Krokarefs ſagâ: Mæli ek nu oc ſvo " ſyrir at ſa ſami ſem ſolina hefir ſkapat efli þik til godra " hluta. h. e. *Obteſtor atqve precor illud idem, qvod Solem creavit, ut in omnibus te proſperum reddat.* Eundem præmia benemeritis largiri, credidit in Watzdæla ddd. laudatus Thorſteinus Ingemundi filius: Þeſs mun fadir vor " niota hia þeim ſem Solina hefir ſkapad ocallan heimeñ, " huer ſem ſa er. h. e. *feret ob hoc*, inqvit, *pater noſter præmium ab illo, qviqvis demum ſit, qvi Solem & univerſum creavit mundum.* qvi Thorſteinus eidem Solis creatori votum ſuum vovit, ut alibi eee. in eadem Hiſtoria memoratur: Nu vil ek heita a þann ſem Solina hefir " ſkapad, þui ek trui hann mattugaſtan at giora þat. h. e. " *Nunc illi qvi Solem creavit, hoc votum voveo, illum enim ſummæ potentiæ ad hoc faciendum credo.* Familiare Numen erat Thorſteino ſupremus ille Solis conditor, cum eum qvoqve adoraret frater ipſius Thorus, à qvo educatus Thorkillus Krafla eandem doctrinam hauſit, unde offerente ipſi baptiſmum Tangbrando Regis Olai Tryggonis ſacerdoti, in eadem hiſtoria fff. reſpondit: *ſe aliam fidem amplecti nolle, qvàm cui Thorſteinus, & Thorus ſuus nutricius addicti fuerant; illos autem in Solis creatorem credidiſſe*, Þorkiell kuadſteigi adra tru hafa vilia " enn Þeir Þotſteinn oc Þorir foſtri hanns hofdu hafr, Þeir " trudu a þann ſem Solena hefde ſkapad. Devotè eidem " Numini moriturus animam ſuam commendavit Thorkillus

ccc. lib. 5. ddd. cap. 22. eee. cap. 35. fff. cap. 44.

lus Mani, Legifer Islandiæ, gentilis qvidem, sed qvi ipsis Christianis magis innocenter vixerat, Landnama descri„bente: Hans son var Þorkell Mani Logsogumadr, er einn „Heidinna manna a Islandi hefir best verit sidadr at Þui „er menn vita dæmi til. Hann let bera sik i solargeisla i „banasott sinni, oc fol sik a hendi Þeim Gudi er Solina „hefdi skapad. Hann hafdi oc lifat svo hreinliga sem Þeir „Christnir menn er best eru sidadir. qvæ aliqvantulùm circumscribens, ita reddidit Arngrimus ggg. *Thorchillus cognomento Mane, (fortasse ideo qvod Lunam, qvæ Mane dicitur, & reliqva sydera majore cum religione qvam reliqvi suspexerat) vir integerrimæ vitæ, & inter Optimates Islandiæ celebris; sub agonem, adverso Soli semet exponi curabat, Cœliq; & totius mundi opificium palam admiratus, ei Deorum, qvi solem reliqvaqve creasset sydera, fugientem moriens commendavit animam.* Concludam pulcherrimo in gentilismo nati Regis Norvegiæ Haraldi Pulchricomi mandato, qvod mihi in antiqvis qvidem historiis necdum reperire licuit, sed prout illud Arngrimus Jonæ in supplemento Historiæ Norvagicæ necdum impresso descripsit, hic dabo: *Haraldus Pulchricomus adhuc adolescens fertur in freqventi incolarum conventu, in hæc verba locutus: Sanctè juro & polliceor, inqvit, me nulli ex vulgaribus Diis hostiarum oblatione serviturum esse; sed ei soli, qvi mundi huius & universorũ parens & fabricator est. Cumqve Norvegiæ Monarchiam adipisci proposuerim, illo omnium Monarcha fretus, qvod statui aggrediar: hoc addito edicto, ut omnes ac singuli qvi me principem agnoscunt, eundem meum Deum colant, qvi secus faxit, læsæ majestatis reus punietur.*

Nam

ggg Crymog. lib. 1. cap. 6.

Nam quæ demùm est amentia, si eum mihi aut aliis opem laturum sperem, cujus regnum excavatæ arboris trunco, aut unius saxi basi perangustâ terminatur? & hanc notam addit marginalem: *Velim hic sibi Lector persvadeat, nos Pulchricomum non Christianum, sed unum ex sanioribus ethnicis statuere. Magistris enim nisi mutis destituebatur; qvamvis penitiùs considerantibus, vix muta quæ enarrant gloriam Dei, ut Psalmista loqvitur.*

CAPUT. VII.

Dani fugam summoperè aversabantur; quam prohibebant, juramentum quo se ante prælium obstringebant: leges in primò fugientem severæ: ignominia fugientis perpetua. Nidingr, Nidingsverk, Nidstaung, infamiæ nomen, opera & insigne.

PRæferoces viribus suis in septentrione producti bellatores, obvia qvævis suis armis cedere ambientes, cum multis imperare vellent, etiam sæpius necesse habuerunt contra multos pugnare, uti Agin Lacedæmonium ad Mantineam, qvod hostes numero superarent, pugnare prohibitum, dixisse, refert Plutarchus. [a] Itaqve neqve reformidabant Nostrates imparem pugnam, cui se accinctum robustus ille Gretterus, certâ sub conditione, in Historia de ipso conscripta [b] monstravit: Svo hefir Grettir sagt " ad hann þætteſt oruggr til vigs fyrir tueimr, enn eigi flyia " fyrir þrimr, eñ þui eins beriast vid fiora ad hann ættihendt " finar at veria, sem hann segir i visu þessi,

„ Treisti eg mer med mesta
„ Mot kennande þrenna
„ Huar eg i hilldar vedri

 „ Heipt

a. in Lacon Apothegm. b. cap. 17.

„ Heipt minnugt skal vinna
„ Villdeka fleiri enn fiorum
„ Farſætendum mæta.
„ At gny fengnum gunnar
„ Grad ef ek skal rada.

h. e.

Gretterus dixit ſe inconcuſſum in pugna cum binis, neqve tres ſimul irruentes fugiturum. qvatuor autem ſe impetere nolle: ſed invadentes ſemet, excepturum, uti hoc carmine teſtatus eſt,

Confido viribus meis adverſus maximos
Bellatores trinos,
Ubicunqve ego in prælio
Funeſta opera peragam.
Nollem pluribus qvàm qvatuor
Bellatoribus occurrere
In prælio acri,
Si pro mea voluntate caderet,

Exceſſit militarem Frothonis Magni Daniæ Regis legem a Saxone [c] nobis conſervatam, qvâ decrevit, *ut qvisqvis militiæ deditus, ſpectatæ virtutis titulum affectaret, impeteret unum, exciperet duos, tres modicâ pedis retractione vitaret, qvatuor fugere non erubeſceret.* Inter Jomsburgenſes neminem recipi voluit legiſlator ipſorum Palnatoko, [d] niſi qvi fortitudinis ſuæ ſpecimen uni vel duobus „ fortiter occurrendo præbuiſſet: Engi madr skylldi ſa þar „ vera i Jomsborg at rynni undan einum manni iafnvi- „ gligum, edr þo tueir væri um einn, eo enim collimabat, ut euntes in prælium, æqvis vel iniqvis viribus, formidinis ac fugæ cogitationibus procul ſepoſitis, vincere aut mori parati

c. lib. 5. d. Jomsvikinga ſaga cap. 14.

parati essent. Unde inter egregia mavortio animo firmando monita, qvæ Svenoni postea Daniæ Regi ille idem Palnatoko instillavit, & hoc memorabile est, in Jomsvikinga saga e. annotatum: Enn þo hygg at þui at þu flyir " alldreigi þo at lid se dreget at þer oc hallt uppi barda- " ga vid þa, þo at þeir se fleyri. h. e. *Illud autem inprimis observa, multitudini te aggredienti nullatenus cedendum, sed strenue manum cum adversariis confere, nunqvam fugam eligens, licet numero superiores sint.* Neqve enim qvidqvam tam detestabile esse atqve probrosum, ac fugam & versa hostibus terga, salubriter persvasum habebant. Haldanus Daniæ Rex, cum consuleretur, ut hostili multitudine imminens periculum fugiendo evaderet, respondit, at fyrr skylldi falla huerum þuer " an annan enn hann skylldi flyia. h. e. *priùs omnes, unum super alterum, casuros, qvàm fugere vellet*, memorante Historia Hognæ & Hiedini. f. Simile magnanimitatis exemplum Norvegia dedit. Nunciato, Erici filios magnâ classe adventasse, Haqvinus Rex non nisi domesticis stipatus, ad consilium retulit, hostibus tam parvâ manu occurreret, an majori copiarum robori exciendo interiora & tuta regni peteret. Tunc Egillus Ullserckus, cujus antea injecimus mentionem, traductæ per gloriosa stipendia vitæ memor, hæc pro sententia, Sturlæsonio memorante in Chronico Norvagico, dixit: Var ek i nockurum or- " rostum med Haralldi Konungi fedr ydrom, bardiz hann " stundom med meira lid en stundom minna, hafdi hann " jafnan sigr, alldri heyrda ek hann leita þess radz at vi- " nir hans skylldi kenna honum at flyja: manum ver oc " eigi þat rad gefa Konungr, þuiat ver þickiomz eiga orug- " gan hofdingia, enn þer skulut þa oc eiga trausta fylgd " af

e. cap. 8. f. cap. 3.

„ af ofs, margir adrit ftuddo oc þetta mal. Konungr fegir „ oc fua, at hann var þefs fufari at beriaz med lid þat er „ fengiz. var þat þa radit. h. e. *Qvibusdam prælus, patris tui Haraldi Regis aufpicia fecutus, interfui: is nunqvam vires fuas numero metiens, hoftibus par vel inferior femper conflixit; fecundam audaciæ fortunam ut plurimùm expertus. Illum nunqvam audivi amicos fuos rogantem, pugnam an fugam capefferet? Qvocirca & tibi, o Rex, noftram promere fententiam, fupervacuum habeo; cum magnanimum nacti fimus Regem: & nos imperterriti te ducentem feqvamur. Non aliis modò, & ipfi Regi ea vox arrifit, qvi fe cum ea qvam habebat inpræfentiarum manu præliaturum optavit; qvod & ab omnibus conclufum eft*, Tunc gaudens Ullferckus, qvam antea latinè teddidimus, exclamationem fecit: þat ottudumz ek „ of hrid er fridr þeffi hinn mieli var, at ek munda verda „ elli daudr inni a palltriam minom. Enn ek villda helldr „ falla i orrofto med hofdingia minom. Kann nu vera at fua „ megi verda. Non fuit minoris fpiritus Theodorus Hreda, qvi inftanti cum Indrido & qvinqve eius comitibus certamini animum obfirmaturus, ad fuperantem adverfariorum multitudinem mafculè excipiendam, & tergum nullo modo vertendum, tali fe ipfe excitavit carmine, qvod in Hiftoria ipfius g. legitur:

„ Eigi skal ek for ytum flyia
„ Undalogs a þeffum fundi
„ Gegnir skulu þat firdar fregna
„ Flædabals a þeffum halfi
„ Helldr ætla ek hialmi falldinn
„ Hrotta faung at fremia laungum

„ Eiki-

g. cap. 7.

„ Eikikroks ȝott at mer ſæki
„ Ytar ſex i vapna meſſu.

h. e.

Non, fugiam viros
In hoc conflictu,
Hoc ſapientes viri audient
Auro-decori, in hoc monticulo.
Sed potiùs volo galeatus
Enſium ſonum perficere diu,
Haſtati qvamvis me impetant
Viri ſex in prælio.

Æternitatem gloriæ merentur milites Svenonis Regis ſtipendia merentes. Ducens in inimicos Rex, contractis in Regiam militibus, nunc ſingulos, nunc univerſos arctiùs percontari cœpit, qvâ fide præſens bellum ingredi vellent. Reſpondentibus, alacriter; non contentus ſimplicitate promiſſi, ſacramento, illatis ſacris, fidem efflagitat. Poſtea receſſu Scanicæ cohortis ab Eskillo antiſtite ſeductæ perculſus, fugam meditans, eum reliqviis copiarum Falſtriam verſus contentiùs pergit. Qvem ubi de fuga agitare, compertum milites habuêre, ne ſine prælio vinceretur, orantes, victoriã, ſi redeat, ſpondent. *Præterea ſcire jubent, eos ſibi milites eſſe, qvi crebrò parvâ manu ingentes hoſtium copias ſuperaverint, neqve paucitatem vereri debere, qvam toties in ſuis victricem aſpexerit. Qvinetiam ultimi dedecoris eſſe fortunam ſuam antè fugæ qvàm bello permittere, eosqve, qvi vinci poſſent, ultrò victores efficere, alieno metu qvàm ſuis viribus fortiores. Monent deinde, ne ex ſtrenuo Rege timidus militum deſertor evadat, ne unius fugæ dedecore tot victorias ſuas macu-*

M *lare*

lare sustineat; ut Saxo noster [h] pulchrè edisserit. Neqve mavortios spiritus labefactavit mutatum cœlum. Idem ardor pugnandi, & fugæ detestatio, qvi Danis in patria fuerat, mansit Normannorum nomine, Neustriæ possessionem nactis. Etenim, Dudone [i] referente, conjuratione Normannorum instinctu Riulfi adversùm Willelmum filium Rollonis factâ, cum Willelmus perculsus conjuratorum numero, qvibus longè inferior erat, fugam ad Francos meditaretur, Bernardus Dacigenus miles ad fortiter præliandum, timiditatis inprimis notâ eum instigavit, inter alia, exprobrando ignaviam, dicens: *Ego & consortes mei te non seqvemur, neque qvo vis proficiscemur. Navigio erga Daciam nostræ natiuitatis terram repetemus, qvia Duce & Advocato caremus. Non vales ultra nobis, viribus effœminatus præesse, qvia mortem metuis his hostibus imminere.* Asperrimæ increpationes in id valuere, ut Willelmus non modo in hostem iturum se, sed & ante signa processurum, ne timiditatis argueretur, mox exclamaverit, Neqve enim parùm valent exhortationum stimuli, à potenti viro, præsertim à Rege, subditi. Sublimis est incitatio Erici Regis ad Danos Imperatorum Græcorum stipendia merentes. Hi *Wæringiar* seu *Weringæ* dicti, unde *Barangum* nomen Græci formaverunt, primarium in Constantinopolitana militia gradum tenebant; qvem tantâ fortitudine decorabant, ut EsbernusSnare verè dixerit: *Si Græciam consulis, nostrorum audacia se defensari clamitabit*, memorante Anonymo de profectione Danorum in Terram Sanctam. [k] Veniente Constantinopolim Erico Bono, Weringæ Regem suum consalutandi potestatem efflagitant. Annuit Imperator, sub-

h. lib 14. i. de mor. & act. Normann. lib. 3. k. cap. 5.

ſubornatis tamen utriusqve vocis peritis, per qvos eorũ Ericiq; Regis colloqvia diſceret. *Primum itaqve conſalutato Rege conſidere jubentur. Tum ille fari exorſus, docet Danos Græcorum ſtipendia merentes, jamdudum honoris arcem virtutibus impetraſſe, indigenis exules imperitare, multoqve foris qvàm domi feliciores exiſtere. Ad hæc, Imperatorem eorum fidei capitis ſui cuſtodiam credere, eumqve prælationis uſum non tam ex eorum meritis, qvàm ex illorum, qvi ante eos Græcorum militiam coluiſſent, virtute progenitum.* etc. *Monuit qvoqve ne manum cum hoſtibus conſerturi, majorem vitæ qvàm virtutis curam agerent, neve mortem fugâ præcurrerent, aut ſalutem ſuam ignaviæ præſidio tuerentur, promittens ſe cum primum in patriam rediſſent, fidelem eorum operam beneficiis penſaturum. Qvod ſi viriliter dimicantes ſpiritum in acie profudiſſent, propinqvos eorum ac necesſarios honore proſecuturum*, prout notabilem ipſius orationem Saxo [l.] reddit. Erat enim famoſus ille Rex Ericus & aliis virtutibus ornatus, & ſpecialiter præſtantis facundiæ, qvam ſpecioſiſſimus vocis habitus ornabat; nec ea modò ab Saxone laudatur, ſed & in Knytlinga ſaga, [m.] nobili de Regibus Danicis hiſtoriâ necdum impreſſâ, ita deprædicatur: Hann var allra manna minngaztr oc ſni-" allr i mali. Sua ſegir Markuſs Skeggia ſon."

„Hrodigr att i brynþings beidir
„Biartan aud oc frökniikt hiarta.
„Minni gnogt oc manvit annad
„Meſt fylgdi þui huergi leſtir.
„Alla hafdi audlingr ſnilli
„Ungr nam hann a margar tungur

 „Ei-

l. lib. 12. m. cap. 73.

„ Eirikr var ſa er matti meira·
„ Meſtr ofrhugi iofri fleſtum.
h. e.

Erat præ omnibus felicis memoriæ, & loqvela facundus.
Sic canit Marcus Skeggiæ filius:

Celebri fuerunt prælii excitatori
Candidæ opes & cor animoſum,
Memoriæ ſatis, & prudentiæ univerſæ
Maxima pars ſine vitiorum mixtura.
Omnibus prædıtus erat Rex dotibus.
Juvenis didicit multas lingvas,
Ericus erat, qvi prævaluit
Maximè audax Regibus plurimis.

Oppidò lepidus nec minoris efficaciæ mihi videtur Sverri Regis ſermo in Sverris ſagâ annotatus, qvo ſuos ad fortiter præliandum, & omnes fugæ cogitationes removendas, æternûm duraturæ gloriæ reſpectu accendit: Siaid „ nu godir drengir at gott er at eiga tuo koſti; ſa er an„ nar at vega ſigrinn, enn annar at deyia. ægi er ſuo ſem „ ydur ſe viſad i skog til timbr hoggs, er þer skulud iafna „ hoggum vid Lendamenn Magnuſar Konungs, oc er þat „ skamm lauſt at þiggia ſtor hogg oc veita, kemr her at þui „ ſem skalldit kuad

„ Erat ſem kolvid kliufe
„ Karl ſa er vegr at Jarle.

„ Suo ſagdi oc einn bondi er hann fylgdi ſyni ſinum til her„ skipa oc red honum rad; bad hann vera hrauſtann oc „ hardan i mannraunum, lifa ord lengſt eftir huern mann „ ſagdi karl. Edr huern veg mundir þu hatta ef þu kæmir „ i orroſtu, oc viſſir þat adr at þu skylldir þar falla. Hann mællti,

mællti, huat mundi at ſpara ʇa at hoggua at tuær hendr. " Karl mællti, nu kynni ʇer ʇat nockur at ſegia at ʇu skyll-". ir liſa. Hann ſagdi, huat ʇyrfti ʇa at ſpara at hlifaz ecki " vid, oc ganga ſem beſt fram. Karl mællti, j huerri orro" ſto ſem ʇu ert ſtaddr ʇa mun vera annat huart, at ʇu " munt falla edr brottkomaz. oc vertu fyrir ʇui diarfr at " allt er adr skapat. Ecki kemr ufeigum i hel, oc ecki ma " ſeigum forda. i flotta er fall verſt. h. e. *Conſiderate iam boni milites, qvod utraq́ hæc conditio bona ſit, ſive victoriam adipiſcamur, ſive morte occumbamus. Neqve enim putetis, vos in ſylvam ad ligna cædenda mitti, qvibus cum Regis Magni exercitu dimicatio inſtat, nunc enim graves ictus ſine ignominia dari & accipi poſſunt, & locum iam habet, qvod vulgo cantatur*

Non eſt tanqvam ligna carbonibus apta diffindat
Qvi Comitem occidit.

Colonus etiam qvidam, cum filium ſuum ad claſſem in prælium ituram deduceret; & conſiliis ipſum inſtrueret, hortatus eſt in omnibus periculis fortem ſe et animoſum gereret, fama enim, inqvit, uniuscujusvis diutiſſimè ſuperſtes eſt: Et qvomodo te gerere velles, ſi in prælium veniens certò te ibi occubiturum præſcires. Filius reſpondit, tunc nihil obſtaret, qvo minùs ab utroqve latere obvios proſternerem. Regeſſit colonus: at ſi qvis tibi prædicere poſſet, te ex prælio vitâ incolumi reverſurum? nihil tunc, reſpondit, me impediret, qvin audaciter in inimicos procederem nemini parcens. Tunc pergens colonus: in qvodcunqve certamen deveneris, alterutrum eveniet, aut interficieris, vel evades, ideoqve audax eſto. omnia enim hæc prædeſtinata ſunt. qvem fata morti non

M 3 deſti-

destinaverunt, nemo valet occidere: rursùs morti destinatum nihil potis est defendere. Pessima autem mors est, qvæ fugienti supervenit.

Nonnunqvam tamen periculosæ aleæ præliis instantibus, præter Ducum exhortationes, jurejurando Dani se obstringebant, qvo majore constantiâ virtutis pugnarent; qvomodo in Scotia fecisse, Hector Boethius [n] narrat: *Habebat dextrum cornu Hubbam cum Danorum sex milibus, sinistrum Buernum Anglum cum Anglorum qvibusdam cohortibus, ac, Pictorum qvæ in Daniam fugerant reliqviis. Mediam aciem Humber cum cætera multitudine tenebat. Cum ingenti spiritu jubet Humber, firmioribus ut animis prodirent in certamen, docens qvicqvid haberet Albion virium, qvicqvid opum, simul cum tota insula, victoriæ præmium: fugæ vero, cunctorum interitum, &, cui mors omni viro forti præferenda foret, perpetuam ignominiam. Publicitùs inde ultimo sacramento se adegit, non nisi victorem unqvam in castra reversurum, reliqvos ut idem facerent, hortatus. Id cunctis adeo probatum, ut in ea multitudine nemo omnium esset, qvi non idem juraret.* Notabile est, qvod fidos Willelmo Normanniæ Duci, auditâ nuper Bernardi Dani forti oratione incitatos milites fecisse, Dudo [o] subjicit: *Reperti sunt autem Bernardo inqvirente trecenti viri, parati cum Willielmo præliari & mori. Qvi unanimes ante illum venerunt, indiciumq; fœderis, fideiqve & adjutorium, more Dacorum facientes, tela mutuæ voluntatis pacto unà concusserunt.* Nec tamen negaverim, ablatos fugâ nonnunqvam etiam maximos bellatores, qvum effusè omnes in pedes se conjicerent, uti Starcathero nullâ aliàs sævitia rerum aut periculorum magnitudine qva-

n. Scot. Hist. lib. 10. o. lib. 3.

ti so.

ti ſolito, accidit, neqve ſimplici vice. Namqve & aliqvando Sigurdum Fabnisbanum adventantem cum etiam ante congreſſum metueret, metu correptum in fugam ſe conjeciſſe Nornageſtz ſaga memorat, qvando nihilominus ictum adeo validum ſuſtulit, ut duo primores dentes ſedibus ſuis excuterentur, qvorum alter in Dania diu reſervabatur inſignis magnitudinis, ſeptem orarum pondo: immo ut in Chronico Erici Regis nomine titulato legitur, ſex pollicum habens magnitudinem, per Henricum Æmelthorp de Dania im Teutoniam pro miraculo portatus; licet Huitfeldius [p] duodecim pollices habiſſe reponat, qvi ipſe tamen alibi [q] dicit, habuiſſe Æmelthorp en ſterck Odders Tand, pollicis unius cum dimidio longitudine, in Scania repertum: ubi conjungenda bina Danica verba opinor, ut legendum ſit, *Starcatheri dentem*, eum habuiſſe. Alio tempore Starcatherum, ignaviâ Sveonum, qvorum ſe commilitio addixerat, compulſum, terga fugæ dediſſe, Saxo annotavit, [r] ſociorum fugam ſecutum, ne pavoris initium ab eo ortum crederetur, cui primum cauſam præbentem Leges ſeveriori pænæ adjudicabant. Apud Danos ſanè vetuſtiſſimæ rigor Legis ei intentatus erat, qvi primus peſſimum fugæ exemplum daret. Statuit enim magnus Septentrionis domitor Frotho, legibus exercitum, narrante Saxone, [s] formans, *ſi qvis in acie primus fugam capeſſeret, à communi jure alienus exiſteret*. Romanis, apud qvos hoc unum erat ex inſtitutis diſciplinæ militaris qvod diligentiſſimè obſervabant, ne fugerent, acerbiora etiam jura; præcipit enim ex Arrii Menandri libro qvinto de re militari, in Digeſta [t] relata lex: *Qvi in acie prior fugam fecit, ſpectantibus*

p. tom. 1. edit. in 4to. pag. 23. q. tom. 2. pag. 237. r. lib. 7. s. lib. 5. t. lib. 49. tit. 15.

tibus militibus, propter exemplum capite puniendus est. Spartanis qvoqve Fugere lex prohibuit, de qvâ apud Herodotum, [u] ad Xerxem Demaratus verba facit: *Lacedæmonii pugnando cum singulis, non sunt illi qvidē cæteris deteriores viris: at conferti, cunctorum virorum sunt excellentissimi. nam licet sint liberi, non tamen sunt usqvequaqve liberi: qvippe qvibus præest domina lex, qvā multò magis metuunt qvàm tui te. Faciunt ergo qvæcunqve illa cogit. cogit autem idem semper, vetans semper eos ex acie fugere qvamtamvis hominum multitudinem, sed jubens ut ordinem non deserentes, aut vincant aut occumbant.* A Lycurgo sine dubio lata lex, cum ad eam respexisse crediderim Xenophontem; [x] *Hoc etiam in Lycurgo admiratione dignum est, qvod in civitate sua perfecerit, ut vitæ turpi mors honesta præferretur.* Institutionem Laconum hanc uno loco [y] vocat Plutarchus, at alibi [z] Legem, scribens Lacedæmonios fugientes obnoxios fuisse infamiæ legibus decretæ. Qvocirca nihil est necesse Aristotelem [aa] auscultare, dicentem Lacedæmonios *pueros immanes & feros reddere, proinde qvasi hoc ad fortitudinem plurimùm valeat*, cum vis memoratæ legis in prodigiosum & summè heroicum mortis contemptum apud ipsos valuerit. Unde fortissimæ voces, Agesilai, qvi interrogatus, *qvomodo magnam parasset sibi gloriam*, respondit: *Contemnendo mortem:* Damintæ, qvi Philippo in Peloponnesum irruente, cum qvidam diceret *fore in periculo Lacedæmonios, nisi cum illo pacem componerent*, replicavit: *Semivir, qvid mali nobis expectandum est, qvi mortem contemnimus?* Anexandridæ, qvi interroganti, cur

u. lib. 7. x. in republ. Lacedæm. y. in instit. Lacon. z. in Lacon. Apopthegm. aa. de Republ. lib. 8. cap. 4.

cur Spartani in bellis ita audacter pericula adirent, regessit: *Qvia nobis studio est ut sollicitissimus de vita, non, ut alii, timidi.* Leonidæ rogati, *cur optimi nobilem mortem obscuræ vitæ anteponerent*, respondentis: *Qvia hoc proprium naturæ, illud sibi esse censent:* immò totius populi, etenim Antipatro, *nisi petiti obsides darentur*, atrocia minanti, Eteocles publico nomine hoc responsi fecit: *Si difficiliora morte imperas, facilius nobis erit mori.* uti hæc aliaqve magnanima dicta Plutarchus [bb.] recenset. Cæterum potentissimus Daniæ Rex Frotho, non contentus timidis pœnæ metum incussisse; & propositis brabeis, fortitudinem atqve audaciam instillare, iisdem legibus militaribus voluit: *Qvi verò ex popularibus primipilum in acie anteiret, ex servo liber, ex agresti illustris evaderet. At si ingenuus foret, satrapa crearetur. Tanta olim*, exclamans Saxo [cc.] subjungit, *audaces stipendia merebantur. Adeo veteres nobilitatem fortitudini tribuendam putabant. Siqvidem non fortunæ virtutem, sed virtuti fortunam deferri debere, existimatum est.* Sed supervacuæ ferè leges, qvi fortioribus gloriæ stimulis agebantur. Ea mari, ea terrâ, ea acie, ea regnis oppugnandis experiri fortitudinem, & asperrima qvæqve ad laborem periculumqvè deposcere, insidens animis effecit: qvoniam, qvicqvid post fugam ac tam deforme formidinis proditum indicium qvis viveret, id omne destinatum ignominiæ esset. Neqve enim ullum facinus fugâ magis infame ducebatur, in qvam qvi se conjecisset, probroso *Nidings* nomine censebatur, qvo Sigvaldum fugientem fortissimus ille Vagnus Achonis filius deformavit, Jomsvikinga saga [dd.] referente: Vagn svarar, Jui flyr fu hinn vondi "

N Ni-

bb. In Lacon. Apophthegm. cc. lib, 5. dd. cap. 37.

„Nidingr vid litinn ordstir! selr þu ofs med skemd þeir„ri er þu munt heim hafa oc vid lifa allan þinn alldr. h. e. *Vagnus inclamat: cur fugam cum magna ignominia capessis, infamis Niding? nos relictos, cum eâ infamiâ deseris, qvam domum reportatam omni vitæ tempore retinebis.* Denotat autem *Nidingr*, vel ut nunc efferunt, *Niding*, modernis Danis virum sordidè parcum atqve tenacem, uti hodiernâ significatione vocem illam Ofterson, ee. & Dolmerus ff. explicant: veteribus autem *Nidingr* erat homo summè infamis, & maximâ ignominiæ labe aspersus, immò homo sceleratus, & Matthæo Parisiensi explicante, neqvam: qvæ expositio planissimè probatur ex enumeratione facinorum, qvæ *Nidingsverk*, vel opera non nisi ab scelerato homine & infami patrata, reputabantur, in Codice antiqvo Legum Islandicarum gg. „ita recensita: þat er Nidingsverk hit mesta, ef madr „rædr lond oc þegna undan Konungi sinum, þat er oc „Nidings verk, ef madr vegr mann i gridum eda trygdum „mann sinn. Þat er oc nidings vig ef madr vegr logmann „fyrir retta logsogn. þat er oc nidings vig ef madr bren„nir mann inni. þat er oc nidingsvig, ef madr myrdir „mann. þat er oc nidings vig, ef madr hefnir þiofa. Þat „er oc nidingsverk, ef madr hoggr hond eda fot af man„ni, eda stingr ut auga manz, eda skerr tungu or hofdi „honum, gelldir mann oc meidir at vilia sinum sialfs. h. e. *Infame scelus est, si qvis regionem vel subditos a servitio Regis proditiosè avertat. Infame scelus est, si qvis compositâ pace, confœderatum sibi interficiat. Infame scelus est, si qvis Judicem ob legitimi judicii pronunciati*

ee. Gloss. Jurid. ff. not. in Hirdskraa cap. 19 gg. tit. Mannhelgi cap. 2.

ciationem interficiat. Infame scelus est, si qvis alterum in domo comburat. Infame scelus est, si qvis occultè qvempiam occidat. Infame scelus est, si qvis furum mortem ulciscatur. Infame scelus est, si qvis alicui manum vel pedem amputet, oculum eruat, linguam exscindat, deliberato animo virilia amputet, vel membrum alicujus qvodcunqve luxet. qvæ verbotenus enumerata reperiuntur in Codice Frostathingensi, qvi unicum addit: Iat er oc nidingsverk, ef madr hefnira odrum en' seim er gio- " rir eda rædr. h. e. *Infame scelus est, si qvis ab alio ultionem exigat, qvàm qvi opere vel consilio qvid commisit.* Qvod fuerit infame scelus reputatum, socium verberibus vel vulneribus afficere, & Witherlags ret [hh.] testatur: *Si qvis fregerit leges societatis verberibus vel vulneribus, ille aulâ expelli debet cum Nidings nomine.* Cum Buo fanum exussisset, illud *Nidingsverk* seu infame scelus reputatum, Kialnesinga saga memorat. Starkatherus, qvi Vikarum Regem suum nefario suspendio sustulit, *Nidingur* in historia Hrolfi & Gautreki [ii.] vocatus est. Sigvaldum Jomsburgensium ducem ob arreptam fugam infami *Nidingi* nomine aspersisse Vagnum nuper memoravimus, qvem eundem ob Olaum Tryggonis Norvegiæ Regem proditum, eodem probroso nomine Stefnerus traducit, in historia memorati Regis canens:

„ Munkat ek nefna nær munsek stefna
„ Nidr biugt er nef a nidingi
„ Sa er Suein Konung sueik or landi
„ Oc Tryggvason a ralar dro,

h. e.

hh. leg. 5. ii. cap. 7.

Non nominabo, ferè attingam,
Adunco naso est infamis
Qvi Svenonem regem è regno pellexit,
Et Tryggonis filium prodidit.

Deniqve cum innumera scelera *Nidingsverk* dicta sint, qvæ conglomeratis exemplis monstrare tædiosum esset, solùm ex Hirdskra [kk] adjiciam, *Niding* dictum, qvicunqve cognito hostium adventu, commilitibus suis patriam unà defensuris illum non indicaverit: vel qvi nuncio belli accepto, ad Regem copias congregantem se non properè contulerit. Qvemadmodum & Willelmum Rufum Angliæ Regem denunciasse suis Matthæus Paris [ll] memorat, ad se properarent, qvi ignominiuoso Nithingi nomine infamari nollent: *Rex ira inflammatus, stipendiarios milites suos Anglos congregat, & absqve mora, ut ad obsidionem veniant, jubet, nisi velint sub nomine Nithing, qvod Latinè neqvam sonat, recenseri*; ubi eadem referens Willielmus Malmesburiensis [mm] *Nidering* substituit. Hoc autem notabile, qvod sicut ad nuncium belli auditum, Regi vel exercitui se jungere differre, infame *nidingsverk* reputaretur, ita qvi semel probrosissimo illo vocabulo aspersus omnem honorem perdidisset, recuperare eo solùm modo valuit, si instans regno ex advenientibus hostibus periculum incolis nescientibus indicasset, uti sancitur in „Codice Legum Frostathingensium: [nn] Nu kemr madr i „land vart sa er hedan var utlægr gor, oc þer hersogu „sanna, þa sem landzmenn vita eigi adr von a, þa er hann „i lendr med Konungs radi oc skipan, þo at hann være „adr Nidingr. h. e. *Si qvis terram nostram intraverit, qvi*

kk capp. 19. & 37. ll. in Willel II. mm. lib. 4. nn. tit. Landvarnar balki cap. 5.

qvi antea hinc proscriptus fuerat; ac de exercitu hostili regno imminente incolas eorum adventus antea ignaros, certiores reddiderit, pacem suâ, prout Rex dispensaverit, eo ipso recuperat, etiamsi antea Nidingr esset. qvod eadem Leges alibi oo. pleniùs confirmant: Huervetna þar " sem madr vegr skemdarvig eda giorir nidingsverk, þa " fari hann utlægr oc uheilagr oc fyrirgiort se oc fridi, " landi oc lausum eyri, oc jamvel odals iordum sinum, " oc komi alldri i lànd aptr, nema hann bere herfogu san- " na þa sem landzmenn vitu eigi àdr von a. h. e. *Qvi-* " *cunqve nefarium homicidium commiserit, vel infame-scelus patraverit, extorris erit & a qvovis impunè occidendus; pace ac pecuniâ, immobilibus atqve mobilibus prædiis insuper hæreditariis privatus; nec unqvam pacem recuperet, nisi vera nuncia belli adferat, qvod imminere incolas latebat.* Nefaria hic alibiqve homicidia *Nidings verk* nominantur, qvomodo præsertim in eos commissa, qvi post mortem in Sanctorum numerum relati; unde Canuti Regis cædes *nidingskapr*, & Canuti Ducis *nidingsverk* & *nidingsvig* in Knytlinga saga vocatur: & occisio Regis Norvegiæ Olai Sancti similiter *nidingskapr* vociferatur in Olafs sagâ Helga apud Olavium in Lexico Runico. Tantæ itaqve infamiæ nomen omnes non sine causa abhorrebant, etiam Angli, *qvi nihil miserius putarent, qvàm hujusce vocabuli dedecore aduri,* teste Malmesburiensi, vel ut Parisiensis loqvitur: *qvi nihil contemeliósius & vilius æstimant, qvàm huiuscemodi ignominioso vocabulo notari.* Nostrates autem sub eius nominis aspersione, in'micos in duellum provocabant, credentes eos pugnam potiùs amplexuros, qvàm tam despicabilis

N 3 nomi-

oo. tit. Mannhelgi cap. 6.

nominis infamiam. Ita enim, memorante Watzdæla, Jokullus Ingemundi Finbogum ad duellum provocavit, qvi „ non comparuerit, Hann skal vera huers mans Nidingr, „ oc vera huergi i famveru godra manna. h. e. *ille infamis, omnibus sit contemptui, & a bonorum virorum consortio prorsus exclusus.* In Egils saga Egillus ad Bergo- „ nundum ad duellum provocatum dixit: Vertu huers „ mans nidingr ef þu þorir eigi. h.e. *Omnibꝰ infamis esto, si „ dimicare non audeas.* Et in Hervarar Saga, pp. bidur „ Hiorvardur Hialmare til Holmgongu i Samsey, oc kue- „ dur hann vera huers mans Niding ef hann gěingur fra „ firr enn þetta einvige er reint. h. e. *Hiorvardus Hialmarum ad duellum in Samsoa secum committendum provocat, cum conditione, ut infamis ab omnibus haberetur, qvi ante finitum duellum abiret.* Neqve satis habuit appellans tergiversantem appellatum eo infamiæ nomine dehonestare, qvomodo in Suarfdæla Sogu Thorsteinus „ Lioto certamen detrectanti dixit: Se ek at þu þorir ei- „ gi at beriast vid mik, oc far þu leid þina, oc ber Nidings „ ord huar sem þu fer. h. e. *Video te mecum congredi non audere: abi igitur, summæ infamiæ titulo ubiubi fueris, maculatus,* insuper hastam infamiæ *nidstaung* in eius opprobrium erigebat; qvem ritum anteqvam exemplis illustraverimus, paucissimis etymologia vocis aperienda; de qva se cum viris doctioribus dubitare fatetur Willielmus Wats in Glossario ad Matthæum Paris, nihil tamen aut scripturæ aut naturæ vocis proximius inveniens, qvàm *Nith*, uti olim *nox* scripta apud Hovedenum reperitur. Sed commodissimè deducitur ab antiqvâ vocula *Nid*; ea genuino atqve vetusto sensu denotat *ignominiam*, *ludibri-*

p. cap. 4.

dibrium, vel *infamiam*, qvâ significatione aliqvoties occurrit in prisco Legum codice, qvi vulgò Gragas dicitur, titulo Vigsloda: qq. Ef madr qvedr nid um mann ad log-" berge, oc ver þat skoggangr. h. e. *si qvis de altero lu-*" *dibrium canat in foro, capitale esto.* item: Skal hann" qvedia til vettvangsbua um þad hvart hinn hafi qvedit" nid þat til hadungar honum, edr eigi. h. e. *ex accolis loci, in qvo carmen cantatum fuit, testimonia exigat, utrum in eius irrisionem cecinerit illud ludibrium, vel non.* deniqve: Ef madur yrkir nid edr hadung um Konung Svia," edr DanaKonung, edr Nordmanna, oc ver þat skoggangr." h. e. *Si qvis de rege Svecorum, Danorum, vel Norvegorum ludibrium canat, capitale esto;* ut verba exactè reddita sonant, pænam capitis in eos statuentia, qvi carmen in infamiam unius e Regibus Septentrionis pepigerit; qvæ lex statuta videtur abolendo statuto cuidam Islandorum, tempore Haraldi Blaatandi Regis decreto, qvo exacerbati Islandi ob navem qvandam ipsorum ab eodem Rege frustrà repetitã, receperant communi consensu, ut carmina irrisoria in ludibrium eius, pro numero incolarum, pangerentur, uti in Chronico Norvegico memorat Sturlesonius: Dana Konungr ætladi at sigla lidi þui til Islandz, oc hefna nidz þess er allir Islendigar hofdo nid-" dan hann. þat var i logum haft a Islandi at yrkia skyll-" di um DanaKonung nidviso fyrir huert nef er a var lan-" dino. Enn su var sauk til þess, at skip þat er Islendzkir" menn hofdo att braut i Danmork, enn Danir toko fe" allt, oc kollodo vagrek, oc red fyrir þui bryti Konungs" er Birgir het, var nidit ort um þa bada.

h. e.

Rex

qq. cap. 115.

Rex Daniæ congregata classe Islandiam petere decreverat, ultionem de eis sumpturus ob carmina illusoria, quæ universi Islandiæ inhabitatores de eo pepigerant. Namque in Islandia lege receptum erat, ut de Rege Danorum, pro singulis nasis qui in insula erant, totidem carmina irrisoria componerentur. Causa hæc erat. Navis ad Islandos pertinens ad Daniæ oram maritimam naufragium fecerat, quam omnibus quæ vehebat ablatis, Dani confiscaverant, principe eius facti Birgero isti oræ à Rege præfecto. Tunc in Regis & istius Birgeri irrisionem carmina composita sunt.

Cum vero major ignominia excogitari non posset. qvàm perticæ cum notis qvibusdam infamiam alterius designantibus erectio, ea specialiter *Nid* vocata est, docente cito antea Legum codice Gragas: [rr.] Ef madr giorir Nid „um mann, oc ver þat fiorbaugsgardr. þat er Nid, ef „madr sker trenid manni edr reisir manne nidstaung. h.e. *Si qvis de altero Nid faciat, exul esto. Nid verò est, si qvis in alterius infamiam ligno qvid insculpat vel incidat, vel contum ignominiosum erigat.* qvem præcipuè erigere solebant appellantes, in provocatorum ad certamina, si metu non comparerent, perpetuam & maximè conspicuam ignominiam Exemplum suppeditat Historia Gislai Surfonii, ubi cum Kolbeinus Gislai sodalis ab Skeggone in certamen provocatus, ad præfixum tempus nullibi copiam sui faceret, Skeggo sculptorem qvendam al„locutus est, oc bad hann giora likan eftir Gisla oc Kol„beini, oc skylldi huer standa aptan vid annann, skal „smid þat standa avallt þeim til hadungar. h: e. *rogavit eum, ut ad similitudinem Gislai & Kolbeini sculptilia faceret,*

rr. Vigsloda cap. 114.

ceret, qvorum unum ad tergum alterius poneretur, ut fabrica illa in æternum ipsorum opprobrium erecta staret. Illustrius aliud legitur in Watzdæla, ubi Jokullus Finbcego ad duellum provocanti occurrere promittit hac verborum formulâ adjectâ: Enn ef nockurir koma eigi, þa " skal þeim reisa Nid med þeim formala, at hann skal vera huers mans Nidingr, oc vera huergi i samlagi godra " manna, hafa goda gremi med gridnidings nafne. h. e. *Si qvis vero non comparuerit, in eius ignominiam pertica erigenda, in qva annotetur, qvod ab omnibus infamis reputetur: a bonorum virorum conversatione sit exclusus: iram deorum, ac despicabilis fœdifragi nomen incurrat.* nihilominùs impeditus appellans cum præfixo die venire supersedisset; foru þeir Jokull oc Faxabrandr til sauda " husſ Finnboga, er þar var hia gardinum, oc toku sulu ei- " na, og baru undir gardinn. Jokull skar Karlshofud a sulu- " endanum og reist a runar med ollum þeim formala sem " fyrr var sagdr. Sidann drap Jokull meri eina oc opnudu " hana hia brostinu oc færdu a suluna, oc lietu horfa heim " a Borg. h. e. *Jokullus & Faxabrandus ovile Finbogi ad sepem erectum adierunt, & sudem apportantes, eam prope sepem fixerunt. Jokullus caput senile in summo perticæ vertice sculpsit, & litteras incidit exprimentes, de qva antea convenerant infamiam. Deinde Jokullus perforato mactatæ eqvæ pectore, eam perticæ imposuit, & caput ipsius Borgam* Finbogi domicilium *spectare fecit.* Nonnunqvam eiusmodi irrisoriis perticis imprecationes inscribebantur, qvas addidit Egillus Scallagrimi filius, in Erici Blodoxi & Gunnhildæ Reginæ contumeliam eiusmodi hastam erigens, describente de ipso conscripta hi-

O storia:

„storia: Hann tok i hond ser heslis staung ok geck a „bergsnaus nockura þa er vissi til landz inn, þa tok hann „hross hofud ok setti upp a staungina, sidan veitti hann „formala, ok mællti sua: Her set ek upp nidstaung,ok „sny ek þessu nidi a hond Eiriki Konungi ok Gunnhill-„di drotningu. Hann sneri hross hofdinu inn a land. Sny „ek þessu nidi a landvættir þær er land þetta byggia, sua „at allar fari þær villar vega engi hendi ne hitti sitt in-„ni, fyrr en þær reka Eirik Konung ok Gunnhilldi or „landi. Sidan skytr hann staunginni nidr i biargrifu, ok let „þar standa. Hann sneri ok hofdinu inn a land, enn hañ „reist runar a staunginni ok segia þær formala þenna al-„lan. h. e. *Hastam corylinam manu sumpsit, ac in scopulum ascendit ad interiora regni versum. Deinde caput eqvinum hastæ summitati imposuit, & conceptâ verborum formulâ ita effatus est: Hic hastam infamiæ erigo, & hanc ignominiam in Ericum Regem atqve Gunhildam Reginam dirigo. Caput eqvinum ad regni interiora obvertit. Tunc pergit: Hunc infamiæ apparatum in genios huius terræ dirigo, ita ut omnes incertis sedibus vagentur, nec qvisqvam eorum domicilium suum invenire vel adire valeat, priusqvam Ericum Regem & Gunhildam Reginam abegerint. Deinde hastam in scopuli fissurâ qvadam constituit, ibiqve reliqvit. Caput terram spectare fecit, & litteras hastæ incidit memoratas imprecationes continentes.* Hujusmodi apparatum, ut penitùs magicum, Saxo [ff] describit, varias insuper adhibitas cerimonias ostendens: *Qvo impetrato, cum exqvisita magorum turba littus repetere parat. Primùm itaqve immolati diis eqvi abscissum caput conto excipiens, subjectis stipitibus disten-*

ff. lib. 7.

diſtentos faucium rictus aperuit, ſperans ſe primos Erici conatus atrocis ſpectaculi formidine fruſtraturum. Arbitrabatur enim ineptas barbarorum mentes oblatæ cervicis terriculamento ceſſuras. Et iam Ericus obvium illis iter agebat. Qvi proſpecto eminus capite, obſcœnitatis apparatum intelligens, ſilere ſocios, cautiusq́ ſe gerere jubet, nec qvemqvam temere præcipitare ſermonem, ne incauto effamine ullum maleficiis inſtruerent locum: adjiciens ſi ſermone opus incideret, verba ſe pro omnibus habiturum. Jamqve medius illos amnis ſecreverat, qvum magi ut Ericum pontis aditu deturbarent, contum, qvo eqvi caput refixerant, fluvio citimum locant. Ille nihilominus intrepidè pontem aggreſſus, in latorem, inqvit, geſtaminis ſui fortuna recidat, nos melior conſeqvatur eventus! Malè maleficis cedat, infauſtæ molis gerulum onus obruat, nobis potiora tribuant omina ſoſpitatem! Nec ſecus qvàm optabatur evenit. Continuò namqve excuſſâ cervice ruens ferentem ſtipes oppreſſit. Ita omnis ille maleficiorum paratus ad unius exsecrationis imperium ſpe ſua vacuus expiravit. Hoc unicum ad illuſtrationem ſermonis Egilli Scallagrimi ad genios regionis directi addam, credidiſſe veteres ethniciſmi ſuperſtitionibus adhuc imbutos, diſtentarum faucium & hiantis rictus aſpectum Genios locorum ferre non poſſe, qvamobrem legum Islandis per Ulfliotum latarum id initium fuit, ne qvis Islandiam navigio petens, effigiem ejusmodi navim exornatam haberet, qvâ Genii implacabiles redderentur, Landnama docente: Þat var upphaf hinna heidnu laga, ad menn skylldu eigi hafa hofud skip i haf, enn ef Þeir hefdi, Þa skylldu Þeir aftaka haufud adr Þeir kiæ-

 mi

„ mi i Landſyn, oc ſigla eigi at lande med gapandi hauſ„dum edr ginandi trionum, ſuo ad Landvættir fælduſt vid. h. e. *Legum ethnicarum hoc erat principium, ne qvis navem capite inſignitam in altum deduceret; qvod ſi feciſſet, paraſemum tale, ante navis ad terram appulſum auferret; cum non eſſet licitum navi ad terram vehi, in qva capita diſtentis faucibus & hianti rictu aſpiciebantur, qvæ Genii regionis extimeſcebant.* Hinc qvi genios hujusmodi dedignabatur Olaus Haraldi Rex Norvegiæ, proprii capitis expreſſam ſimilitudinem, qvam ipſe exſculpſerat, proræ navis ſuæ addidit, ut in hiſtoria ipſius annotatur. Deorum tamen effigies uſurpare, gentilibus conceſſum erat, qvomodo Thori ſimilitudinem in ornatum proræ ſuæ qvi ſemper adhibuerat Ericus Comes Norvegiæ, voto facto de baptiſmi lavacro ſubeundo, ſi victoria de Olao Tryggonis ipſi cælitùs daretur, ſimul cum voto, Thori imaginem proræ detractam in minutiſſimas partes confregit, & ejus loco ſanctam crucem erexit, memorante Hiſtoriâ Olai Tryggonis. Aliàs variorum animantium ſpecies, ad prætoriarum navium inſignia adſumebantur, qvomodo Sanctus Olaus navi capite biſontis conſpicuâ vectus legitur in impreſſo Sturlæſonii Chronico Norvegico pag. 271. ubi Danicus interpres dormitat, dum *Viſund hauſud* reddidit per *vidunders eller Spögelſehoſuit.* Magno Olavio in manuſcripta enodatione priſcarum cantilenarum *Viſund* audit canis qvi veſtigia naribus ſectatur; at ſi qvid video, animal cornutum intelligendum, unde ſi ex ſimilitudine vocis conjecturam ducere liceat, *biſontem* exponerem; locum Snorronis de qvo „ controvertitur, ex manuſcripto depromere juvat: Olafr

Ko-

Konungr hellt ſidi ſinu ſudr um ſtad, droz lidenn til hans„ vida or herodum. þa hafdi Olafr Konungr skip þat er„ hann hafdi giora latid adr um vetrin er Viſundvar kalladr„ oc allra skipa meſt, var à framſtafninum Viſund haufud„ gullbuit, þeſs getr Sighvatr.

„ Lyngs bar fiskr til ſeingiar
„ Flugſtyggs ſonar Tryggua
„ Giolnar gulli molnu,
„ Gud villdi ſua, rodnar.
„ Annan let a unnir
„ Olafr buinn hala
„ Laugr þo driugt hinn digri
„ Dyrs horn Viſund ſporna.

h. e.

Rex Olaus cum claſſe ſua auſtrum verſus, promontorium Stad prætervavigavit, tum ad eum paſſim è præfecturis milites confluxerunt. Vehebatur Rex Olaus navi, qvam præterita hyeme fabricari fecerat, Biſontis nomine vocata. Omnes ea cæteras magnitudine præcelluit; in prora caput biſontis auro ornatum poſitum erat. Meminit eius Sigvatus:

Erices piſcis (ɔ: ſerpens) *filii Tryggonis fugere-nolentis portavit roſtrum contuſo auro roratum ad conflictum, providente ita Deo. Alterum biſontem valdè ornatum curavit Olaus Craſſus currere per undas, mare lavavit admodum animalis cornu.*

Nihil tamen Draconibus ad ornatum proræ freqventiùs adhibitum. Sed hoc ab inſtituto hujus loci alienum ulterius perſeqvi haud convenit, inſigni loco ex Encomio Emmæ deprompto concluſiſſe contenti erimus, ubi inſignia

Danicarum navium præcipua indigitantur. Ita enim de expeditione in Angliam Sveni Regis Danorum, præfati Encomii author [tt.] loqvitur: *Aggregati tandem turritas ascendunt puppes, æratis rostris Duces singulos videntibus discriminantes. Hinc enim erat cernere leones auro fusiles in puppibus, hinc autem volucres in summis malis venientes austros suis signantes versibus, aut Dracones varios minantes incendia de naribus. Illinc homines de solido auro, argentove rutilos, vivis qvodammodo non impares; atqve illinc tauros erectis sursum collis, protensisq́ cruribus, mugitus, cursusqve viventium simulantes. Videres qvoqve delphinos electro fusos, veteremqve rememorantes fabulam de eodem metallo centauros. Eiusdem præterea cælaturæ multa tibi dicerem insignia, si non monstrorum, qvæ sculpta inerant, me laterent nomina.* nec minora memorat [uu.] de classe Canuti Regis Svenonis filii ad Angliam subigendam solventis: *Tantus qvoqve decor inerat puppibus, ut intuentium hebetatis luminibus, flammeæ magis qvàm igneæ viderentur a longè aspicientibus. Si qvando enim sol illis iubar immiscuit radiorum, hinc resplenduit fulgor armorum, illinc vero flamma dependentium clypeorum. Ardebat aurum in rostris, fulgebat qvoqve argentum in variis navium figuris. Tantus siqvidem classis erat apparatus, ut si qvam gentem eius vellet expugnare dominus, naves tantùm adversarios terrerent, priusqvam earum bellatores pugnam ullam capesserent. Nam qvis contrariorum, leones auri fulgore terribiles, qvis metallinos homines aureo fronte minaces, qvis dracones obrizo ardentes, qvis tauros radiantibus auro cornibus necem intentantes in puppibus*

tt. lib. 1. uu. lib. 2.

pibus aspiceret, & nullo metu Regem tantæ copiæ formidaret?

CAPUT. VIII.

Media memoriæ suæ perennis faciendæ varia qvondam apud Danos. Tumuli in memoriam defunctorum aggesti, sive cremabantur, sive humabantur integri. Colles a defunctis nominati. Tumuli propè vias publicas. Ad eos lapides erecti, a defunctis nominati: nomina & laudes mortuorum continentes. Poëtæ Epitaphia scribebant. In conviviis carmina de majoribus cantata. Bragarbot, & Bragarfull qvid sit. Mos bibendi in honorem Deorúm, Sanctorum, & virorum illustrium defunctorum, qvod Minne dictum. Gildæ certis legibus constabant.

CÆterum ea posteritatis curâ victura gloria, qvæ adeo mortem Danos negligere fecit, qvantulacunqve animo cujusqve concipi potuit, non nisi hominis ætatem duratura videbatur, si nullum eius perennis faciendæ medium reperiretur. Qvæ rariora nostratibus, & scriptorum inopia, hanc ingenuam Saxonis [a] qverelam elicuerunt: *Tam brevi factorum Uffonis prosecutione animadverto, qvod illustrium gentis nostræ virorum splendorem scriptorum penuria laudi memoriæqve subtraxerit.* eam penuriam] Latinæ lingvæ defectui non illic modo ascribit: *Qvod si patriam hanc fortuna latino qvondam sermone donasset, innumera Danicorum operũ volumina tererentur.* Sed & in præfatione: *Qvantum porrò ingenii illius homines historiarum edituros putemus, si scribendi sitim Latinitatis peritiâ pavissent.* Ob hoc notatur à Krantzio: [b] *Qvasi non*

a. lib, 4. b. Dan. lib, 1, c, 22.

non potuerit patriâ linguâ, clarissimarum rerum splendor, ad posteritatem mitti. Non hoc tam deploratum silentium latini sermonis inopia, sed hominum illius temporis incuria fecit, qvi fortiter agere, qvàm doctè scribere malebant. Bona verba, Krantzi, qværsumus. Fuisse eam Danis curam, ut posteritati suæ interesse variis modis anniterentur, non diffiteri alibi c. audes, qvi in tantum miraris, nuda multorum Heroum Regumq; illustrium nomina perennare, nec de factis qvicqvam sciri posse, qvi tamen non contemnendas annalium fastorumqve, & æternum, si materiem spectes, duraturas species habebant: *Mirum autem est in ea gente tam de multis Regibus pertinax silentium, ut præter nomina, nihil sit in fastos relatum. Nam Poeticam ea lingva, ab olim etiam, priusqvam Latinas literas acciperet, venerata est. Testantur carmina Heroum res præclaras magnificè reddentia. Testantur inscriptiones, qvæ vetustis & obesis in rupibus, longo temporis tractu per situm corrosis, usqve hodie, ut ferunt, visuntur.* Insufficiens hæc Krantzii enumeratio. plura etenim media tradendæ nominis & rerum suarum memoriæ, cupidissimi eius perennandæ nostrates habuerunt, nondum cum Christianæ religionis lumine Latini sermonis ubertate invectâ. Funerum monumenta prima occurunt, qvibus æternitati consecrare defunctos conati sunt, molibus terrarum in ipsorum memoriam congestis. Instituisse hoc „Othinus Snorroni dicitur, qvi legem tulit, at alla dau„da menn skylldi brenna oc bera a bal med þeim eign „þeirra, enn auskuna skylldi bera ut a sia, eda grafa nidr „i iord. Enn eftir gofga menn skylldi haug giora til minningar. h. e. *ut omnes mortui cremarentur, & simul cum ipsis*

c. Dan lib. 2 cap. 23.

ipsis possessiones ipsorum. Cineres in aqvam spargerentur, vel terrâ defoderentur. Et in præclarorum virorum memoriam tumuli exstruerentur. Per Othinum hujus institutionis authorem, non illum recentem, magum, qviqve vixit paulo ante Christi tempora, sed longè vetustiorem intelligi debere, admonet Schefferus,[d] qvod vel ex eo liqvere, qvia consvetudo cremandi sublata a Freyo, qvi ab Othino illo dicitur fuisse tertius; attamen Othini istius, qvem recentem Scheffero & aliis nominare placet, res gestas istic loci Snorro describit,& induxisse morem cremandi mortuos in septentrionem,qvi apud Asas antea viguerat, aperit: Odinn setti laug i landi sinu þau er gengit hofdo fyrr med Asum. h. e. *Odinus legem in terris suis observandam tulit, qvæ apud Asas ante vigverat:* qvod doctissimo Sc̃heffero suppetias ferat, cui loco citato, interpres Snorronis negotium facessit. qvi reddidit: Odin sette Low i landet saadan som i Scythia var. Eam ætatem, qvâ cadavera cremabantur, *Bruna olld* nominatam Snorro docet: [e] Hin fyrsta olld er kaullud bruna olld, þa skylldi brenna alla dauda menn. h. e. *prima ætas, ætas combustionis vocata est, tunc omnes mortui cremarentur.* Congestos eâ ætate colliculos in memoriam defunctorum audivimus; qvod non minus succedenti ætati observatum, qvando integra corpora humata, ea enim sub montibus qvoqve sepulta. Neqve tamen protinus in secunda ætate mos cremandi cadavera cessavit, sed indiscriminatim nonnunqvam in cineres redigebantur, aliqvando integra recondebantur; ut plurimum continuandæ defunctorum memoriæ inservituri aggerebantur tumuli. Vocabatur autem altera ætas

P *Haugs*

d. Upsal. cap. 18. e. in præfat.

Haugs aulld seu *ætas collium.* Postqvam enim Freyr secundus ab Odino Sueciæ dominus, credulitati gentis persvasurus, etiam extinctum se in vita remanere, clanculum post mortem ab amicis in præparatum ante collem „ illatus est, Snorrone scribente: oc er at honum leid sottin, leitodo menn ser radz, oc leto sa menn til hans „ koma, enn bioggu haug mikinn, oc leto dyrra oc iij. „ glugga. Enn er Freyr var daudr, baro þeir hann ley- „ niliga i hauginn, oc sagdo Suiom at hann lifdi, oc vard- „ veitto hann þar III.vetr. h. e. *cumq; mors ipsius instaret, id consilii amici eius ceperunt, ut raros ad eum aditus concederent. collem interim ingentem extruentes, in qvo januam & tria fecerunt foramina. Ubi autem animam exhalaverat, occultè eum in collem intulerunt, Svecis dicentes eum adhuc vitâ fungi: atqve inibi eum per trienniū custodiverunt.* Ejus integro corpore tumulato, multi amicorum eius eundem postea morem secuti sunt, ut in præfatione eiusdem Chronici docetur; ubi interpres perperam vertit: mens effter at Kong Froer blef begrafwen i en høy; à qvo sibi imponi passus Schefferus multis allaborat, hunc Froerum eundem cum Freyo demonstrare. cui labori supersedisset, si primævam ipsius authoris locutionem consuluisset, qvæ omnem dubitandi ansam tollit, expressè Freyum in colle reconditum nominans: Enn „ siþan er Freyr hafdi heygdr verit at Uppsaulum. Danis eundem observandi morem, Rex eorum Danus Mikilate exemplum monstravit, qvi mandato, cadaver suum in extructum collem deferri, illud exemplum familiares ipsius secuti sunt, docente Chronici Snorronis præ- „ fatione: Enn sidan er Danr enn Mikillati Danakon- ungr

ungr let ser haug giora, oc baud at bera sig sannig daudan "
med Konungs skrudi oc herbunadi oc hest hans, vid ol-"
lu sodulreidi oc mikit fe annat, oc hans ættmenn giordu "
margir sua sidan. Oc hofzt þar Haugsaulld i Danmork." h. e. *Postqvam autem Danus Mikilati Rex Daniæ collem sibi aggeri fecit, jubens ut illuc se post mortem deferrent cum ornamentis Regalibus, armatura & eqvo, & multis aliis opibus. Et eius cognati ut plurimùm postea eum morem secuti sunt. Tunc incepit in Dania ætas tumulorum.* In montibus autem tumulari defunctos, latè per omnes ferè gentes diffusa erat consvetudo. *Apud majores*, generaliter pronunciat Isidorus, [f] *potentes aut sub montibus aut in montibus sepeliebantur*; qvod idem Servius observavit ad illud Virgilii: [g]

— — *Fuit ingens monte sub alto*
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum.

ex huiusmodi aggere composito tumuli evaserunt, qvos super mortuos coacervandi mos per Odinum in Septentrionem invectus, prout apud Scythas viguerat, qvem Herodotus [h] recenset, cerimonias in sepeliendis apud Gerrhos Regibus Scytharum adhibitas enarrans: ταῦτα δὲ ποιήσαντες, χῶσι πάντες χῶμα μέγα, ἁμιλλώμενοι, καὶ προθυμεόμενοι ὡς μέγιστον ποιῆσαι. h. e. *His actis humum certatim atqve avide iniiciunt, cupientes tumulũ qvàm maximum efficere.* Et qvomodo apud Septentrionales in occisorum memoriã aggesti colles in eminens fastigium excreverint, Camdenus [i] observat: *Hic Selbury collis rotundus & in fastigium editus surgit, qvi hominum labore aggestus cùm ex ipsius collis forma, & terræ subsidentis facie videatur.*

f. Orig. lib. 15. cap. 11. g. Æneid. lib. 11. h. lib. 4. cap. 71. i. Britann. in Wilshire p. 185.

Cujusmodi multi in hoc tractu rotundi, & fastigiati cernuntur, & Burrowes & Barrowes vocant, in occisorum militum memoriam fortè excitati. Ossa enim in illis repe- riuntur, & legi in usu fuisse Septentrionalibus, ut singuli milites prælio superstites tantum terræ qvantum casside capere poterant, in occisorum tumulos aggererent.

Cum autē gloriæ mortuorū interesset, scire nepotes reconditum in qvoqve colliū, celebre ad posteros nomen defuncti colli dabatur. Sic Boi corpus, magnifico funeris apparatu, Rutenus tumulavit exercitus, *nomine eius insignem extruens collem, ne tanti juvenis monumenta à posterorum memoria citiùs dilaberentur,* ut loqvitur Saxo.[k] Mortuus est autem in Dania Bous, vi vulnerum in pugna cum Hothero commissa acceptorum; ideoqve juxta ritum ex præceptis Odini in Septentrione usitatum humatus: cum de plurimis idem referat citatus author. Sic Gunthioni Wermis ac Solongis prælati nomen eius tumulus retulit.[l] Fridlevus Hiarnum provocatum oppressit, tumulo cadaver obruens, interfecti vocabulum referente.[m] Nautæ Haconis, sociorum à Danis prostratorum cadavera conspicati, funerandi ducis gratia, collem spectatæ magnitudinis extruunt, *qvem usqve nunc opinione celebrem, Haconis bustum fama cognominat.*[n] Olavi. Gotrici filii extincti corpus collis Olavi titulo celeber prope Lethram congestus excepit.[o] Qvin & Haldani Nigri Regis Norvegiæ corpore in qvatuor partes diviso, & diversis in locis sepulto, super unamqvamqve partem magnum collem aggestum, & omnes Haldani colles nominatos, in Chronico Norvagico memorat Sturlæsonius: Enn leir fæt- „tust at likino var skip i fiora stadi, oc var hofud lagt i haug

k lib. 3. l. lib. 5, m. lib. 6. n. lib. 8. o. lib. 9.

haug at Steini a Hringariki, enn hucrir fluttu heim finn "
luta, oc heygdo, oc ero lat allt kalladir Halfdanar hau- "
gar.

Nonnunqvam campus tumulum ambiens, nomine defuncti, qvem gremio suo exceperat, superbivit, qvò pertinent verba Saxonis p. de Amletho: *Insignis eius sepulturâ ac nomine campus apud Jutiam extat*, qvem campum hodieqve appellari *Amlets hede*, interpreti Vellejo credamus. Sic qvoqve, Eigils saga q. referente, locus, ubi Grimus Eigilli nepos sepultus, dictus est *Grimsholltz lapidosa Grimi planities*. Et alibi qvoqve, extra patriam, defunctis Regibus suis, Dani loca sepulturæ ipsorum nominibus decoravêre, qvomodo locum Angliæ, *ubi Hubba Danus, qvi multis cladibus Anglos fatigârat, confossus occubuit, ab Historicis Hubbestow vocatum*, Camdenus r. annotat: attamen sepelientes ibi Regem Danos loco id nominis indidisse, testis est Bromtonus: s. *Dani cadaver Hubbæ inter occisos invenientes, illud cum clamore maximo sepelierunt, cumulum apponentes qvem Hubbelowe vocaverunt; unde sic usqve in hodiernum diem locus ille appellatus est, & est in comitatu Devoniæ.*

Cum autẽ perpetuandæ defuncti memoriæ conducat, qvalecunqve in gloriam eius positum monumentum in oculos incurrere, & ab omnibus aspici, convenienter testante Isidoro: t. *Monumentum ideo nuncupatur, eo qvod mentem moneat ad defuncti memoriam. Cum enim non videris monumentum, oblivisceris mortuum. Hoc est illud qvod scriptum est, Excidit tanqvam mortuus à corde. Cum autem videris, monet mentem & ad memoriam te*

p. lib. 4. q. cap. 84. r. Britann. in Denshire p. 151. s. ad an. 873. t. Orig. lib. 15. cap. 11.

reducit, ut mortuum recorderis. Monumenta itaqve & memoriæ, pro mentis admonitione dicta. Hinc monumenta sepulchralia Romanorum, Qvenstedt u. aliiqve antiqvitatum Romanarum indagatores observaverunt, ut plurimùm exstructa fuisse secundum vias publicas, easqve celebriores; qvâ de causâ solennes illæ Epitaphiorum formulæ adhibitæ: SISTE VIATOR, ASPICE VIATOR, cum viatoribus atqve iter facientibus mortui, eâ qvasi remorâ injectâ innotescere cuperent, ipsisqve memoriam sepultorum renovare; unde pulchrè satis in antiqva apud Gruterum x. inscriptione legitur: AMATOR. REMANE. RENOVA. NOMEN. De Danis etiam qvondam in proximo publicæ viæ, ob freqventem meantium turbam, tumulatis, appositè Cypræus: y. *Nam & populares nostri, ad exemplum Græcorum & Romanorum, anteqvam religione Christianâ imbuti essent, injectâ glebâ & terrâ tumulis, mortuos humarunt, & qvidem in campis patentibus. Et qvidem Danos olim in memoriam Regum ac Heroum suorum, ex terra coacervata, ingentes moles, montium instar eminentes, statuisse, credibile omnino ac probabile est. Atqve illis adeo in locis utplurimum, qvò sæpè homines commearent aut iter haberent, ut in viis publicis: qvò posteritati memoriam clarissimorum virorum consecrarent, & qvodammodo immortalitati mandarent. In eum finem, ad monumentum Gormonis, fontem funditus è saxis exstructum, ex qvo indies aqva à circumjacentibus populis hauriatur, itidem fit verisimile.* Hunc morem nostratium à Krantzio Daniæ libro qvarto capite tertio observatum, confirmat notabiliter vetus

u. de sepult. veter. cap. 8. x. pag. 980. num. 2. y. Ann. Episc. Slesv. lib. 1. cap. 2.

tus manu conſcripta hiſtoria, Watzdæla dicta, in qva legitur: [z] Adr Ingolfr andadiſt, bad hann at grafa ſik i " hollti einu odrumeigin er þeir voru grafnir frændur; " kuad þa hugkvæmæra Vatzdals meyium, ef hann væ- " remærre gotu. Sydann andadeſt hann. þar heitir Ingolfs " hollt, er hann var jardadr. h. e. *Priusqvam Ingulfus* " *exſpiraret, rogavit ut ſe tumularent ad alterum latus terræ lapidibus ſtratæ ubi majores eius ſepulti erant; addens memoriam ſui magis conſervaturas Vatsdalæ virgines, ſi prope viam ſitus eſſet. Dehinc obiit, & aſpretum Ingulfi dicitur locus qvo illatus eſt.*

Cæterum qvemadmodum Iſidorus [aa] obſervat, cum potentes in montibus aut ſub montibus ſepelirentur, *inde tractum eſſe, ut ſuper cadavera, aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ collocarentur;* ſic præter collium aggeſtionem, majus aliqvid præclaro qvodam facinore inclytis & militiæ ſummis Odinus conferre voluit, pro brevi vita diuturnam memoriam redditurum. Pergit ita, " leges Odini de ſepultura recenſens Snorro: Enn eftir alla þa menn er nockot mann mot var at, skylldi reiſa " Bautaſteina. oc hellz ſa ſidr lengi ſidan. h. e. *In illo-* " *rum autem memoriam, qvi dum in vivis erant præclarum aliqvod facinus edidiſſent, Lapides ſepulchrales erigerentur. & manſit in longum ea conſvetudo.* neqve enim tantùm manſit in *Bruna olld*, qvâ ætate ipſam inſtitutam citato loco Snorro docet, necnon in præfatione: Hin fyrſta olld er kaullud bruna olld, þa skylldi brenna alla " dauda menn, oc reiſa eftir Bautaſteina. h. e. *prima æ-* " *tas combuſtionis vocata eſt, tunc omnes mortui cremabantur, & ipſis in monumentum, Lapides ſepulchrales erige-*

z. cap. 39. aa. Orig. lib. 15. cap. 11.

rigebantur. Sed & in *Haugs aulld* similes lapides tumulis ,,appositi, ut ibidē affirmatur: Eñ sidan er Freyr hafdi heyg- ,,dr verit at Uppsaulum, þa giordu margir Hofdingiar eigi ,, sidr hauga, enn bautasteina til minningar um frændr sina. h. e. *Postqvam autem Freyus in colle ad Upsaliam sepultus est, multi magnatum deinceps non minùs tumulos extrui, qvàm sepulchrales lapides erigi curabant, in defunctorum memoriam cognatorum.* Hic *Bautasteinar* reddidi *sepulchrales lapides*, alii exposuerunt *victoriales* vel *præliares* vel *memoriales*; si strictè vertere libuerit, dicemus: *lapides indicium sepultorum facientes.* Dicuntur enim ab antiqvo substantivo *bauti*; qvod idem est ac *viti* h. e. *index, signum*, & strictâ significatione *specula*, seu strues lignorum, belli tempore ad indicandum circumvicinis hostium adventum accendenda. Talium in editissimis locis constitutarum custodia in Legibus Uplandicis nominatur *bótaward*, in Codice Frostathingensi *vita vordr.* unde eadem utriusqve vocis significatio manifestè deprehenditur; qvam mirificè confirmat Glumus Geiri filius in *Grafelldardrapu* seu carmine de cæde Haraldi Grafelldii Regis Norvegiæ canens:

,, Sendi seggia kindir
,, Sverd bautinn her Gauti.

h. e.

Misit virorum sobolem
Rex hìc Odino.

Etenim heic Rex nominatur poëticè *sverbauti* h. e. *gladii index*, qvemadmodum aliàs appellatur *oddviti* h. e. *sagittæ index*, ut in Ketils Hængs sogu:

,, Gusa kalla mik gofgir Finnar

,, Em

„ Em ek oddviti allrar þiodar.

h. e.

Gusonem me vocant nobiles Finni,
Ego sum Rex totius nationis.

Cæterum saxa illa tumulos mortuorum indicantia, cum omnis literaturæ essent expertia, plerumqve in aræ modum coagmentata fuisse, tribus oblongioribus qvartum grandius & latius fulcientibus, Wormius [bb]. suspicatur. Qvomodocunqve posita, nomen ab defuncto, in cujus honorem erigebantur, sortita ex Finnboga Ramma saga „ discimus: Kemr Finnr þar, oc grofu hann undir steiniñ, „ oc er hann kalladr sidan Finnboga steiñ. h. e. *Post accessum Finni, communiter eum* (Finbogum) *sub lapide sepelierunt, qvi deinde Lapis Finbogi nominatus est.* Erigebantur hi lapides ab filiis nepotibus vel amicis, fidem faciente vetustissima in Edda Sæmundi oda Havamal, cui authorem nonnulli ipsum tribuunt Odinum:

„ Sonr er betri þott se siþ of alinn
„ Eptir genginn guma
„ Sialdan Bautarsteinar standa brauto nær
„ Nema reisi niþr at niþ.

h. e.

Præstat filium procreasse, qvamvis serò
Nascatur post mortuum patrem:
Rarò lapides sepulchrales extant propè viam,
Nisi cognatus erigat cognato.

Ejusmodi lapides Vanlando & Domaro statutos refert in Chronico Norvagico Sturlesonius, qvi etiam in memorati antea Egilli Ullserki in prælio post acerrimam pugnam editam ad votum cæsi, honorem, eosdem ad tumu-

bb. Monument. Dan. lib. 1, cap. 7. cc. cap. 4.

lum erectos memorat. Erant autem ejusmodi sepulchrales lapides vel per se memoriam defuncti testantes, vel apertiùs eam renovantes litteris notati, defuncti titulos & præcipua nonnunqvam facta prodentibus. qvod propriè Epitaphium dicitur, Isidoro [dd] definiente: *Epitaphium Græcè, Latinè supra tumulum. Est enim titulus mortuorum, qui in dormitione eorum fit qvi iam defuncti sunt. Scribuntur enim ibi vita mores & ætas eorum.* Tales monumentorum inscriptiones, nisi si qvis in bello cecidisset, Lycurgus abolevit, Plutarcho teste. [ee] Plato ad sepulchrum vetuit, *è lapide excitari plus, nec imponi, qvàm qvod capiat laudem mortui, incisam qvatuor herois versibus*, uti ex eo observavit Tullius. [ff] Id enim præcipuè epitaphiis intendebatur, ut laudes defunctorum iis perennarent, atqve celebrarentur perennes; unde in Inscriptionibus antiqvis: [gg] SEPULCHRUM. AB. EO. COEPTUM. PIETATIS. SUÆ. ERGA. EUM. TESTIFICANDÆ. GRATIA. ET. NOMINIS. EJUS. IN. PERPETUUM. CELEBRANDI. PERFECERUNT. AFFINES. &: [hh] OB. ÆTERNITATEM. HONORUM. SUORUM. MEMORIÆ. CONLOC. necnon formulæ istæ in freqventi usu: MEMORIÆ ÆTERNÆ, MEMORIÆ PERENNI. Itaqve perennis memoriæ ambitione ducti Dani, freqventiâ & multitudine hujusmodi sepulchralium lapidum, nomina ipsorum refricantium, nulli olim genti cessêre, fatente candidè doctissimo Sheringhamio: [ii] *In Dania & Svecia, sepulchris, si id merita postularent, ex marmore saxisqve sculptilibus monumenta statuebant, qvibus res eorum præclarè gestæ*

dd. Orig. lib. 1. cap. 38. ee. in Lacon. Institut. ff. de Legibus lib. 2. gg. Gruterus pag. 356. hh. Gruterus pag 1096. ii. de orig. gent. Angl. cap. 17.

gestæ inscriberentur, quorum in triviis locisq; olim sepulturæ destinatis, tot hodie visenda extant, ut nusqvam aliàs credam totidem & tam antiqva monumenta reperiri posse. Sed dolendum summoperè, ea magnam partem delevisse vel deturpasse fordidam qvorundam & imperitam avaritiam, ea ad privatorum ædificiorum sustentationem traducenrium. Qvæ tam crudele fatum in Dania & Norvegia evaserunt, magnâ curâ collegerunt Olaus Wormius, cujus libri litterato orbi notissimi, & Johannes Mejerus, qvi Monumenta Runica necdum impressa congessit. Svecis id officii præstitit, post Buræum, Olaus Verelius: & pleniùs exsecuturum speramus virum doctissimum Johannem Hadorphium, qvem prælo paravisse opus de Sepultura Sveo-Gothorum veterum cum inscriptionibus sepulchralibus & præcipuorum monumentorum figuris, insuper Monumenta & Lapides Runicos cum figuris certa mensura ad genuinos expressos addita interpretatione, dudum Schefferus [kk] indicavit. Qvem non omissurum confidimus Monumentum Starcatherianum, si modò exstet, cujus meminit Olaus Magni: [ll] *Starcatherus pugil Sveticus, tota Europa olim nominatissimus, duas lapideas tabulas habet astantes, quibus Gothicis litteris acta & gesta complectuntur. Ad pedes Starcatheri animal magnitudine lupi, Grymklau propter assiduam iram nominatum.* Ad cujus descriptionis tenorem Olaus Magni ipse capiti qvarto libri sui qvinti figuram insulsam addidit Starcatherum repræsentaturam, qvi bina saxa utrâqve manu tenet, quibus Runicis litteris hæc Latina inscripta sunt: *Starcaterus pugil Sveticus.* qvalia

kk. In Svecia literata. ll. in explicat. tabulæ Cosmogr. Septentr. reg. on. litt. C.

commenta isti scriptori optimè conveniunt. Additæ qvidem aliqvando animalium effigies; nonnunqvam ipsorum sepultorum, si de Camo Duce Danorum in Scotia cæso, & tumulato narrantem auscultemus Hectorem Boethium:[mm] *Camus cum paucis Danorum nobilissimis acie egressus, locorumqve ignarus, in montes longè conspectos, ratus eo in Moraviam iter patere, perfugere est annixus. Sed secundo miliari à loco pugnæ Scotorum persequentium superventu interfectus, iustas luit sacrilegii pœnas. Dedit cæsus Danus ita loco nomen, ut obeliscum ibidem in rei monimentum erectum, cui & cadentis Cami & cædentium, nostro ævo conspiciuntur, effigies insculptæ, simul atqve proximum vicum Camistone, id est, Cami lapidem indigenæ exinde appellitarent.* Nisi fortè ex effigies Hieroglyphicæ fuerint, idq; ex consvetudine Scotorum, qvam ille idem[nn] sic describit: *Obtinuit post illa usus, ut clarissimorum & eorum qvi optimi fuissent, sepulchra veluti sacra qvædam omnibus venerationi haberentur adjectis lapidum acervis: eorumqve qvi immensâ erant mole, qvibusdam erectis, qvibus aqvatilium serpentum volatiliumqve effigies insculptæ (his enim pro characteribus in arcanis scribendis ea utebatur ætas) ut qvi fuerint, qvid viventes egerint egregie, viatores admonerentur.* qvæ nostrates simplici stilo in monumentis exprimebant, eaqve exarare & componere, officii Adelrunorum fuisse Wormius[oo] indicat: *Qvorum munus præcipuum erat, præclaris viris monumenta erigere, epitaphia benè meritis ponere, aliaqve literatorum & sacerdotū munia obire:* per Adelrunos, ni fallor, Poëtas antiqvos seu Scaldos indigitat, qvos illud optimè præstitisse.

mm. Scot. Hist. lib. 11, nn. lib. 2. oo. Fast. Dan. lib. 1. cap. 1.

tiſſe, Hiarnus docet. Etenim memorante Saxone, pp. *defuncto Frothone, Dani Fridlevum falſò extinctum rati, qvum iam Regnum hæredis inopia claudicare, nec in Regia gente continuari poſſe videretur; hunc ſceptro digniſſimum arbitrati ſunt, qvi illuſtrandi Frothonis gratiâ, recenti eius tumulo pleuum laudis carmen affigeret, famamq; extincti Regis ſpecioſo poſteris titulo commendaret. Tunc qvidam Hiarnus Danicæ admodum Poëſis peritus ut claritatem viri inſigni dictorum monumento proſeqveretur, præmii magnitudine concitatus, more ſuo barbarum condidit metrum. Cujus intellectum qvatuor verſiculis editum in hæc verba tranſcripſit:*

Frothonem Dani, qvem longùm vivere vellent,
Per ſua defunctum rura tulêre diu.
Principis hoc ſummi tumulatum ceſpite corpus,
Æthere ſub liqvido nuda recondit humus.

Qvo carmine edito, auctorem Dani diademate munerati ſunt. Ita ab eis Epitaphium regno repenſum, imperiiqve pondus paucarum literarum contextui donatum eſt. Hoc modo laudes aliorum illuſtrantes, nec proprias omittentes, nomina, ſua nonnunqvam adſcribebant. ita enim finit Inſcriptio lapidis Helſingici Hilleſioenſis à Verelio qq. exhibiti: ÞՈRBIᚨRᚼ. ᛋᛦᛅᛚᛏ. RIᛏᛏI. RՈᚼR. *Thurbiurn Skalt ritti Runer.* h. e. *Thurbiornus Poëta ſculpſit litteras.* Apud alias gentes Poëtæ ad ſepulturam Regum adhibiti, funebribus verſibus acta eorum decantabant, ſicut de Pharamonis Francorum Regis ſepultura Forcatulus rr. prodit: *Præſto fuere Bardi vates, qvi funebres verſus cantarent: qvorum aliqvi ad nos mutili pervenere tinearum edacitate. Præcipuus illorum ſen-*

pp. lib. 6. qq. Runogr. Scand. cap. 8. rr. de Gal. Imp. & Phil. l ib. 5.

sus in eo versabatur, ut Pharamonis nomini consentaneas virtutes dicerent. Hunni qvoqve ad locum sepulturæ, facta Attilæ cantu funereo referebant, docente Jornande. ff. Apud Lacones institutum fuisse memorat Plutarchus, tt. ut in festivitatibus laudes canerentur eorum, qvi pro Sparta occubuissent, ac beati prædicarentur. Inter epulas talia carmina apud Romanos cantata, Cicero docet: uu. *utinam extarent illa carmina,* inqvit, *quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis convivis de clarorum virorum laudibus, in originibus scriptum reliqvit Cato.* Non multum absimile qvid de Lapponibus narrat Olaus Magni, xx. inter alacria convivia, *veterū heroū ac gigantum præclara gesta patrio rytmate & carmine, quid scilicet gloriæ, laudisqve virtute sua meruêre, canere.* qvod nihil esse inde probat Schefferus, yy. qvia *Heroum ac gigantum res gestas adeo tenent nullas, ut ignorent, quod ante annos centum gestum sit inter ipsos,* uti Olaus Matthiæ, gentis Lapponicæ studiosus ipsi pluribus confirmaverat. Addit tamen Schefferus: *Si hæc de antiqvis Svecis protulisset Olaus, aliqvid dixisset,* cum ab Gothis de virtutibus majorum carmina circumpotationi addita Johannes Magni zz. asserat: *Fuerat ab origine regni Gothorum magnus in eius incolis gloriæ & laudis appetitus. Proinde præclara maiorum gesta in carmina, & versus, quodam poetico more, sed patrio sermone, redigere curaverunt: eaqve in conviviis, ut juventutem ad virtutem excitarent, freqventer concinebant.* Huiusmodi carmen fuisse *Bragarbott, cujus meminit Stephanius ad Saxonem, qvod cantare ad Bragebæ-*

ff. cap. 49. tt. instit. Lacon. uu. in Bruto. xx. lib. 4. cap. 8. yy. Lappon. cap. 25. zz. præfationis cap. 8.

gebægere, id est scyphum illum fortium virorum solerent, censet Schefferus, [aaa] sed erroneè. Nam in antiqvissimo codice membraneo penes nobilissimum Wilhelmum Wormium, qvi Eddam Snorroni attributam aliaqve monumenta continet, *Bragarbot* vocari dicitur carmen de Duce Skula cantatum, qvod circa finem istius codicis legitur, hoc initio; Her hefr annat kuædi þat er ort er um" Skula Jarl oc heitir Bragarbot. Qvatenus autem *Brage-"begere*, seu, ut veteris lingvæ vocabulo utar, *Bragafull* concernit, Schefferi reprehensionem incurrit Wormius Monumentorum Danicorum libro primo capite qvinto dicens: *Multi Bragebeggere exhauriebant, id est Heroum, Regum, amicorum, & in bello fortiter rem gerentium memoriales scyphos, qvibus eorum manibus parentare se credebant, & Minde vocabant;* cum ea distincta veteribus pocula perperam non sint confundenda. *erat qvodqve poculum pro se, divisum distinctumqve ab altero, qvodqve suo & peculiari fini destinatum, suo & peculiari insignitum nomine. Bragebægere solis consecratum Bragis id est viris fortibus, Minde solis Mindis, id est amicis;* ut subjungit Schefferus, ductus in errorem ab Danico Snorronis interprete, qvi *Bragafull* translaturus, glossam simul textui inserit: Mange drucke ocsaa Bragebægere/ det er/ ypperlig Helters oc Herrers skaaler som vare slagne i strid. h. e. *Multi qvoqve bibebant Bragebægere, hoc est, præcellentium Heroum atqve Dominorum scyphos, qvi in bellis occubuerant.* Hanc explicationem esse ipsius Snorronis, persvasum sibi habuit Schefferus, cum tamen Snorro longè diversum abeat, atqve *Bragafull* inter calices in honorem Deorum exhauriri

aaa. Upsal. cap. 20.

riri solitos recenseat: Ut ita dictum verissimum sit, non à *brage*, olim si Scheffero credimus viri fortis nomine, qvod me refugit: Sed ab barbato ipsorum Deo *Brago*, qvem eloqventiæ summum & poëseôs peritissimum Eddæ mythologia vicesima qvarta deprædicat, ut ab ipso Poëtica *Bragur* dicatur; in ipsius enim juxta ac aliorum Divorum honorem siccatos in solennibus ac sacris conviviis calices perspicuè docet Snorro, si modò ex ipso fonte ejus sen„ tentia petatur: Skylldi fyrst Odins full drecka til sigrs „ oc rikis Konungi sinum, enn sidan Niardar full, oc Freys „ full til ars oc fridar, þa var morgum monnom titt at „ drecka þar næst Bragafull. h. e. *Odini poculum primum bibendum erat, pro victoria & felici regno Regis ipsorum, deinde Niordi poculum & Freyi poculum pro annonæ ubertate & pace; deinde multi consveverant bibere Bragi poculum.* Vetustum hunc Septentrionalium in honorem Deorũ bibendi morem pluribus in locis attingit Snorro; qvem neqve aliis nationibus prorsus insvetum fuisse, ex gentilis istius petitione colligo, de qva Anonymus, vel ex conjecturâ doctissimi Mabillonii, Rabanus, in opusculo de Eucharistia bbb. sic loqvitur: *Nam qvondam in terra Wlgarorum* (Bulgarorum) *qvidam nobilis potensqve paganus bibere me suppliciter petivit, in illius Dei amore, qvi de vino sangvinem suum fecit.* Superstitiosæ ejusmodi in honorem Deorum exhaustioni poculorum apud nostrates abolendæ, cum aliter neqvirent, primos Christianæ religionis seminatores substituisse in conviviis scyphos in memoriam Dei Patris & Jesu Christi, sed singulari qvadam & devotâ summi Numinis invocatione ac recordatione, sumendos, cum vetus idololatria

bbb. Act. SS. Ord. S. Ben. sæc. 4. par. 2. p. 593.

latria haud aliter mutari aut mentibus illorum exstirpari posset: Præterea inter pocula etiam recordationem factam Beatæ Mariæ Virginis (in Martinalibus fortasse seu vespere S. Martini) & S. Olai Regis, qvi verum Dei & Christi cultum instituerat, observavit in notis suis ad Hirdskraa [ccc] Janus Dolmerus. In Martinalibus tamen, potiùs in ipsius Martini honorem evacuata pocula crediderim, cum Sanctus ille istius in gloriam suam versuri moris introducendi percupidus fuerit, Olao Tryggonis filio religionem Christianam in Norvegiâ propaganti, cum ad insulam Mostr reqviesceret, in somnis apparens, atqve prout in Historia Olai Tryggonis legitur, ita affatus: þat hefir her verit sidur i þessu landi at geva þor " eþa Odni eda aþrum Asum minni at veitslum. Enn nu " vil ec at þu skiptir hinn veg til at mer se minning ger at " veitslum, enn hit falli nidr er adr hefur verit. Enn ec " heit þer þui imoti, at ec scal tala med þer a morgin oc " styrkia þitt erendi, þui at margir ætla nu imoti at standa. h. e. *Mos fuit in his regionibus pocula in conviviis evacuare in honorem Thori vel Odini vel aliorum Asarum; Jamqve à te eam consvetudinem immutari peto, & eorum loco, in mei memoriam convivales scyphos ebibi. Ego contra polliceor, me tibi crastinâ luce adfuturum, & exhortationem tuam corroboraturum, cui multi refragari intendunt.* qvod & præstitit, tribus acerrimis Christianæ religionis impugnatoribus, cum ad eam imbibendam seriò omnes accendenti oblatrare conarentur, raucedine & tussi immissis, ut ne minimum qvidem verbum proferre valuerint. Decursu temporis, S. Olai Regis memoria inter pocula celebrata, sanciente in Hird-

R skraa

[ccc] cap. 49.

„skraa [ddd]. Magno Rege: Suo oc gaf hann lata bera Bol. „lahorn a kueldinn um Joll at Olafs Minni, legar mun- „gat er inni, af þeim dryk sem honum likar. h. e. *Statuit qvoqve cornu certæ mensuræ, vigiliâ Natalitiorum Christi, cerevisiâ ad eius festi celebratione præparatâ jam illatâ, apportari in Olai memoriam, potu, qvem vellet, repletum.* Instituta sunt insuper in honorem S. Olai, necnon S. Canuti Regis & Martyris, S. Canuti Ducis, & Erici Regis qvi *divus* qvoqve in Epitaphio ipsi Ringstadis qvò translatus est, erecto nominatur, *flumine, fraterno livore necatus & ense*; Convivia, certis sub præceptis celebrata, cum fuerint *Fraternitates*, qvas tunc *Gildas* vulgò appellabant. Horum Conviviorum statuta manuscripta apud nos extant, qvæ id potissimùm intendunt, ut cædem cujuscunqve ex *congildis* suis, si possibile fuerit, vindicarent cæteri; ita enim incipit atqve inscribitur Lex Convivii S. Canuti Ducis: *Hæc Lex Convivii Sancti Kanuti Rincstadiensis, quam homines senes & discreti olim invenerunt, & ad utilitatem Congildarū ejusdem Convivii ubiqve in prosperitate & necessitate observandam statuerunt. Si non gilda interfecerit congildem, & affuerint congildæ, tunc vindicent eum si poterint.* Ista autem lex centum viginti sex annos post cædem ipsius S. Canuti primùm in scriptum redacta est, cum ita finiat; *Ista Statuta fuerunt conscripta vel compilata in Scanör à XVIII. Senioribus, qvi dicuntur Aldermanni de Convivio Sancti Kanuti, Anno Domini M. CC. L. VI. septimo idus Septembris.* Ipse autem S. Canutus, dum adhuc viveret, & Slesvici dominatum haberet, antiqvioris alterius gildæ senior atqve defensor extite-

ddd. cap. 49.

extiterat, ut opinor, S. Canuti Regis; unde post cædem ipsius à Magno Nicolai Regis filio patratam, cum deinde Nicolaus Rex ab cruentissimo Fotesuicensi prælio fugâ elapsus Slesvicum intrasset, à civibus lege Convivii, cujus membrum Canutus Dux præcipuum fuerat, ad ultionem obstrictis perimitur, describente exitum ejus Chronica Sialandiæ, qvæ in vetustâ membranâ exarata in Bibliotheca Academiæ Hafniensis publica eee. asservatur: *Nicolaus cum venisset prope Hethæby,* (ɔ: Slesvic) *dissuaserunt ei comites & pueri sui ne intus iret illuc. Dicebant enim qvod Burgenses districtissimam legem tenent in convivio suo qvod appellatur Hezlagh, nec sinunt inultum esse qvicunqve alicui convivarum illorum dampnum sive mortem intulerit, & Dux Kanutus dum adviveret, senior erat convivii illius & defensor. Sprevit hujusmodi admonitionem Rex, & dixit: Nunqvid timendum est nobis a pelliparüs & sutoribus istis. Mox itaqve cum villam esset ingressus, clauserunt portas civitatis, & repente campana convivii clarius insonuit. Concurrentes autem Burgenses rapuerunt Regem, & cum omnibus qvi eum defendere nitebantur, morti tradiderunt.* Fuerunt itaqve in mutuum adjutorium instituta ejusmodi convivia, & confratres ob pacis concordiam conveniebant, si necesse esset ut simul convenirent, *ut si forte aliqvis contra parem suum discordiam habuerit, qvem reconciliari necesse sit,* ut canon decimus qvintus Concilii Namnetensis fff. loqvitur, qvod ejusmodi confratrias permittit, debito modo institutas: *Si contigerit ut veræ caritatis & fraternæ invicem consolationis omnes ad refectionem conveni-*

R 2 *ant*

eee. caps. Cyprian. ord. 3. in qvarto. fff. Concil. Labb. & Coss. tom. 9. pag. 472.

ant, sic talia fieri permittimus, ut servata modestia & temperantia, & sobrietate, pacisqve concordia, sicut decet fratres, in ædificationem fraternitatis, & laudem & gloriam Dei, & gratiarum actiones fiant. Penitùs econtra interdicit *pastos & comessationes, qvas divina auctoritas vetat, ubi & gravedines, & indebitæ exactiones, & turpes ac inanes lætitiæ, & rixæ, sæpe etiam usqve ad homicidia, & odia, & dissensiones accidere solent.* Et in ejusmodi conventibus ebrietatē interdici in Capitulari tertio Caroli Magni anni 789. tomo primo Capitularium ab doctissimo Baluzio edito, conjicio: *Omnino prohibendum est omnibus ebrietatis malum; Et istas conjurationes qvas faciunt per sanctum Stephanum, aut per nos, aut per filios nostros, prohibemus.* inhibet, ne confratriæ in honorem S. Stephani, vel ipsius instituantur ob solam compotationem, in qvibus ebrietatis malum vigeret; seu, ne in istis confratriis unus alterum ad bibendum provocaret poculis memoriæ S. Stephani, vel honori Regis dicatis. Qvod enim du Fresne in erudito Glossario conjurationem hoc loco significare velit *qvodvis juramentū*, ipsius Caroli Magni tutior mihi videtur interpretatio, qvi capitulo 29. Capitularis Francofordiensis anni 794. *De conjurationibus & conspirationibus, ne fiant; & ubi sunt inventæ, destruantur.* ubi conjurationes & conspirationes pari sensu ambulant, & conspiratio juramentum denotare vix valet: conjuratio autem pro communia seu conventu juratorum nonnunqvam accipitur, testante eodem du Fresnei Glossario. hanc tamen non adeo benè fundatam conjecturam doctiorum censuræ lubenter submitto. Apud nos qvondam primum inventum istiusmodi conviviorum neutiqvam

qvam causâ potationis erat, vel ut ad inebriandum solùm convenirent, sed mutuum auxilium intendebatur; ita enim lex Convivii S Olai, qvam *Jesse Griis in Heddingemakele* conscribi fecit, orditur: *In nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen. Fratres & sorores, notum sit vobis, istud convivium non causa potationis esse inchoatum, sed ordine adjutorii, & canone legis & justitiæ, & ut frater fratri auxilietur assistando.* neqve tamen sine omni potatione celebrabantur, sed ne ultra poculum hilaritatis, ad poculum ebrietatis progrederentur, in legibus ipsorum cautum erat, ut in lege Convivii S. Canuti Rincstadiensis: *Si qvis pro ebrietate ceciderit in ipsa domo Convivii, vel antequam propriam curiam intraverit, oram persolvat.* & in lege Convivii S. Olai: *Qvicunqve potum suum effundit latius qvàm pede velare poterit, VI. den. persolvat. Qvicunqve dormierit in banco convivii in conspectu fratrum, oram persolvat. Qvicunqve ebrietatis causâ in domo convivii vomitum fecerit, dimidiam marcam persolvat. Qvicunqve causa ebrietatis insilencia sine licentia senioris fecerit, II. oras persolvat.* Degenerasse igitur credibile est eiusmodi Convivia, & in illis congregatos nimiùm se ingurgitasse, unde S. Anselmus ggg. graviter qveritur de Henrico qvodam, qvod in multis inordinatè Se gerat, & maximè in bibendo, *ita ut in gildis cum ebriosis bibat & cum eis inebrietur*, ubi deinceps adesse & bibere, ipsi prohibet; qvomodo & Hincmarus Remensis presbyteris interdixit, hhh. ne ad collectam convenientes, se inebriare præsumerent; & ex iis qvæ subjungit, colligitur, in *collectis* vel *geldoniis* sive *gildis*, in honorem sanctorum evacuatos scyphos: *nec precari, in*

ggg. Epist. lib. 2. ep. 7. hhh. Capitulorum ad presbyteros cap. 14.

amore sanctorum, vel ipsius animæ, bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare. sic in convivio B. Erici Regis ob translationem suam Ringstadiensis dicti, in honorem B. Erici, salvatoris nostri Jesu Christi, & matris ipsius bibitum fuisse, cantatis tamen inter singula pocula hymnis, ex statutis Convivii edocemur: *Hæc sunt constituta de minnis, à fratribus Sancti Erici: Primo cantanda est Beati Erici. Postea salvatoris domini. Deinde minnæ beatæ Mariæ virginis; & ad qvamlibet illarum minnarum trium debent confratres recipere bicaria sedendo, & bicariis singulis receptis, debent unanimiter surgere, & incboare minnam cantando.* Benè cyathus in honorem B. Erici exhauriendus *minnæ* dicitur, cum ea genuina & vetustissima vocis significatio; Septentrionalibus adhuc ethnicis, defunctorum memoriam perpetuantibus per pocula ei fini siccata, qvæ *Minni* vocabantur, indicante Snorrone: „Menn drucko oc full frænda sinna þeirra er gofgir hof-„do verit oc voro þat minni kollud. h. e. *Bibebant etiam homines calices in honorem amicorum, qvi illustribus factis nobiles erant; qvæ Memoriæ pocula nominabantur:* qvod alibi exemplo Hildigundis filiæ Granmari Regis Sudermanniæ, in honorem pridem exstincti Hrolfonis Krakæ Daniæ Regis, Hiorvardo Regi propinantis, confirmat: þa mællti Granmarr Konungr vid Hilldigunni „dottor sina, at hon skylldi bua sig oc bera ol gestom. „Hon var allra Kuenna friduz. Tok hon silfrkalk einn „oc fylldi, geck hon fyrir Hiorvard Konung oc mællti, „Allir heilir Ylfingar, at Hrolfs minni Kraka oc drack „af til halfs. h. e. *Tunc Granmarus Rex Hildigunni filiæ*

liæ suæ innuit, ut ornaret se ac convivis cerevisiam ministraret. Erat illa formæ speciosissimæ. Illa argenteum calicem implevit, & ad Hiorvardum Regem accedens dixit, Salvete omnes Ylfingi. in memoriam Hrolfi Krakæ. simul medium calicis ebibit. Apud Apuleium [iii] lego, Latrones *poculis aureis memoriæ defunctorum commilitonum vino mero libasse: dehinc canticis qvibusdam Marti Deo blanditos conqvievisse;* qvod ad inferias rapit Kirchmannus. [kkk] Itaqve ad *minni* revertor, qvod licet specialiter vocitatum, in memoriam defunctorum illustrium amicorum epotum poculum, ex Snorrone audiverimus, in aliis tamen Historiis etiam in Deorum honorem evacuata Pocula *Minni* nominata invenimus, ut in Herrauds oc Bosa sagâ: [lll] þui næst kom inn þad minne, sem " helgad vor ollum Æsum h. e. *Tunc poculum memoriæ omnium Asarum sacratum illatum est.* Sic in Jomsvikinga saga, [mmm] ubi epulæ funebres in StrutharaldiComitis memoriâ celebratæ describuntur, dicitur filius & hæres Strutharaldi Sigvaldus eousqve in scabello solii consedisse, ut tunc moris erat, donec *Minni* illatum esset; qvod *minni*, fuisse Brago Deo consecratum poculum seu *Bragafull*, liqvidum est ex pulcherrimo Snorronis loco: þat var sid- " venia i þann tima, þar sem erfi skylldi giora eftir Konun- " ga eda Jarla, sa skylldi er giordi oc til arfs skylldi leida " sitia a skorinni fyrir hasætino allt þar til er inn væri borit " fullit þat er kallat var Bragafull, sa skylldi standa upp " i moti Bragafulli, oc strengia heit, oc drecka af fullit " sidan. Eftir þat skylldi hann leida i hasæti faudur hans " þar sem hann var vanr iafnliga at sitia, var hann þa " ko-

iii. Metam. lib. 4. kkk. de Funer. Rom. lib. 4. cap. 2. lll. cap. 11. mmm. cap. 27.

"kominn til allz arfs eftir hann. h. e. *Erat illis temporibus consvetudo, cum parentalia Regis vel Comitis celebrarentur, ut qvi id officium parenti præstabat hæreditatem aditurus, in scabello sederet ante solium, donec poculum illatum esset, qvod Brago consecratum erat. Tunc Bragi poculo assurgeret, & votum* (strenui alicujus operis edendi) *faceret, deinde poculum ebiberet. Illis ritè peractis, solium patris ascenderet, & in sede collocaretur, qvam pater ante occupare assveverat. Tunc plenum in omnibus à patre relictis jus & dominium habebat.* Nihil nunc ulterius de sacratis istis poculis observabo, ubi hoc modò addiderim, illa signis qvibusdam atqve precibus superstitiosos homines Diis suis consecrasse, Snorrone his verbis docente: Enn er hit fyrsta full
"var skenkt, þa mællti Sigurdr Jarl fyrir minni, oc signadi þor, oc drack af hornino til Konungs. Konungr
"tok vid, oc giordi Krossmark yfir. þa mællti Karr af
"Grytingi: Hui ferr Konungrinn nu sua, vill hann enn
"eigi blota. Sigurdr Jarl svarar: Konungr giorir sua sem
"giora allir er trua a matt sinn oc megin, oc signa full
"sitt þor, hann giordi hamarsmark yfir adr hann drack. h.e. *Cum vero primum poculum infunderetur, Sigvardus Comes super poculo precatus, illud Thoro consecravit, atqve cornu evacuans Regi propinavit. Tunc Rex poculum suscepit, & super eo crucis signum fecit. Tunc Karus de Grytingi dixit: Qvid sibi vult hoc Regis factum? an adhuc sacra celebrare recusat? Respondit Sigvardus Comes: Rex instar omnium viribus suis & robori confidentium, atqve Thoro pocula sua consecrantium fecit; signum mallei super poculo, anteqvam ebiberet, effigiavit.*

vit. Imbiberat ille, de qvo heic loqvitur Snorro, Norvegiæ Rex Haqvinus Christianam religionem in Anglia, ubi educatus erat; ideoqve signo Crucis poculum sacravit pro more eorum temporum, qvem alii notaverunt: Veteribus autem Christianis usitatum in conviviis, ad singula pocula Christum invocare; docente Sozomeno: [nnn] *Fertur autem qvosdam ex iis, qvi istud sceleris imprudentes admiserant, cum in convivio, ut fieri solet, sibi mutuo propinarent benevolentiæ testificandæ causâ, Christum ad singula pocula nominasse. Qvendam vero ex convivis hæc illis respondisse. Mirum qvidpiam patimini, Christum invocantes, qvem paulo antea negavistis, tunc cum donativum accipientes à Principe, thus in focum imposuistis. Qvibus auditis, cum facinus qvod admiserant intelligere cœpissent, illico exsilientes, publice discurrere cœperunt, vociferantes, & cum lachrymis Deum hominesq; testantes, Christianos se esse, ac semper fuisse.*

CAPUT. IX.

Veteres nominis propagandi studiosi, saxa grandia in sui memoriam erigebant. Res suas gestas saxis inscribebant. Scuta propriis actis gestantium cælata. Historiæ parietibus domorum insculptæ, vel aulæis intextæ. Ligno res gestæ insculptæ, & amatoriæ litteræ.

TAlibus inventis non patiebantur nostrates, majorum suorum memoriam occidere, cui æternitas debebatur. Attamen memores pleriqve, minorem superstitibus defuncti curam, omnibus nervis contenderunt, gloriæ supervivere & posteritati suæ interesse: id qvod accidit rati, eo modo insuper victuros se semper, atqve etiam latiùs

S

nnn. Hist. Eccl. lib. 5. cap. 17.

tiùs in memoria hominum & sermone versaturos, postqvam ab oculis recessissent. Ut nihil memorem, eos regionibus, provinciis, urbibus, locis, pagis, fluminibus, promontoriis, qvæ conqvisiverunt invenerunt tenuerunt aut inhabitarunt, nomina sua imposuisse, qvæ nimis longum & peculiaris operis foret enumerare; Nonnunqvam ingentia saxa, de terrâ propriis viribus levata in sui memoriam erigebant, *cujusmodi multa adhuc in Islandia visuntur, qvæ uno nomine Tak, in plurali Tók nominantur, tantæ molis, ut humanis viribus elevari posse desperes; at subjecti lapides testantur iis imposita saxa illa aliqvando fuisse*, verba sunt doctissimi mihiqve amicissimi Thormodi Thorfæi in serie manuscripta Regum Daniæ, [a] ubi Rostoch urbem Germaniæ, antiqvitùs Roastak, qvasi Roes cujusdam simile monumentum, ita credit appellatam. Luculentum habemus exemplum in Finnboga Ramma saga, [b] ubi Finbogus in præsentia amicorum fortitudinis & virium specimen edere sollicitatus, geck jar at sem „steinn stor stod iardfastr, hann ryckir upp steininum oc „syndist flestum hann olikr til uphafs fyrir vagstar sa„kir. Hann tekr tuo steina, oc lætr a hinn mikla, tekr si„dann alla up a bringu ser, geingr med ecki allskamt, oc „skytr nidr svo ad steinninn geck ecki minna nidr i ior„din enn tueggia alna. Oc heirum ver ad litit merki siae „þess mikla steins, enn hina siae er hann lagdi a ofan. h. e. *ad ingentem lapidem terræ inhærentem accessit, eumqve humo evellit, cum cæteris impossibile videretur tam stupendæ magnitudinis lapidem sustolli posse. Ille binos alios lapides grandiori isti imponit, omnesqve pectori superpositos per aliqvantum spatii portat: dehinc terræ*

a. in prolegom. sect. 2. b. cap. 18.

ræ tantâ vi impingit, ut grandis ille lapis non minus duabus ulnis terræ immergeretur. Audivimus autem, parva vestigia majoris lapidis remanere, sed superimpositos lapides ab omnibus cerni posse. Gretterum qvoqve saxa immania loco movisse, & minoribus saxis undiqve suppositis superposuisse, manat adhuc in Islandia fama, ubi in hodiernum usqve diem *Grettistak* nominantur; qvod Arngrimo Jonæ [c.] tamen verisimile est, eum machinis qvibusdam, non solo corporis robore præstitisse. Hujusmodi saxa in præliorum qvoqve memoriam, instar trophæorum erecta, Wormius [d.] monstravit, & de illis loqvitur Stephanius, [e.] *qvæ hinc inde variis terrarum Borealium in oris, tanqvam trophæa & arcus qvidam triumphales erecta ad miraculum usqve visuntur, præsertim ubi prælia & conflictus olim celebriores commissi fuerunt. Quæ saxa linguâ Danicâ antiqvâ Bautestene appellantur.* ubi Scheffero vapulat, qvod levi errore ejusmodi trophæa Bautestene nominaverit, appellatione solis lapidibus, qvos in virorum fortium ac militarium tumulis, ad memoriam virtutis ponere solebant, debitâ. Cui monumentorum generi adscribenda sit *Chorea Gigantum*, dicta communiter *Stoneheng*, in planicie Sarisburiensi, Henrico Huntindoniensi [f.] unum judicatum ex qvatuor qvæ mira videntur in Anglia, variant doctiores Anglorum, inter qvos acriter de eius auctoribus & fine disputatum. Obtinuit tamen positione lapidum mirabiliter confirmata authoritas Walteri Charletoni, ut Danicum opus credatur, cuicumqve demùm usui institutum. Conspicit enim Anglia & alia Danorum lapidea monumenta, freqventia ibi in præliorum

S 2 com-

c. Crymog. lib. 2. d. Monum. Dan. lib. 1. cap. 9. e. not. in præf. Saxonis. f. Hist. lib. 1.

commiſſorum & obtentarum victoriarum memoriam, qvaſi trophæa erecta, de qvibus præter Camdenum, egerunt Charleton [g] & Robertus Plot. [h] Reliqva ſupereminet monumentum in agro Oxonienſi, vaſta ſcilicet ſaxa in orbem diſpoſita, qvæ *Rolle-rich ſtones* vulgus appellitat, qvod victoriæ alicujus monumentum, à Rollone Dano, qvi poſtea rerum in Normannia potitus, poſitum ſuſpicatur Camdenus, [i] neqve diverſùm abit Plot, licet ad aliam, qvàm qvæ Camdeno intellecta, victoriam trahat. In illis autem nullos litterarum ductus inveniri, qvi lapides ſedulo diſcuſſerat, Radulphus Sheldon erudito Plotto affirmavit. Alibi tamen in Anglia trophæa ejusmodi à Danis poſita, apices litteratos præ ſe ferre deprehenſa ſunt, fidem faciente Johanne Spedo: [k] *Upon Exmore certain monuments of antick work are erected, which are ſtones pitched in order, ſome triangle-wiſe, and ſome in round compaſſ: theſe no doubt were trophies of victories there obtained, either by the Romans, Saxons, or Danes, and with Daniſh letters one of them is inſcribed, giving direction to ſuch as ſhould travel that way.* Antiqviſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa Saxis apud Ægyptios cerni, Tacitus [l] ſcribit. Obeliſcos dixerunt, *qvos*, notante Ammiano Marcellino, [m] *antiqvi Reges bello domitis gentibus, aut proſperitatibus ſummarum rerum elati, montium venis vel apud extremos orbis incolas perſcrutatis exciſos erectosqve, Diis ſuperis in religione dicarunt. Eſt autem obeliſcus aſperrimus lapis, in figuram metæ cujusdam ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam; utqve radium imitetur, gracileſcens,*

g. Stonch. reſt. pag. 44. ſeqq. h. Natur. Hiſt. of Oxford-shire cap. 10. i. Britann in Oxfordshire p. 265. k. Theatr. Brit. lib. 1. cap. 10. l. Annal. lib. 11. m. lib. 17. cap. 4.

ſcens, paulliſper ſpecie quadrata in verticem productus anguſtum, manu levigatus artifici. Formarum autem innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus inciſas, initialis ſapientiæ vetus inſignivit auctoritas. Volucrum enim ferarumqve, etiam alieni mundi, genera multa ſculpentes, ad ævi quoqve ſeqventis ætates ut patratorum vulgatiùs perveniret memoria, promiſſa vel ſoluta Regum vota monſtrabant. Ex hujusmodi columnarum inſcriptionibus annales Ægyptios exſcripſit Manetho Sebennita, qvi tradente Euſebio, n. eruit ſcripta ſua *ex columnis in Seriadica terra poſitis, quibus ſacrâ, ut ipſe ajebat, dialecto ſacræ erant notæ inſculptæ à Thout, primo Mercurio: eæ vero poſt diluvium ex ſacra lingva in Græcam notis ibidem ſacris verſæ fuerunt.* Non potuiſſe fabularum authorem paucioribus verbis impoſturas cumulatiores effutire, pronunciat & doctè demonſtrat Edvardus Stillingfleet, o. qvamvis ipſi veroſimile videatur, Joſephum teſtimonio Manethonis freqventer innixum, ex mendaci ipſius narratione ſumpſiſſe, qvod habet p. de columnis Sethi nepotum, qvibus inventa ſideralis ſcientiæ ac cœleſtium rerum cognitionem mandaverant. Alias qvoqve nationes res veterum ſuasqve geſtas, ſaxeis, ut ita dicam, voluminibus incidiſſe, alii collegerunt. Danos primævo tempore id memoriæ genus uſurpaſſe, luculenter Saxo Gramaticus: q. *Nec ignotum volo, Danorum antiqviores conſpicuæ fortitudinis operibus editis, gloriæ æmulatione ſuffuſos Romani ſtyli imitatione, non ſolùm rerum à ſe magnificè geſtarum titulos exqviſito contextus genere, veluti Poëtico*

n. Chron. lib. r. o. Orig. ſacr. lib. 1. cap. 2. ſec. 15. p. Ant. Jud. lib. cap. 2. q. in præfat.

qvodam opere perstrinxisse; verum etiam majorum acta patrii sermonis carminibus vulgata, lingvæ suæ litteris, saxis ac rupibus insculpenda curasse. Qvorum vestigiis seu qvibusdam antiqvitatis voluminibus inhærens, tenoremqve veris translationis passibus æmulatus, metra metris reddenda curavi; qvibus scribendorum series subnixa, non tam recenter conflata, qvàm antiqvitus edita cognoscatur. Qvia præsens opus non nugacem sermonis luculentiam, sed fidelem vetustatis notitiam pollicetur. qvod carmine non invenusto expressit C. Erasmus Lætus: r.

> *Defuit hæc Boreæ solertia, qvâ sibi rerum*
> *Priscarum fontes, generisqve exordia posset*
> *Asserere, & scriptis populorum gesta tueri.*
> *Ne tamen & prorsus longinqvi temporis usu*
> *Obliterata ruant: solidis inscribere saxis*
> *Factorum monumenta parant: cautesq́ per amplas*
> *Sparsa legi serò mandârunt gesta nepoti.*
> *Non hæc corticibus, sed cautibus acta stupendis*
> *Celantes: ne qvid claros oblivio sternat*
> *Heroum titulos, umbrisqve immerserit enses.*

Exempla Saxo ipse suppeditat: Haraldi Hyldetandi, s. qvi *in monumentum patris, eius res gestas, apud Blekingiam rupi, cujus memini, per artifices mandare curæ habuit;* meminit istius rupis in Præfatione, curiosâ descriptione, qvam Lectori non ingratam futuram autumo: *Verum apud Blekingiam apta meantibus rupes mirandis litterarum notis interstincta conspicitur. Siqvidem à meridiano mari in deserta Verendiæ petrosa porrigitur semita, qvam binæ lineæ exiguo discretæ spacio protractis*

in

r. rer. Dan. lib. 1. s. lib. 7.

in longum ductibus amplectuntur. Inter qvas, medio loco planum, factis ad legendum figuris, undiqve secus exaratum ostenditur. Qvod licet adeo situ inæqvale existat, ut modò montium alta proscindat, modò vallium ima prætereat, eodem tamen tenore literarum vestigia servare dignoscitur. Qvarum significationem Rex Voldemarus, sancti Kanuti fausta proles, admirationis causâ cognoscere cupiens, misit qvi rupem permeantes, patentium illic characterum seriem, curiosiori indagatione colligerent, ac postmodum virgulis qvibusdam sub iisdem formarum apicibus adnotarent. Qvi ideo nihil ex eis interpretamenti comprehendere potuerunt, qvod ipsa cælaturæ concavitas partim cæno interlita, partim commeantium adesa vestigiis, figuratæ protractionis speciem obtrito calle confuderat. Et Regneri Lodbroki, [t] qvi *Biarmorum Rege interfecto, Finnorum verò fugato, saxis rerum gestarum apices præ se ferentibus, hisdemqve supernè locatis, æternum victoriæ suæ monimentum affixit.* Gigantibus hunc morem, acta sua lapidibus inscribendi, adscribere Ericum Upsalensem, [u] mihi videtur: *Erant gigantes in terra* (Gothorum) *viri potentes & famosi à seculo, qvi corporis elegantiâ, vel virium potentiâ, vel utroque cæteris præeminebant, & hi sibi aliqvid dominii vendicabant. Erant item & alii consiliis & prudentiâ vigentes, & aliis in agendis suis consiliis diligentiores, ut & ipsi sibi nomen facerent sicut gigantes, qvi gesta sua charactere qvodam litterarum lapidibus inscribebant, eoqve tempore magnificis actibus & prudentibus responsis ac consiliis studebatur.* Qvantum ego intelligo, Gigantes tradit litteris gesta sua lapidibus impressisse, cæteros memoriæ qvoqve suæ

t. lib. 9. u. lib. 1.

ſuæ propagandæ anxios, conſiliis diligenter in actum deducendis intentos fuiſſe; hos *Spekingos* interpretatur Verelius in addendis Runographiæ Scandicæ, ubi inſuper, qvæ antea capite eiusdem operis ſecundo dixerat: *cum civilis ſapientiæ Profeſſores Spekingi morum publicorum cenſuram exercebant, & Regibus, in judiciis, aliisqve negotiis graviſſimis, pace belloqve, conſultores perpetui aderant. Horum ingeniis cultiſſimis ſi Runarum inventum adſcripſerimus, à vero non aberrabimus. Nam qvi ſapientiæ inſtituta ingenio complecti, & aliis tradere, ii etiam eorum miniſtras litteras excogitare potuerunt.* allatis nuper Upſalenſis verbis mirificè confirmari credidit. Helgæ monti Islandiæ vallem jungi, *in cujus ambitu plurimæ & magnæ à lapide tabulæ erectæ, qvibus literæ mirabiliter inciſæ, geſta antiqvorum pugilum memoriæ tradentes*, confidenter ſcribit Olaus Magni, [x] negantibus qvos rogavi, Islandis, illic eiusmodi qvidpiam, immo ne ſaxorum qvidem minimum veſtigium conſpici: & unus eruditus ex eadem patria. Arnas Magnæus qvi loca Helgæ monti vicina ſæpius luſtraverat, ſplendidè de litteratis iſtis lapidibus mentiri Olaum, aſſeveravit, exinde qvoqve ducto argumento, qvod plurimæ qvæ in Islandiæ lapidibus exaratæ viſuntur Runæ, noviter inciſæ ſint, raroqve aliud qvàm peregrinantium, qvi itinera agentes has ut plurimum lapidibus inſculpunt, nuda nomina contineant. Neqve majorem Olao fidem meretur Petrus Hvetius. qvi in libro de Origine fabularum Romanenſum ab Pyrrhone in latinam translato lingvam, iniqvè ſcribit: *Daniæ, Sveciæ & Norvegiæ incolæ veteres, non minus fabuloſas, qvàm Græci ſibi finxerunt origines, Hiſtorias ſuas ad arbitrium*


x. in deſcript. tab. Chorogr. litt. A.

um confictas priſcis characteribus Runicis, magnis in lapidibus incidebant, qvorum in Daniâ qvædam fragmenta vidi. Neſcio qvo præjudicio motus Hiſtorias lapidibus inciſas ad arbitrium confictas aſſerere auſus eſt, cum ea, qvæ nos in his regionibus nati & educati ex iisdem lapidibus magno labore, & ut plurimum per conjecturas elicere valemus, falſi arguere impoſſibile credamus, cum nulla alia ſuppetant monumenta, unde ea affirmare vel refellere poſſimus. Et ſi qvatuor vel qvinqve lapides exceperis, hiſtoriam priſci ævi illuſtrantes, reliqvorum inſcriptiones ita ſunt intricatæ, (de priſcis lapidibus in gentiliſmo erectis & exaratis loqvimur) & interpretationem omnem refugientes, ut vix nomina ſepultorum inde eruere, nedum origines gentium qveamus; qvod tamen ſe aſſecutum ex fragmentis modò lapidum in patria noſtra viſis Huetius impudenter falſus eſt vel fallere voluit, qvem vix ac ne vix qvidem litterulæ ſenſum aſſecutum veraciter opinor; cum mitius judicaſſet, ſi cognitione priſcæ lingvæ noſtratis aliqvali imbutus, relicta nobis monumenta lapidea accuratè examinaſſet. Tileſenſem autem lapidem, exhibitum à Wormio, y. primo & auguſtiori latere auſtrum ſpectante, hæc qvatuor characterum ordinibus exhibentem:

ᛂᚴᛁᛚ: ᛋᚢᛚᚠᛅ: ᛋᚢᚿ: ᛚᛁᛏ: ᚱᛂᛋᛁ
ᛋᛏᛁᚿ: ᚦᛁᛋᛅ: ᛂᚠᛏ: ᛋᛁᛅᛚᚠᛅᚿ
ᛋᛁᚴ: ᛂᛘᚢᚿ: ᛋᛏᛅᚿᛏᛅ: ᛘᛂᚦ: ᛋᛏᛂᛁᚿ
ᛚᛁᚴᛁᛅ: ᚢᛁᛏᚱᛁᛁᛏ: ᛋᚢᚿᛅᛦ: ᚢᛅᚿ: ᛂᛋᚴᛁᛚ:

EKIL. SULFA. SUN. LIT. RESI.
STIN. ÞISA. EFT. SIALFAN.
SIK. E. MUN. STANTA. MEÞ. STEIN.
LIGGIR. VIT. RIIT. SUNAR. VAN. ESKIL.

y. Mon. Dan. lib. 4.



qvæ Wormius reddidit: *Eskillus Sulfæ filius sibi ipsi hunc lapidem posuit. Emundum, Stenonem cum Stenlifero, Vitriti filios, vicit Eskillus*, doctâ conjecturâ; si dissentire liceat in qvibusdam, verba sic reddi posse, forsitan non minus probabiliter, autumarem. *Eskil Sulfa sun*, aperta est significatio: *Eskillus Sulfæ filius*.

Lit pro *let*, curavit.
Resi pro *reisa*, erigere.
Stin pro *Stein*, lapidem.
þisa pro *þenna* vel *þessi*, hunc.
Eft pro *eftir*, post.
Sialfan sik, ipsum se.
E vel *æ*, semper.
Mun stanta pro *standa*, stabit.
Meþ fortè *meþan*, dum.
Stein, lapis.
Liggir, jacet.
Vitriit, Vitrito, filio suo sic nominato.
Sunar filio.
Van pro *vanr* orbatus.
Eskil Eskillus.

ut talis sensus evadat: *Eskillus Sulfæ filius lapidem hunc sibi ipsi erigi curavit. Eskillus filio Vitrito orbatus, semper stabit* h. e. memoria ejus semper permanebit, *dum lapis hic jacet*.

Valdè verisimile, lapidem hunc primâ positione ut monumentum nominis sui, & memoriæ filii sui, ab Eskillo erectum: deinde reliqva, qvæ bina prætereà lapidis latera complent, sepulchrales formulas exhibentia, postea addita; cum familiæ conditorio lapis apponeretur.

 Du-

Duratura in æternum tam duris codicibus comprehensa qvis dubitaret? immo & durationi conferre conabantur atramento indelebili, qvod conficiebant majores nostri ex pice, sangvine Phocarum, & aliis ejus generis, qvo litteras & characteres lapidibus, aliisqve rebus durioribus mandabant, nullâ tempestate, aut temporis injuriâ delebiles; *seltiere* vocabatur, uti id Wormius [z.] describit, Monumenti Framvardensis litteras eo atramento notatas autumans, Arngrimum secutus. Sed frustrà æternitatem famæ spe locuturarum cautium præsumebant; eleganter Lætus citatis ante versibus subjungit:

— qvid tempus edax, qvid non longissima secli
Absumit caries? sua sunt qvoqve funera saxo,
Et rigidæ cautes cumulant sibi clade ruinas.
Perpetui aurarum cursus, pluviæqvæ procellæqve
Et gravis illuvies: tum sparsa tonitrua cœlo,
Ac tempestates iterataqve jurgia nymbis,
Grando, nives, & eqvis bobusqve infixa freqventer
Ungula, & atroces jactataqve fulgura venti:
Ipsaqve materies per sese obnoxia multis
Defluviis, rerumqve vices & plurimus angor
Terrarum, ac fissæ sua per vestigia rupes:
Cautibus eradunt artesqve notasqve, profundis
Sint licet inscriptæ, perductaq́ grammata sulcis,
Ceu nunqvam peritura.

Neqve tamen solis cautibus eximia posteris innotescendi libido adfixa erat. Fuit & commune fortibus viris studium, scuta, rebus suis gestis cælata depictaqve circumferre. qvibus apud Romanos, proprias fortasse laudes & facta

z. Mon. Dan. lib. 6. p. 505.

cta insculpta fuisse, ex luxato libri de bello Hispanico, Hirtio Pansæ vulgò adscripti, loco colligit Lipsius, [aa] ita legens: *Cum ad dimicandum in planitiem se contulissent, scutorumque laudis insignibus* (editiones qvædam habent, *insignis*) *præfulgens opus cælatum.* Apertiùs de nostratibus constat ex Saxone [bb] de Amlethho scribente: *In scuto qvoqve qvod sibi parari jusserat, omnem operum suorum contextum, ab ineuntis ætatis primordiis auspicatus, exqvisitis picturæ notis adumbrandum curavit. Qvo gestamine perinde ac virtutum suarum teste usus, claritatis incrementa contraxit.* & brevi delineatione operum Amlethi interjectâ, subjungit: *Hæc omnia excultissimo rerum artificio, militari ejus scuto opifex studiosus illeverat, res formis imitatus, & facta figurarum adumbratione complexus.* Scutum hoc Scotiæ regina capiti dormientis Amlethi subductum curiosiùs contemplata, ex affixis notulis rotius argumenti summam elicuit, unde *facta qvæ ex scuto cognoverat, scripto complectenda curavit, ut & clypeum literarum testem, & literas clypei interpretes existimares.* Sic apud eundem [cc] de proprio clypeo canit Hildigerus Gunnari filius:

Ad caput affixus clypeus mihi Sveticus astat,
Qvem specular vernans varii cælaminis ornat,
Et miris laqveata modis tabulata coronant,
Illic confectos proceres, pugilesqve subactos,
Bella qvoqve & nostræ facinus spectabile dextræ
Multicolor pictura notat: medioxima nati
Illita conspicuo species cælamine constat,
Cui manus hæc cursum metæ vitalis ademit.

aa. Analect. ad Milit. Rom. lib. 3. dial. 2. bb. lib. 4. cc. lib. 7.

Similis cælaturæ, sed ornatu preciosius, auro nempe insuper gemmisqve distinctum, Einaro Skálaglammo ab Haqvino Comite Norvegiæ donatum celebrat Egils saga:[dd.] „Hakon Jarl gaf Einari Skalaglamm skiold, oc var „hann hin mesta giorsemi, oc var skrifadr fornsogum „mille skiptanna, oc lagdar ifir speingur af gulle oc „settr steinum. h. e. *Haqvinus Comes Einaro Skálaglammo scutum preciosum dedit; ipsi antiqvæ historiæ intercisuras inscriptæ erant: erat insuper laminis aureis obductum & gemmis ornatum.*

Alii majori specie, parietibus domuum Historias & acta majorum, omnium oculis exposuêre; qvod in Islandia qvondam usitatum Arngrimus Jonæ [ee.] docet: *Domus qvasdam commemorare possum, qvarum laqvearia, contignatio, & parietum investituræ ligneæ, arte sculptæ, vetustas rerum gestarum historias retulerint.* Tale cœnaculum in vico Hiardarhollti extrui & exornari Olaum qvendam curavisse, in veteri manuscripto Laxdæla dicto „invenio: [ff.] Lætr Olafr giora elldhus i Hiardarhollti mei„ra oc betra en menn hofdu fyrri sed, voru þaramarka„dar agætligar sogur a þilividunum, oc suo a ræfrinu. þat „var so vel smidat at þa þotti miklu skrautligra er eigi „voru tiolldin uppi h. e. *Olaus in prædio Hiardarhollti Cœnaculum fieri curavit, majus, & elegantius qvàm qvis antea viderat; in asseribus trabibus & laqvearibus egregiæ historiæ sculptæ erant. Hoc cœnaculum tam affabrè extructum erat, ut multò elegantius videretur, cùm aulæis non esset ornatum.* Aliàs aulæis qvoqve intextæ erant breviores historiolæ, qvalis aulæi iconem Wormi-

dd. cap. 79. ee. Crym. lib. I. cap. 6. ff. cap. 30.

mius [gg] exhibet. Ligno res gestas insculptas, deprehendo ex Egils saga, [hh] ubi Thorgerda patrem Egillum alloqvitur: Nu villda ek fadir, at þu yrktir erfiqvæde,, eftir Bodvar, enn ek mun rista a kiefli. Eigill orti qvæ-,, dit oc kalladi Sonartorrak, h. e. *Jam vellem pater, ut Epitaphium Bodvari caneres, qvòd ego ligno insculpam. Egillus carmen cecinit, vocavitq́; Difficultas filiorum.* Literas ligno insculptas Saxo [ii] testatur, *celebre qvondam chartarum genus* fuisse; sane amatoriarum, docente Wiglundar Saga: [kk] þeir brædr rida nu aptr a gotuna,,, þeir sia ad þar liggri gotunni fyrir þeim fesiodr, oc gull-,, hringr oc med runa kiefle, þar ero a ristin oll þeirra ord,, Holmketils oc Ketilridar, oc þar med ad hun gaf Viglundi þetta fe. h. e. *Fratres hi inceptum iter persequuntur, & in media via ante se offendunt crumenam cum pecunia, & annulum aureum, atqve bacillum litteris exaratum; cui incisi erant mutui Holmkietilli & Kietilridæ sermones & insuper qvod illa Wiglundo* (amasio suo) *has opes donaret.* Ectypon hujusmodi bacilli exhibet Wormius, [ll] cujus literatura Runica [mm] consulatur de aliis materiis, qveis Dani veteres litteras suas mandare solebant; nos enim properamus ad plenissimum fontem, unde fere deprompta sunt postea conscripta Historiarum volumina. Carmina intelligo antiqvorum Poëtarum seu Scaldorum, qvorum præsertim ope tutelari factorum memoria posteritati consecrata est, unde ipsis Scaldis maxima fuit reverentia, nec minor carminibus constabat fides; namqve *nullius agricolæ cultu stirpem tam diuturnam, qvàm*

gg. Mon. Dan. lib 6. hh. cap 79. ii. lib. 3. kk. cap. 19. ll. Mon. Dan. lib. 5. mm. cap. 26. nn. lib. 1. de Leg.

qvàm poëtæ versu seminari posse, pulchrè Tullius [nn.] notavit, qvandoqvidem, Horatio canente, [oo.]

Dignum laude virum Musa vetat mori:
Cœlo Musa beat.

CAPUT. X.

Historia initium sumpsit à Poësi. Poëtæ seu Scaldi in Septentrione honorati. Reges & Heröes acta sua canebant, præsertim sub finem vitæ. Scaldi viri honorati erant in aulis Regum, in bellis strenui, ab adulatione remoti, non nisi meritos & celebres factis laudantes: Milites ad fortiter præliandum carminibus accendebant. Skialldborg qvid sit.

Apud Germanos carmina antiqva unum qvondam memoriæ & annalium genus fuisse, Tacitus [a.] testatur. Et Alboini Regis Langobardorum ita præclarum longe lateqve nomen percrebuisse, ut etiam tam apud Baioariorum gentem, qvàm & Saxonum, sed & alios ejusdem lingvæ homines, ejus liberalitas & gloria, bellorumqve felicitas & virtus, in eorum carminibus celebrata fuerit, apud Paulum Diaconum [b.] legimus. Immo Historiam omnem apud Chaldæos, Græcos, Romanos, gentesqve alias, à Poësi initium sumpsisse, fassi jam pridem sunt doctiores; Ut dolendum, qvod aliis gentibus gloriæ datur, in ignominiam patriæ nostræ trahi, ex talium carminibus, qvi res antiqvissimas stylo perseqvi olim conabantur. Historicos documenta petiisse. Sugillat eos nimis acriter, doctus alioqvin vir, Jonas Venusinus, in thesi de fabula, cui ma-

oo. Carm. lib. 4. od. 8. a. in Germ. b. de gest. Lang. lib. 1. cap. 27.

masculè se opposuit, & invidiosis ipsius argumentis plenè satisfecit Alanus. c. Etenim fuit cum aliis qvibusdam, alienum extollentibus, proprii incuriosis, Venusino commune, ut nihil in antiqvam historiam nostram admittendum censeret, nisi à Grajo Latinove fonte petitum; qvi tamen cum nimis in antiqvitatibus nostris jejuni, hospites, immò cæsi fuerint, nescio qvæ malum doctos viros dementia ceperit, ut inæstimabili monumentorum Septentrionalium fonte relicto, ad turbidos mendacis Græciæ & nil nisi sua magnificantis Latii rivos confugerint: operosiùs erroris convincendi, si ei tenaciùs inhæreant. Meliùs de posteritatis judicio præsumpserant Heröes Boreales, apud qvos antiqvissimis temporibus maximo in honore erant res gestas ipsorum in omne ævum carminibus propagaturi Scaldi, ut ita Poëtas nostros appellare liceat. Hinc qvò qvis laudis & æternitatis amore ardentiùs flagrabat, eò plures ac præstantiores in hoc genere sibi devinxit, atqve secum domi forisqve tam pacis qvàm belli tempore circumduxit, ut res gestæ veriùs aptiùs ac illustriùs describi ab ipsis ac delineari possent, ut jam antea Wormius d. annotavit. Etiam enim atqve etiam videndum cuilibet, si sapit, cui curæ est commodam nominis famam conservare, ne poetæ cuiqvam sit unqvam infensus, admonet apud Platonem e. Socrates, *cum Poëtæ maximè possint in utramqve partem, sive ad laudem, sive ad vituperationem.* Sed Scaldorum veterum encomia, dignationem, fidem, præmia, series, & varia præterea de ipsis scitu digna prosecuti sunt viri doctiores, qvorum opera manibus omnium teruntur; itaqve nos breviter modò ad instituti nostri propositum in eorum commendationem evagemur, cùm omnem

V in-

c. respons. ad criminat. Saxon. d. append. Liter. Run. e. in Minoe.

includat, eò processisse æstimationem artis, ut inter Regum ornamenta sit æstimata. Uti enim de Carolo Magno prodidit Eginardus, [f] ipsum *barbara & antiqvissima carmina, qvibus veterum Regum actus & bella canebantur*, scripsisse memoriæqꝫ mandasse; sic Reges Norvegiæ voluisse, ut liberi sui edisceren carmina Scaldorum, qvò majorum fortia facta ad eorum imitationem, incitamentum esset, legitur in versione Danica Præfationis Chronici Snorronis, sensum tamen authoris non satis accuratè exprimente. Attamen certissimum est, fuisse inter boreæ Reges & Principes, non paucos Poëscos patriæ apprimè gnaros, ut per eandem cursum vitæ suæ viriliter peractæ cecinerint: qvod arrogantiæ nullatenus adscribendum esse, sed qvasi excusasse videtur Tacitus gravi hâc sententiâ: [g] *Apud priores ut agere memoratu digna pronum, magisqve in aperto erat: ita celeberrimus qvisqve ingenio, ad prodendam virtutis memoriam, sine gratiâ aut ambitione, bonæ tantùm conscientiæ pretio ducebatur. Ac pleriqve suam ipsi vitam narrare, fiduciâ potiùs morū, qvàm arrogantiâ arbitrati sunt. adeo virtutes iisdem temporibus optimè æstimantur, qvibus facillimè gignuntur.* Ut omittam Regem Norvegiæ Haraldum Hardraade, qvi restante Snorrone, de itinere suo in Pontum Euxinum & illustri in Africam expeditione, sedecim composuit cantilenas, qvarum fragmenta ex vetustissima Regum Norvegiæ historia, qvam Knytlinga saga [h] nominat *Æfe Noregs Konunga*, cujus mihi in membrana suppetit exemplar, ne perpetuis conflictentur tenebris, adjungam:

„ I þessum ferdum orti Haralldr gamanvisur, ok ero xvj.

"sa-

f. vit. Car. M. cap. 3. num. 34. g. præf. in vitam Agricolæ. h. cap. 21. & cap. 103.

" faman, ok eitt nidrlag at ollum, þo ero her far ritnar. h. e.
In hoc itinere Haraldus Carmina jocosa composuit, numero sedecim, omniaqve eodem modo finientia, hic tamen pauca tantum scribuntur.

,, Sneid fyrir Sikiley vida
,, fud varum þa prudir
,, brunn skreid vel til vanar
,, vengis hiortr und drengium
,, vætti ek midr at motti
,, muni enn þannig renna
,, þo lætr gerdr i gordum
,, gollhrings vid mer skolla.

,, þessu veik hann til Elisabeth dottur Jarizleifs Konungs
,, er hann hafdi bedit sem fyrr er getid.

h. e.

Circuivit Siciliam passim navis, tum magnifici fuimus, fusca meavit properè, pro spe nostra, navis sub viris, spero ego, conventus memor, eam exinde ita cursuram, attamen virgo Russica me respuit.

hoc dicto Elizabetham Regis Jarizlai filiam, qvam ut antea memoratum est in uxorem petiverat, indigitavit.

,, Ok enn kvad hann.

,, Fundr var þess at þrændir
,, þeir hofdu lid meira
,, vard su er ver of giordum
,, vist errilig snerra
,, skildumz ungr vid ungan
,, all valld i styr fallinn
,, þa let gerdr i gordum
,, gollhrings vid mer skolla.

h. e.

Et adhuc cecinit. V 2 *Con-*

Conventus fuit, ubi Throndheimenses majores copias habuere, prælium quod nos edidimus atrox valde fuit, juvenis digressus sum à juvene rege in prælio cæso, tum virgo Russica me respuit.

„Senn iosum ver svanna
„Sextan þa er brim vexti
„dreif a hladna husa
„hum i fiorum rumum
„vietti ek minnr at motti
„muni enn þinnig nenna
„þo lætr gerdr i gordum
„gollhrings vid mer skolla

h. e.

Simul nos sedecim, in qvatuor interscalmiis constituti, sentinam egessimus, cum procella maris augeretur, oneratas naves mare invasit, spero ego conventus memor, me exinde ita facturum, attamen virgo Russica me respuit.

„Þrottir kann ek atta
„ygs fet ek lid at smida
„færr er ek hvast a hesti
„hefik sund numit stundum
„skrida kann ek a skidum
„skyt ek ok ræk sva at nytir
„þo lætr gerdr i gordum
„gollhrings vid mer skolla.

h. e.

Exercitia octo novi, strenue dimicare audeo, eqvo viriliter insidere valeo, aliqvando & natare consvevi, in soleis ligneis currere novi, jaculandi & remigandi arte bene polleo, attamen virgo Russica me respuit. „Enn

„Enn munat Eckia
„ung ne mær at værim
„þar er giordum svip sverda
„sudr i borg um morgin.
„ruddumz um med oddi
„eru merki þar verka
„þo lætr gerdr i gordum
„gollhrings vid mer skolla.

h. e.

Non (negabit) *vidua nec tenella virgo, nos in australibus plagis, ubi pugnam edidimus, ad urbem matutino tempore constitutos fuisse; armis viriliter usi sumus, nostrorumqve operum vestigia ibi extant, attamen virgo Russica me respuit.*

„Fæddr var ek þar alma
„Upplendingar bendu,
„nu læt ek vid sker skolla
„skeidr bumonnum leidar
„vitt hefi ek sizt ytum
„eygard skotid bardi
„þo lætr gerdr i gordum
„gollhrings vid mer skolla.

h. e.

Natus sui ubi Uplandi (Norvegi) *arcus flectebant, jam naves colonis odiosas ad saxa in mari latentia crepitare facio; mare, procul ab hominibus, late navibus sulcavi, attamen virgo Russica me respuit.*

Plurimi qvibus omnis ætas fortiter erat transacta, sub extremum vitæ, aliorum ingeniis deficientibus, qvæ præcipua egerant, compositis edidêre metris. Neqve qvisqvam

tali muneri magis idoneus, cum ipsi essent eorum intelligentissimi, de qvibus historici rythmi tractarent. Primum nomino Regnerum Lodbroc, qvi ab Hella Hiberno in carcerem conjectus, à colubris consumendus, *adeso jecinore, cum cor ipsum funesti carnificis loco coluber insideret, omnem operum suorum cursum animosâ voce recensuit*, Saxone Grammatico[1] referente; cujus integrum epicediū ad calcem libri de Literatura Runica, Olaus Wormius adtexuit. Eadem cura non minores inter cruciatus animam infelicem agenti fuit Asbiorno Prudæ Danico Heroi, cum Bruso ipsum, intestina extrahens, immaniter torqveret, tunc enim novem carmina cecinit, peractæ vitæ tenorem complexa, qvæ publicâ luce digna, ex Orms Storolffonar sagâ eruta damus:

„Segiz þat minni modur
„mun hon ei syni kemba
„svardar lad i Sumri
„Svanhvit i Danmorku
„hafda ek henni heitit
„at ek heim koma munda
„nu man segg a sidu
„sverdz egg dregin verda.

h. e.

Innotescat Svanhvitæ matri meæ in Dania, eam hac æstate capillos filii pexuram non esse, promiseram ei me domum redire velle, jam vero latus meum gladii aciem passurum esse credo.

„Annat var þa er inni
„olkatir ver satum
„oc a fleyskipi forum

„fiord

1. lib. 9.

„ fiord af Hordalandi
„ druckum miod oc mælltum
„ margt ord ſaman fordum
„ nu em ek einn i aungvar
„ Jotna þraungvar genginn.

h. e.

Res aliter ſe habuit, qvando domi è cereviſiæ potu hilares ſedebamus, ac ab Hordalandiâ profecti ſinum navi trajecimus, mulſum bibimus & olim multis verbis collocuti fuimus, jam ſolus in gigantum anguſta habitacula incidi.

„ Annat var þa er inni
„ all ſtorir ſaman forum
„ ſtod þar upp i ſtafni
„ Storolfs bur enn frækni
„ þa er langskipum lagdi
„ Lundr at Eyrarſundi
„ nu mun ek tældr i trygdum
„ trolla bygdir kanna.

h. e.

Res aliter ſe habuit cum magnifice ſimul incederemus, ibi agilis ille Storolfi filius (Ormus) *in prorâ erectus ſtetit, cum in fretum Oreſund longis navibus veniret, jam ego valde deceptus, gigantum habitacula introſpiciam.*

„ Annat var þa er inni
„ Ormr at hilldar ſtormi
„ geck enn gradigum blacki
„ geitis ſylg at veita
„ reck at romu dockri
„ raum margann gaf vargi

„ ſeggr

„ seggr oc sart nam hoggva
„ svinnr at Isu minni.

h. e.

Res aliter se habuit qvando Ormus in prælio progressus est, ut avidis feris potum acqvireret, ille vir acriter pugnando multos viros feris tradidit, audaxqve ad Isæ fluvii ostium lethales ictus dedit.

„ Annat var þa er inni
„ ek veitta ferd sveittri
„ hogg med hvassri tuggu
„ herians sudr i skerium
„ Elfar opt nam kolfvi
„ Ormr hagliga at forma
„ mest þa er midiungs traustir
„ magar estir lagu.

h. e.

Res aliter se habuit, cum austrum versus ad insulas Elfarsker acuto & ictibus calefacto ferro secarem, Ormus sagittas utilitèr sæpe vibravit, præsertim ubi in strenuos prædones incideret.

„ Annat var þa er inni
„ allir saman vorum
„ Gautr oc Geyri
„ Glumr oc Stari
„ Samr oc Semingr
„ synir Oddvarar.
„ Haukr oc Haki
„ Hrokr oc Toki

h. e.

Res aliter se habuit qvando omnes una fuimus, Gótus, Geyro,

Geyro, Glumus, Staro, Samus & Semingus, Oddvaræ filii, Hókus & Haco, Hrokus & Tocho.

„ Annat var þa er inni
„ opt a sæ forum
„ Hrani oc Hogni
„ Hialmr oc Stefnir
„ Grani oc Gunnar
„ Grimr oc Sorkvir
„ Tumi oc Torfvi
„ Teitr oc Geitir.

h. e.

Res aliter se habuit, cum per æquor sæpè navigaremus Hrano & Hogno, Hialmus & Stefnerus, Grano & Gunnarus, Grimus & Svercherus, Tumo & Torfo, Teitus & Geiterus.

„ Annat var þa er inni
„ allitt ver ſpordumz
„ at ſamtogi ſverda
„ fialldan ek latta
„ at brynpalmar bryndir
„ biti hvaſsliga ſeggi
„ þo var Ormr at ymo
„ œ oddviti þeirra.

h. e.

Res aliter se habuit, quando prælia conserere parum detrectavimus, ego raro dissvasi, ut acuti gladii viros valida acie dissecarent, tamen Ormus eos in pugnando semper antecelluit.

„ Mundi Ormr
„ ofrynn vera

„ef hann a kvol þessa
„kynni at lita
„oc grimmliga
„giallda þussi
„vorar vidfarar
„vist ef hann nædi.

h. e.

Ormus certe vultum contraheret, si hos cruciatus videret, gigantiqve nostram conditionem crudeliter rependeret, si posset.

Famosissimus ob expeditionem præcipuè Biarmicam, pugil Orvaroddus, qvi regiones alio qvoq; sole calentes lustraverat, jam instantibus fatis, memorabiliora per se patrata metris inclusa cecinit, qvæ in Historia eius [k] adhuc exstant, ne tædio sint, hic omissa. Nonnunqvam longioris ævi intuitu, vel auditorum aures sollicitabant, ut Hellam coràm audivisse fatalem Regneri Lodbroci cantum, ex Saxone colligitur: vel aliis ea scripto mandandi provinciam injunxerunt, ut fecit Hallmundus, qvi, Grettis saga [l] testante, lethaliter vulneratus, filiam suam auscultare jussit interim dum carmen pangeret, & carmina in ligno antè præparato exararet; qvæ dicto fuit obediens. Hallmundus autem multorum operum suorum in eo carmine contextum injecit :- Skalltu nu heyra medan ek „segi fra athofnum minum, og qved þar um qvæde, þu „skallt rista eftir a kefle. Hun giordi svo. Margra at„hafna sinna gat Hallmundur i qvidunne, þui hann haf„de fared um allt land.

Sed difficile erat omnibus, obtinere ut propriæ laudes æqvis acciperentur animis, etiamsi illis recensendis

k. cap. 7. l. cap 49.

fendis neceſſitas lenocinaretur. Pulchrè Plinius: [m] *Meminimus, inqvit, qvanto majore animo honeſtatis fructus in conſcientia qvàm in fama reponatur. Seqvi enim gloria, non appeti debet: nec ſi caſu aliqvo non ſeqvatur, idcirco qvod gloriam meruit, minus pulchrum eſt. Ii vero qvi benefacta ſua verbis adornant, non ideo prædicare qvia fecerint, ſed ut prædicarent, feciſſe creduntur. Sic qvod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo, qvi geſſerat, recenſente, vaneſcit. Homines enim cum rem deſtruere non poſſunt, iactationem eius inceſſunt. Ita, ſi ſilenda feceris, factum ipſum: ſi laudanda, qvod non ſileas, ipſe culparis.* Alii itaqve præcones qværendi erant, non morituram famam præſtituri. Nihil autem *conſilioſius eſt captatoribus gloriæ, qvàm literatorum, & ſcribentium maximè, gratiam promereri. Inutiliter enim eis geruntur egregia, niſi literarum luce clareſcant. Qvicqvid favoris aut præconiorum aliunde contrahitur, perinde eſt, ac ſi Echo qvam audis in fabulis, plauſus excipiat theatrales; deſinit enim cum cæperit:* ut graviter in prologo Policratici ſui loqvitur Joannes Saresberienſis; qvi alibi [n] docet atqve inculcat, qvales ad ſubducendos ſe oblivioni eligendi ſint ſcriptores: *Qvi veram, licet humanarum laudum, gloriam concupiſcunt, dant operam bene indicantibus non diſplicere. Refert enim plurimum qvis, cui, & unde placeas. Unde nihil mihi videtur conſultius viro, ad gloriam properanti, fidelium favore ſcriptorum. Nihil ſtultius, qvàm captare Tigellium, qvi nec ſuam potis eſt redimere famam.* Et in Septentrione ſeligebantur, qvi ingenio, qvi facundia, qvi fide, rerum togæ, rerum ſagi experientiſſimi erant. Tales enim fuerunt anti-

X 2 qviſ-

m. Epiſt, lib. 1. ep. ad Saturnin. n. Policrat. lib. 8. cap. 14.

qvissimum è doctis genus Scaldi, qvi potentissimorum Consiliarii Regum, pariter ad arcana admissi, negotia eorum, & jura, fœdera, & bella cognoscebant, qvod ex multorum farragine locorum aperiri posset. Neqve nos ferit, qvod Bodinus o. litteratos apud Gothos aliis oris sedibus fixis, qvondam è senatu exire jussos, scribere non vereatur. Fuit omnibus persvasum, Gothos nil nisi arma tractantes, omne studiorum genus exhorruisse, largo Procopii testimonio inductis, apud qvem p. cum Amalasuntha filio Atalaricho ludimagistrum dedisset, non probabatur id Gothis, qvorum qvi eximii erant, expostulabant, non rectè puerum, neqve ut Regem deceret, educari. multum abesse a virtute litteras. Qvi magna ausurus, qvi bello decora sit qvæsiturus, debere liberum à magistrorum metu, armis tractandis erudiri. *Ne Theudericho qvidem placuisse, ullos Gothorum pueros ad ludum litterarium mitti: qvippe solitum dicere, fieri non posse, ut qvi didicissent flagra extimescere, ad contemptum ensium hastarumqve assurgerent.* Vel ex hac disceptatione, studia litterarum à Gothis spreta, satis se videre Grotius fatetur in prolegomenis ad historiam Gothorum & Langobardorum, tamenetsi ille ipse non audeat ibidem litterarum laudem planè veteribus Gothis abjudicare; & Bodini calumniæ Loccenius q. se opposuit. Certè Theudatum, post obitum Atalarichi, Regem, in latino sermone, Platonisqve dogmate institutum fuisse, Procopius testatur. Et diu antea Gothis in Daciæ Thraciæqve & Mœsiæ solo non defuisse Zeutam, Diceneum, Zamolxin, alii prodiderunt, qvos in *Danamarcha* extitisse, expressis verbis scribit libro secundo Historiæ Normannorum capite qvarto Willelmus Gem-

o. meth. hist. cap. 12. p. Gott. Hist. lib. 1. q. Antiq. lib. 2. cap. 15.

Gemmeticensis. Pingve de Diceneo omne Gothos docente studium Iornandes r. perhibet testimonium: *cernens naturale eos habere ingenium, omnem penè Philosophiam eos instruxit. erat enim hujus rei magister. Nam Ethicam eos erudivit, ut barbaricos mores ab eis compesceret. Physicam tradens, naturaliter propriis legibus vivere fecit, qvas usqve nunc conscriptas Bellagines nuncupant: Logicam instruens, eos rationis supra cæteras gentes fecit expertos: Practicen ostendens, in bonis actibus conversari svasit: Theoricen demonstrans, signorum duodecim, & per ea planetarum cursus, omnemqve astrologiam contemplari edocuit. Elegit nobilissimos prudentiores viros, qvos Theologiam instruens, numina qvædam & sacella venerari svasit.* Hæc causa Dioni, qvi historias eorum annalesqve Græco composuit stilo, ut omnibus barbaris Gothos sapientiores semper extitisse, Græcisq; penè retulerit consimiles. & Sigebertus Gemblacensis, eumqve secutus Chronici Belgici magni Compilator, eos Philosophiæ disciplinis eruditos, barbariem exuentes, humanitate & honestate aliis gentibus præeminuisse fatentur. Poësin in honore ipsis fuisse, cum prisca eorum carmina penè historico ritu, majorum facta recolerent, Jornandi s. credatur; si tamen magis domi in Septentrione manentibus Gothis cultos Poëtas videatur, non abs re Verelius t. respondet: *Hoc insuper sine ambitione, & cujusqvam injuria addi potest, Scandianos domi remanentes, ceteris hinc exeuntibus fuisse cultiores. Certis enim sedibus adfixi, & pace fruentes, civilia magis studia excoluerunt, litterasqve & artem Scaldicam in pretio habuerunt.* Suffecerit docuisse, qvâ in dignatio-

r. cap. 11. s. capp. 4. 5. t. Runogr. Scand, cap. 5.

natione vixerint Scaldi in aula Haraldi Pulchricomi, me-
„ morante Egils fagâ: Af ollum Hirdmonnum finum virdi
„ Konungr meft Skalld fin; þeir skipudu annad ondve-
„ ge. þeirra fat inft Audunn Illskiællda, hann var elldftr
„ þeirra, oc hann hafde vered skalld Halfdanar Suarta
„ fodur Harallds Konungs. þar næft fat þorbiorn Hornkle-
„ fe, og þar næft Olver Hnufa; enn honum hid næfta var
„ skipad Barde, hann var kalladr Bardr Huite edr
„ Bardr fterke. h. e. *Rex omnium aulicorum fuorum in maximo honore habuit Scaldos, qvi in alterius fcamni honoratioribus locis fedebant. Primum locum occupavit Audunus Illskiællda, cæterorum natu maximus, & qvi Haldani Nigri patris Haraldi Regis fuerat Poëta. Proximus locus Thorbiorno Hornklofe attributus erat, tunc Olvero Hnufæ; cui proximus fedit Bardus cognominatus Albus & Fortis.* Neqve æftimationem eorum, feqventium aut aliorum Regum imperio degeneraviffe, ex Hiftoriis abunde colligitur. Ideo tamen neutiqvam fufpicandum, præfentem Majeftatem refpicientes, ob fpem vel metum falfa, vel fervili adulatione compofuiffe. *Non funt vocata in dubium, qvæ Poëtæ veteres coram Regibus decantabant. Longè longè affuit adulationis amor à feveritate illa antiqvi feculi: adeo ut fi tum Poëtæ placendi gratia, mentiri, aut fingere voluiffent, irridere vifi fuiffent. Nihil illi igitur poeticum nifi folum rythmum habuerunt*: exclamat Arngrimus Jonæ; [u.] qvi id haufit ex Snorrone, cujus major authoritas, in præfatione Chro-
„ nici Norvegiæ graviter atteftante: Med Haralldi Konungi
„ voru Skalld, oc kunna menn enn kuædi þeirra, oc allra
„ Konunga kvædi þeirra er fidan hafa verit i Noregi oc to-
kom

u. fupplem. Ms. Hiftor. Norv.

kom verþar mest dæmi af, þat er sagt er i þeim Kvædom er,, kvedin voro fyrir sialfum Hofdingiom eda sonum þeirra,, tokum ver þat allt fyrir satt er i þeim kvædö finnz um fer-,, dir þeirra edr orustur. h. e. *Apud Haraldum Regem* (Pulchricomum) *Scaldi erant, qvorum carmina adhuc memoriâ tenentur, ut & carmina de omnibus Regibus qvi abinde in Norvegia regnarunt, composita. Qvod in his carminibus, qvæ coram ipsis Principibus eorumq́ filiis cantata fuerunt, continetur, ei nostram narrationem præcipue superstruimus, omniaque qvæ in iis carminibus traduntur, de ipsorum rebus gestis & præliis, pro veris habemus.*

Qvocirca licet haud negaverim, Themistocli similes qvamplurimos nostratium Heroum fuisse, à qvo in theatrum ituro cum qværeretur, cujus vocem libentissimè audiret, *Ejus* inqvit, aliò referens, *à qvo laudes meæ optimè prædicabuntur.* Neqve enim qvisqvam est tam aversus à Musis, qvi non mandari versibus æternum suorum laborum facilè patiatur præconium, Tullio judicante. Noverat hoc Arnbiornus, qvi ad Ericum Regem Norvegiæ de Egillo Schallagrimi filio, magno Poëta, prout in historia Egilli refertur, dixit: Ef Egill hefir mællt illa til ,, Konungs, þa ma hann bæta þad i lofsordum þeim er um allann alldr mege uppe vera. h. e. *Si Egillus Regem aliqvando injuriosis verbis lacessivit, ea recompensare valet carminibus laudatoriis, qvæ nulla dies unqvam memori eximet ævo.* Memorabile est qvod de Canuto Magno, potentissimo Daniæ Rege, qvi Angliam qvoqve aliaqve regna subegerat, Knytlinga saga commemorat, eũ fiducia rerum suarum celebriter gestarum, carũ præcones, Scaldos videlicet, dilexisse qvidem; attamen ingentia sua facta ab

ta ab ipſis breviori carmine includi noluiſſe, cùm multitudini geſtorum carminis prolixitatem aliqvatenus reſpondere, Regium duceret. Unde breviloqvo verſu laudes eius complexus Thorarinus Loftunga, gravem offenſam incurrit; neqve evaſiſſet capitis periculum, niſi diffuſiori cantilenâ culpam diluiſſet: aliamqve inſuper adjeciſſet, cujus elegantiſſimè compoſitæ pauca rudera conſervavit præfata Knytlinga ſaga, rem totam ita referens:
„ Madr er nefndr Þorarinn Loftunga Islennzkr. hann var
„ Skalld mikid oc hafdi hann bunndiz a hondum konun-
„ gum oc odrum rikum monnum langa æfi oc var Þa ga-
„ mall er hann ſotti til funndar vid Knut konung.oc hafdi ort
„ kvædi um hañ.en Þat var Þa er hañ geck tyrir konungin.oc
„ kvaddi hann oc ſpurdi ef hann villdi hlyda til kvædis
„ er hann hafdi ort um hann en Þat var Þa er (Konungr)
„ ſat yfir bordum. oc viſt var upptekin. Menn
„ nockurir ſtodu fyrir bordinu Þeir er toludu mal ſitt oc
„ hlyddi konungr Þeim fyrſt. enn er Þeir luku ſinni ræ-
„ du. Þa mællti Þorarinn Þviat hann var madr konung-
„ diarfr oc hafdi opt flutt mal ſitt fyrir hofdingium. Herra
„ ſegir hann. Enn vil ek bidia at Þer heyrid kvædi mitt
„ oc mun ydr Þat skom dvol vera. Þviat Þat eru faar vi-
„ ſur. Knutr ſvaradi oc leit til hans helldr reiduliga. Þat
„ hefir engi madr fyrr giort vid mik en Þu at yrkia um
„ mik dræplinga. oc vittu Þat viſt at a morgin at dogur-
„ dar mali kom Þu her oc flyt mer Þa Þrituga drapu edr
„ lengri Þa er Þu hafir nu ort um mik a Þeſſi ſtundu. en
„ at odrum koſti skalltu deyia. Þa geck Þorarinn i brot.
„ oc tok at yrkia drapu um Knut konung oc er ſu drapa
„ kollud Hofud lauſn. oc nytti hann allt or ſlockinum

Þat

þat er sva matti. Oc eptir um daginn flutti hann kvædit " at konungs bordi, oc tokz honum ed bezta. konungr lau- " nadi honum kvædit oc gaf honum fimmtigi marka skirra. " Sidan orti Þorarinn adra drapa um Knut konung oc er þat " kollud Tugdrapa. Þar segir sva. "

,, Giolld hefi ek marka
,, malmdyns fyrir hlynn
,, fram fimtigu
,, for vist borid
,, þeirra er veitti
,, vig hagr fyrir brag
,, mer mord storir
,, mann balldr er ek fann.

h. e.

Fuit vir qvidam nomine Thorarinus Loftunga (ɔ: lingva laudans) *natione Islandus, insignis Poeta; hic in aulis Regum aliorumqve principum diu commoratus grandævus evaserat, cum Regem Canutum adiret, nam de eo carmen pepigerat. Thorarinus regem accessit, salutatumqve rogavit, carmen qvod de eo compegerat recitanti auscultaret. Eo tempore Rex mensæ assidebat, ferculis licet remotis, cum viri qvidam mensæ adstarent negotia sua regi exponentes, his rex primo aures præbebat. Illis vero dicendi finem facientibus, Thorarinus Regem allocutus est, audebat enim satis libere cum rege loqvi qvi coram principibus sæpe verba fecerat, dixitqve: Domine adhuc rogare velim ut cantilenam meam audias, in qvo non multum temporis absumes cum paucis tantum carminibus constet. Canutus eum irato vultu aspexit dicens, nemo ante te ausus est de me breves cantilenas componere, ideoqve certo*

ſcias, te, niſi craſtinâ luce ſub tempus prandii huc redeas, Cantilenamqve triginta vel pluribus ſtrophis conſtantem, diverſam tamen ab eâ qvam nunc recitare geſtiviſti, adferas, capite pœnam daturum. Abiens extemplo Thorarinus, de Canuto rege Cantilenam pangere cæpit, qvæ Capitis redemptio dicitur, cui omnia prioris cantilenæ qvantum poſſibile inſeruit. Poſtridie ante menſam regiam Cantilenam diſertè recitavit, qvam remuneraturus Rex, ei qvinqvaginta marcas argenti defæcati dedit. Deinde Thorarinus de Rege Canuto alteram Cantilenam compoſuit, qvæ Tugdrapa vocatur; Ibi ita dicitur.

Pretium ego marcarum
armorum ſtrepitus columnâ (rege)
coram qvinqvaginta
certe protuli
earum qvas dedit
cædere callidus pro poemate
mihi bellator
largus qvem adii.

Verſus hi tali ordine legendi ut ſenſus pateat. *Ego coram armorum ſtrepitus columnâ* ſeu rege, *certè protuli qvinqvaginta marcarum precium* ſcilicet priorem cantilenam, qvam marcis qvinqvaginta Rex remunerabatur, *earum qvas largus bellator cædere callidus, qvem adii, mihi pro poëmate dedit.*

Tamen fruſtrà præſumebant longam & bonam famam Poëtarum ingeniis, niſi ea geſſerant, qvæ laude decorari merebantur, ut erant victoriæ, triumphi, trophæa, omnia deniqve ejusmodi, qvalia in principatu Trajani, Plinio interprete, qvi in Panegyrico infit: *ut is optimè te laudaſſe videatur,*

atur, qvi narraverit fideliſſimè. Scaldi ſane qvum qvempiam vel laudare vel vituperare inſtituerunt, ne perperam de illo loqverentur, cavebant, qvam ſemper adhibendam cautionem Plato x. inculcat. Egregius Saxonis locus eſt Danicæ hiſtoriæ libro ſexto, ubi Starcatherus Danicæ Muſæ vates promptiſſimus, Ingellum Daniæ Regem deſidiæ notatum, flagrantiſſimo fortitudinis igne geſtiens illuminare; & hoc incitamento, veluti qvodam reprehenſionis ſilice uſus eſt:

Unde cum Regum tituli canuntur,
Et ducum Vates memorant triumphos,
Pallio vultum pudibundus abdo
Pectore triſti:
Cum tuis nil eniteat trophæis,
Qvod ſtylo dignè qveat annotari;
Nemo Frothonis recitatur hæres
Inter honeſtos.

Eſt perſpicuum, regali in culmine poſitum Ingellum Scaldos veteri Regum more in aula ſua habuiſſe, qvorum ingenio ſe celebrari citra meritum poſſe, fruſtrà præſumebat; cum nec in gratiam florentis & ipſos ſuſtentantis Domini concinnare mendacium voluerint, prædicando ac nominando externi luxus illecebris mancipatum. Angebat altioris animi Scaldos, eum ipſis obtigiſſe Regem, qvi nec Patris ultorem agere geſtiret, nec hoſtium injurias propulſare; ſed fluxam ac voluptuariam vitam degendo, arma, militiam, bella, nec ipſe qvidem uſu diſcere, nec alios exercitio celebrare ſuſtineret. Spirabant enim & ipſi præliandi ardorem: & ut de bello, pugnæqve præcipuis eò accuratiùs differerent, multi in militia erant, freqventes in

x. in Minoe.

præliis, ubi mars atrocissimus, illa omnia gerentes, qvæ in historiam scripturo postulat Lucianus, ut etiam in castris sit versatus, & milites ipsos, seu cum ad prælia exercentur, seu cum in aciem educuntur, viderit, & arma, & machinas aliqvas nôrit, & qvid sit diductis cornibus, qvid exporrectâ fronte aciem instruere: qvomodo cohortes & turmæ ordinentur. Haqvinus Comes Norvegiæ contra Jomsburgenses ad prælium exiens, qvinqve Scaldos secum in discrimen traxit, Einarum Skalaglam, Vigfusum Vigaglumi filium, Theodorum Scœvolam, Torleifum Skumam, Tindurum Halkeli filium, de qvibus, eorumqve, cum arma sibi aptarent, carminibus, agit Jomsvikinga saga. Olaus Haraldi Rex Norvegiæ fatalem sibi pugnam commissurus, lecta sobola virorum sibi circumdedit, & tres Scaldos proximos constituit, ut eò melior cuncta observare illis facultas esset; venâ eorum & copiâ, qvò manuũ ipsius tela pervenire neqvibant, gloriam famamqve in cunctas orbis terræ regiones penetrare expetens, docente Olafs sogu Helga: Sva er „sagt er Olafr konungr fylkti lidi sinu þa skipadi hann „monnum i skialldborg er hallda skylldi fyrir honum i „bardaga oc valdi þar til hina sterkuzstu menn oc þa er „snarpazrir voru, sidan kalladi hann skalld sin til sin oc bad „þa ganga i skialldborgina, skulu þer segir konungr her vera „oc sia þau tidindi er her gioraz. oc er ydr þa eigi segianz „saga til hvat þer skulut fra segia oc yrkia um sidan. þar „var þa þormodr Kolbrunarskalld oc Gizurr Gullbrafostri Hofgarda Refs oc hinn þridi þorfinnr Munnr.

h. e.

Traditur Regem Olaum, cum aciem suam instrueret, milites clypeorum testudinem facturos ordinasse, qvi eum in

in prælio munirent, ad qvod fortissimos & robustissimos viros elegit. deinde poetas suos ad se vocavit, jubens ut clypeorum testudinem intrarent, vos enim, ait rex, hic manebitis, resqve qvæ hic gerentur videbitis, tum enim aliorum relationi confidere opus non habetis in iis qvæ à vobis enarranda sunt ac deinde carminibus includenda. Ibidem tum constituti erant Thormodus Kolbrunarskalld, Gizurus Gullbra, alumnus Hofgardaresi, tertiusqve Thorfinnus Munnr.

þa mælltu skalldin sin i millum oc sogdu at þat væri vel " fallit at yrkia aminningar visur nockorar um þau tidindi " er þa mundi skiott at hendi beraz. "

h. e.

Tum poetæ inter se collocuti sunt, dicentes oportunum esse ut de rebus brevi gerendis memorialia aliqvot carmina componerentur.

þa kvad Gizurr. "

„Skala ogladann isa
„ord fengin þau borda.
„buumz vid þrong a þingi
„þegns dottir mik fregna.
„þo at sigrrunnar svinnir
„segi van Hedins kvanar
„verum i ola eli
„austr bragning at trausti.

h. e.

Tum Gizurus cecinit.

Non audiet viri filia, me tristem fieri (apparemus nos ad confligendum) qvamvis honesti bellatores prælium imminere dicant, feramus auxilium Regi in prælio orientem versus gerendo.

 „þa

„ þa kvad þorfinnr.

„ Rauckr at regni micklu
„ rannda gardz hins harda.
„ vill vid vifa fniallann
„ verdunga lid beriaz
„ verium alvalld aurvann
„ aulum teitan ma fveita
„ fellum þrændr i þundar
„ þefs eggium nu hreggi.

h. e.

Tum Thorfinnus cecinit.
Imminet atrox prælium, milites cum rege animoſo confligere ſtatuunt, defendamus regem munificum, alamus lætam gaviam ſanguinis (ɔ: corvum) *proſternamus Throndheimenſes in prælio, hoc jam ſvademus.*

„ þa kvad þormodr Kolbrunarskalld.

„ Ala þraungr at eli
„ aurftiklandin miklu
„ skylldu eigi skelknir haulldar
„ skalm aulld vex nu falma
„ buumz vid fokn enn flæknir
„ feggir skulu ord um fordaz
„ er at geirþingi gaungum
„ gunnreifr med Oleifi.

h. e.

Tum Thormodus Kolbrunarskalld cecinit,
Ingens imminet conflictus, viri præ timore non titubent, qvamvis prælia jam augeantur, Inſtruamus nos ad dimicandum, viri à verbis è timore provenientibus ſibi caveant, qvando cum bellicoſo Olao in prælium prodimus.

Ex hoc ipſiſſimo loco, de *Skialldborg* concludit Olaus

Verelius y., qvod *Skialldborg* verbotenus sit *castrum clypeorum*, notet vero *custodiam & præsidium corporis regii in exercitu, ad qvod officium viri expertæ virtutis & fidei legebantur*. Ego per *Skialldborg* denotari clypeorum ad invicem conjunctorum complicatorumqve testudinem crediderim, qvam Normannos fecisse Dudo S. Qvintini Decanus scribit: z. *Tunc robusta manus Northmannorum, conjunctis complicatisqve ad invicem clipeis, acie corusca mucronum aggrediens, invadit armatos obstantesqve Francorum.* Gallis eundem morem fuisse, Livius apertè explicat: aa. *Itaqve cum Galli structis ante se scutis conferti starent, nec facilis pede collato videretur pugna; jussu legatorum collecta humi pila, qvæ strata inter duas acies jacebant, atqve in testudinem hostium conjecta: qvibus plerisqve in scuta, verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus.* Et confirmat de Ariovisti militibus Historiæ Miscellæ collector: bb. *Fuerunt autem in exercitu Ariovisti, Arudes, Marcomanni, Triboci, Vangiones, Sebusii & Svevi. Pugna maximè gravis ex phalange Germanorum fuit, qvam coacto in unum agmine, scutisq́ supra capita contextis, ad irrumpendam Romanorum aciem tuti undiqve præstruxerant. Sed postqvam Romanorum aliqvi militum agilitate audaciaqve insignes, supra obductam saliêre testudinem, scutisqve velut sqvamis singillatim revulsis, desuper nudos deprehensorum detectorum humeros perfoderunt: territi hostes novo mortis periculo terribilem dissoluêre compagem.* Qvod sine dubio ex commentariis Cæsaris depromptum, qvi libro primo de bello Gallico, *Germani celeriter*, inqvit, *ex consvetudine sua, phalange facta, impe-*

tus

y. not. in Hervarársag. cap. 19. z. de mor. & act. Normann. lib. 3. aa. lib. 10. cap. 29. bb. lib. 6.

tus gladiorum exceperunt. reperti sunt complures nostri milites qvi in phalangas insilirent, & scuta manibus revellerent, & desuper vulnerarent. Horum collatio locorum apertissimam facit testudinis scutorum formam, qvæ Septentrionalibus eadem, mirabiliter elucet in Snorronis Chronico Norvegico, cum Haraldi Regis grave, sed ipsi extremum, in Anglia cum Haraldo Godvini commissum prælium describit: Sidan fylkti Haralldr konungr „ lidi sinu let vera fylkingina langa oc ecki þyckia, þa beyg- „ di hann armana aftr a bak sua at saman toko, var þat þa „ vidr hringr oc þyckr oc jafn, ollu megin utan skiolldr vid „ skiolld oc sua yfir ofan, enn Konungs sveitinn var fyrir „ innan hringin, oc þar merkit. h. e. *Deinde Haraldus Rex aciem suam ordinavit, qvam longam & tenuem fieri curavit, deinde cornua retrò flectit usqve dum se invicem contingerent, ac ita amplum & crassum æqvalemqve circulum conficerent, qvem externe ut & supernè scutum scuto contiguum undiqvaqve munivit. Cohors verò Regia cum vexillo includebatur circulo.* Hæc scutorum dispositio paulò post *Skialldborg* nominatur: Enn er þeir hofdu „ brugdit skialldborginni, þa ridu Enskir menn at þeim „ ollum megin oc baro a þa spiot oc skot. h. e. *Testudine vero scutorum dissolutâ, eqvitatus Anglorum ipsos invasit, hastas in eos & jacula contorqvens.* Vidimus hic, intra testudinem constitisse Regiam cohortem, qvo etiam in loco Olaum Haraldi sibi Scaldos associantem reliqvimus. Alia exempla præsentium semper ferè in asperis præliorum Scaldorum, ex Snorronis Chronico depilari possunt. Bravicâ pugnâ, qvæ una ex acerrimis in Septentrione pugnatis, Haraldo militantes à Saxone [cc] recensentur, Thorny, Thor-

vin-

[cc] lib. 8.

vingus, Tatar atqve Hialto, poëses patrio sermone contexere promptissimè callentes: Ringonis partibus applicati erant Berghar vates & Starcatherus patrias solitus scriptare poëses. Nec aliarum nationum Principibus insvetus erat, Poëtas secum in bellorum ardua ducendi mos. Trahunt huc plurimi doctiorum Magos Persarum, de qvibus Curtius [dd.] ordinem agminis Dariani describens: *Magi proximi patrium carmen canebant*. & clarius libri qvinti capite primo: *Magi deinde suo more patrium carmen canentes. Laudes ii Regum canere soliti.* qvæ, mirum, carmina ad deorum laudes pertinuisse, arbitrari Freinshemium, cum non alius locus in clariori luce, ea Regum laudes continuisse. Mithridatem qvoq; Ponti Regem *scriptores rerum vel carminum* in certamina secum detulisse, ex Historiæ Miscellæ libro sexto colligitur. Celtis id muneris Bardi præstabant, qvi Ammiano Marcellino teste, [ee.] *fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt*. notissimi de ipsis Lucani [ff.] versus:

Vos qvoqve qvi fortes animas, belloqve peremptas,
Laudibus in longum vates dimittitis ævum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Hos cum Posidonius Apamensis libro vigesimo historiarum, ab Athenæo [gg.] adductus *socios victus* seu *Parasitos* nominet, Valesius in notis ad citatū nuper Marcellini locum, nimis invidiosè, planè similes eorum facit, qvos Latini *Scurras* vocabant, *jocis ac gesticulationibus milites inter convivia delenire solitos*, cum nihilominus, si Diodoro Siculo [hh.] credimus, tanta eorum fuerit authoritas, ut inter adversas sæpe acies, dum strictis ensibus & protentis hastis inter se exercitus propinqvarent, in medium progressi, ac

 si be-

dd. lib. 3. cap. 3. ee. lib. 15. c. 9. ff. lib. 1. gg. Deipnos. lib. 6. hh. lib. 5.

si bestias incantamentis cicurarent, prælia diremerint; cum sapientiæ ira etiam ferocissimorum cederet, & Mars revereretur Musas. Sed de Bardis viderint alii. Scaldorum certè nulla ea occupatio, jocis inter convivia milites oblectare; sed virilia munia implentes, nunc manu commilites juvare; cum de omnibus dictum velim, qvod de Haraldi Hyldetanni signa in bello Bravico secutis testatur Saxo: *Qvi qvidem navigio Lethram advecti instructis ad bella corporibus, ingenii qvoqve virtute pollebant, proceritatis habitum animorum exercitiis æmulantes. Qvippe spicula arcuum balistarumqve tormentis excutere, ac plerumqve viritim cum hoste decernere, Poëses qvoqve patrio sermone contexere promptissimè calluerunt. Adeo animum cum corpore impensâ exercitatione coluerunt.* Nunc voce animos suorum accendebant. Sic Thormodus Kolbrunarscald, flagitante Rege Olao Haraldi, instante jam Stiklastadensi certamine, ut ex toto exercitu exaudiri posset, Biarkamaal cecinit clarâ voce, seu cantilenam, qvæ præliandi injiceret ardorem: qvâ delectati militum animi, finienti gratias egerunt, valdè acceptam fuisse significantes, Snorrone referente; cujus nobilis cantilenæ integrum rythmum necdum mihi nancisci licuit; segmentum unum alterumve ex Snorronis & Edda & Chronico dabo. Et qvidem in Chronico, cujus optimo in membranâ exemplari usus sum, hæc habentur:

„Dagr er uppkominn
„Dynia hana fiadrar
„Mal er vil mogum
„At vekia erfidi
„Vaki oc æ vaki
„Vina hofut

„Al-

„Allir hinir æzftu
„Adils ofsinnar.

h. e.

Dies exoritur,
Susurrant galli plumæ,
Tempus est ut milites
Ordiantur laborem,
Vigilent & semper vigilent
Amicorum capita,
Omnes supremi
Adilsi focii.

„Har hinn hardgreypi
„Hrolfr skiotandi
„Ættgodir menn
„þeir er ecki flyia,
„Vekat ek ydr at vini
„Ne at vifs runum
„Helldr vek ek ydr at hordum
„Hilldar leiki.

h. e.

Harus manu fortis,
Rolfo jaculans,
Nobiles viri
Qvi non fugiunt,
Non excito vos ad bibendum vinum,
Nec ad colloqvendum cum Virginibus,
Sed excito vos ad durum
Prælium conferendum.

Edda autem has particulas nobis confervavit ex Biarkamaalum:

 „Suo-

„Suo skal ek hann kyrkia
„Sem hin kamleita
„Væli vidbiarnar
„Veggia alldina.

h. e.

Ita eum strangulabo
Ac obesæ faciei
Deceptor ursi
Parietum fructus.

id est, *tanqvam catus murium progeniem strangulat.* Deinde herbarum appellationes recensens:

„Hniginn er i hadd jardar
„Hrolfr hinn storlati.

h. e.

Cecidit in capillum terræ
Rolfo magnanimus.

Postmodum auri nomina poëtica adducens: I Biarkama-
„lum hinum fornu eru þesse Gulls heite

„Gramr hinn gioflasti
„Gæddi hird sina
„Feniu forverki
„Fofnis midgardi
„Glæsis globari
„Grana fagrbyrdi
„Drupnis dyrsveita
„Duni grafvitnis.

h. e.

In Biarkamal veteri hæ sunt auri appellationes
Rex largissimus
Beavit aulicos suos

Fe-

Feniæ labore
Fofneri habitaculo
Glæseri lucidis foliis
Grani splendente onere
Drupneri pretioso sudore
Plumis serpentis.

„Ytti aurr hilmir
„Alldir vidtoku
„Sifiar suardfestum
„Svelli dalnaudar
„Tregum otrsgiolldum
„Tarum mardallar
„Elldi oranar
„Idia glismalum.

h. e.

Expendit largus Rex
Viri acceperunt
Sifæ comas
Glaciem manus
Invitam pro Oturi nece mulctam
Lachrymas Freyæ
Ignem maris
Idi jocosa verba.

„Gladdi gunnveiti
„Gengum fagrbunir
„þiaza þingskalum
„þiodir hermargar
„Rinar raudmalmi
„Rogi Niflunga

„ Visi hinn vigdiarfi
„ Vakti hann Balldr þægi.
h. e.
Hilares reddidit bellator
Incessimus ornati
Thiazi sermone
Viros numerosos
Rheni rubro metallo
Calumniâ Niflungorum
Rex bellicosus
Eum Balderus non excitavit.

Nempe & milites laudibus, qvibus Duces ipsorum per Scaldos exornabantur, suum nomen ornari credebant, ut Romani qvondam, referente Tullio, fortes illi viri qvidem, sed rustici & milites, cum Magnus Pompeius scriptorem rerum suarum Theophanem Mytilenæum, in concione militum civitate donaret, dulcedine qvadam gloriæ commoti, qvasi participes ejusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt. Laudibus enim haud minus qvàm præmio militum animos gaudere, Livius [ii.] monet; qvas non dubitaverunt Dani, veri Martis pulli, qvin vel impendio vitæ, si potestas daretur, in ævum omne prorogarent. Sic de vita, gloriæ causâ, dimicantibus, Scaldi gloriosarum rerum ebuccinatores, maximum erant & periculorum incitamentum, & laborum: qvos cum hortarentur eò impendere laborem ac periculum, unde honorem & immortalem gloriam spectare possent, fovebant milites & amplectebantur; non minus ipsis Spartanis Archilochum osuri, qvem, cum venisset Spartam, eâdem horâ Lacones expulerunt, Plutarcho [kk.] referente, qvod in carmine qvodam eum

ii. lib. 2. cap. 60. kk. In Lacon. Institut.

eum ſcripſiſſe intelligerent, præſtare arma abjicere, qvàm mori: de ſeipſo ceciniſſe, qvomodo abjecto clypeo fugiſſet, author eſt Sextus Empiricus, [ll] carmen ejus, paullo aliter qvàm Plutarchus, ita referens:

Ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
Αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος. h. e.

Nunc ſe aliqvis Saius parma jactanter adornat,
In dumo qvæ non ſponte relicta mihi eſt.
Atqve ita me eripui letho.

Ex ea Laconum gente oriundus Cleomenes Anaxandridæ filius Homerum Lacedæmoniorum Poëtam eſſe dicebat, Heſiodum Heilotum ſeu ſervorum, *illum enim præcepiſſe qvomodo bellum ſit gerendum: hunc, qvomodo agri colendi*, ut Plutarchus [mm] memorat; nempe, judicante Horatio [nn].

Res geſtæ Regumqve ducumqve, & triſtia bella
Qvo ſcribi poſſent numero, monſtravit Homerus.

CAPUT. XI.

Hiſtoriæ Septentrionalium veracibus carminibus & fideli ſeniorum relatione ſuperſtructæ ſunt. Theodricus Monachus primus Hiſtoriam ſcripſit in Norvegia, ex Islandis cœperunt Sæmundus & Ari Frode. Utraqve Edda fabulas divinas continet. In monumentis Islandicis cum cautela verſandum.

Vetuſtiſſimos & fide dignos Scaldos ſecutum ſe in Hiſtoria Norvagica conſcribenda, Snorro Sturleſonius in præfatione ejus fatetur, cum ipſorum carmina veritati litare à ſapientioribus & ſenibus ſemper judicatum ſit: ita vi-
tum

ll. Pyrrh. Hypot. lib. 3. mm. In Inſtit. & Apophtegm. Laconic. nn. de arte Poetic. ver. 73.

„ tum verdæmi til at gamlir frædimenn hafi lïkt fyrr fatt haft. Sic & ante Snorronem judicavit Theodricus Monachus in prologo Historiæ suæ Norvagicæ, antiqvitates & historiam harum gentium petendam ab *Islendingorum antiqvis carminibus.* Erant enim Scaldorum maxima pars ex Islandia oriundi, à qvibus qvantum profecerit Saxo Grammaticus, in præfatione non reticuit: *Nec Tylensium* (ɔ: Islandorum) *industria silentio obliteranda: qvi cum ob nativam soli sterilitatem luxuriæ nutrimentis carentes, officia continuæ sobrietatis exerceant, omniaqve vitæ momenta ad excolendam alienorum operum notitiam conferre soleant, inopiam ingenio pensant. Cunctarum qvippe nationum res gestas cognosse, memoriæqve mandare, voluptatis loco reputant: non minoris gloriæ judicantes alienas virtutes disserere, qvàm proprias exhibere. Qvorum thesauros historicarum rerum pignoribus refertos curiosius consulens, haud parvam præsentis operis partem ex eorum relationis imitatione contexui: nec arbitros habere contempsi, qvos tantâ vetustatis peritiâ callere cognovi.* Cui miror eam fidem tribuisse iniqvissimum Saxomastigem Nicolaum Cragium, ut in epistola ad Arngrimum fateri voluerit: *Id modò age, ut tum de Danicis rebus, tum de Norvagicis, Sveticis, & imprimis de vestris certa & luculenta documenta habeamus. Omnes nostros spes habet in veteri historia nusqvam certiora & veriora, qvàm apud vos extare, propter ea qvæ Saxo de vestris scripsit.* Attamen qvis jure carpat veterum Scaldorum effatis superstructas qvondam historias, cum & omnium externarum ferè nationum præcipuorumqve Principum res verè gestas immortalitati consecravisse Poëtas, longo indice monstrari possit, qvi vide-

videatur in celeberrimi viri Olai Borrichii differtatione prima [a] de Poëtis. Possunt tamen allata nuper Saxonis verba de Historicis Islandorum monumentis capi, cum & Theodricus Monachus [b] confiteatur, Islandos præ omnibus aqvilonaribus populis in Historicis & Chronologia peritiores & curiosiores extitisse. Cæterum non modò longo post occupatam & habitationi aptatam ab Norvegis Islandiam tempore, sed & pluribus retrò seculis, historiæ & acta non tam papyro qvàm memoriæ, & relationi à majoribus ad posteros devolvendæ mandabantur, qvemadmodum de Bravici belli narratione Saxo [c] docet: *Historiam belli Svetici Starcatherus, qvi & ejusdem prælii præcipuum columen erat, primus Danico digessit eloqvio, memoriæ magis qvàm litteris traditam.* Fuisse hunc morem, enarrandi aliis acceptas à majoribus illustrium virorum historias, Septentrionalibus adeo usitatum acceptumqve, ut qvi præclarissimis gestis æternitatem memoriæ meruerant, impensè, si qvis Manibus sensus, post fata qvoqve hujusmodi præconibus gavisi sint, colligitur ex narratione de Vatnaro Agdensium in Norvegia Rege, in Landnama bok his verbis concepta: Vikar het Konungr son Haralds Egda Ko- " nungs, hans son var Vatnar Konungr, sa er Haug a fyrir " sunnann Hakonar hellu. Einn Kaupmadr i Noregi var " sa er sagdi sogu Vatnars, er þeir sigldu med lande framm, " oc kalladi hann verit hafa agætan mann. Enn er hann " la vid Vatnars haug, þa dreymde hann at Vatnar Konun- " gr kom at honum um nottina, oc mællte vid hann: þu " hefir sagt sogu mina, vil ek þat launa þer, leitadu fiar i " haugi minum, oc muntu finna. Hann leitadi, oc fann mi- " kid fe. h. e. *Fuit Rex qvidam, Vikarus nomine, filius Haral-*

Aa

a. sect. 9. b. Hist. Norv, cap. 1. c. lib. 8.

raldi Agdensium Regis; hujus filius fuit Vatnarus Rex, qvi tumulatus est ad austrum petræ Haqvini. Mercator qvidam Norvagus, littus legens, historiam Vatnari enarravit, dixitqve eum virum fuisse valdè illustrem. Cum autem ad tumulum Vatnari pernoctaret, astantem sibi in qviete Vatnarum Regem vidit, & dicentem, Tu historiam meam enarrasti, qvod tibi remunerabor: qvære in tumulo meo pecuniam, & invenies. Ille obtemperans, magnum ibi invenit thesaurum. Neqve minus jocundum defunctis, carminibus laudari, testante Þorleifs Jarla skallds sogu, non injucundâ relatione: In vico Islandiæ Þingvelle habitavit vir qvidam nomine Thorchillus, cujus upilio Hallbiornus vocabatur, Hann vandist oftlega at koma at haugi Þorleifs oc suaf þar um nætr ok hellt þar nalægt fe sinu, Kemr honum þat jafnan i hug, at hann villdi geta ort lofqvædi nockut um Haugbuann, oc talar þat jafnan er hann liggr a hauginum, enn nu saker þess at hann var eigi skalld, oc hann hafde eigi þa list fengit feck hann eigi qvedit oc komst eigi lengra afram fyrir honum um skalldskapinn, enn hann byriade svo.

Her liggr skalld,

Enn meira gat hann eigi qvedit. Þat var eina nott, at hann liggr a hauginum sem optar oc hefir ena somu idn fyrir stafne ef hann giæte aukid nockut lof um Haugbuann. Sidan sofnar hann, ok eftir þat ser hann at opnast haugrinn, ok gengr þar ut madr mikill vexte ok velbuinn. Hann geck uppa hauginn at Hallbirni, oc mællte: þar liggr þu Hallbiorn, og villt fast vid þat sem þer er ecki lanat ad yrkia lof um mik, ok verdr þat annat huart at þer verdr lagit i þessari iþrott, ok muntu þat af mer fa, at þu munt ver-

verda skalld jafn vel fleftum monnum oc er þat vænna at "
fuo verdi, elligar þarftu ecke i þeffu ad briotaft lengr, oc "
skal ek nu qveda fyrir þer vifu, oc ef þu getr numit hana "
oc kant hana þa er þu vaknar, þa muntu verda þiodskalld, "
oc yrkia lof um marga Hofdingia, oc mun þer i þeffarri i- "
þrott mikit lagit verda. Sidan togar hann a honum tun- "
guna oc qvad vifu þeffa. "

,, Her liggr skalld þat et skallda
,, Skorungr var meftr at fleftu
,, Naddveiti fra ek nytann
,, Nid Hakoni fmida
,, Adr gat engt ne fidan
,, Annarra fuo manna
,, Frægt hefir ordit þat fitdum
,, Feran lokit hanum.

Nu skalltu fvo hefia skalldskapinn at þu skallt yrkia lof- "
vifu um mik þa er þu vaknar ok vanda fem meft bædi hatt "
oc ordfære ok einnameft kenningar. Sidan huarf hann "
aptr inn i hauginn ok lykft hann aptrr: Enn Hallbiorn "
vaknar, oc þottift fia a herdar honum. Sidan kunni kann "
vifuna, oc for fidan til bygda heim med fe fitt, oc fagdi "
þenna atburd. Orti Hallbiorn fidan lofqvædi um haug- "
buann oc vard hit mefta skalld. h. e. *Hic tumulum Thorleifi fæpius freqventare confvevit, ac fuper eum noctu dormire, gregemqve fuum non procul inde pavit. Ille animo femper optavit, ut tumuli inhabitatorem carmine laudare poffet, femperqve cumfuper tumulum jaceret, de hoc locutus eft. Qvoniam vero Poeta non effet, eamqve artem nullatenus poffideret, carmen pangere non valuit, nec in poëfi ultra initium carminis progredi potuit, qvod tale erat*

 Hic

Hic jacet Poëta.

Nec plus componere qvivit. Nocte qvadam, more solito super tumulum cubans, eidem rei studuit, nempe si tumuli inhabitatoris laudes carmine celebrare posset; obrepente somno, per qvietem vidit tumulum aperiri, ac virum staturâ procerum & pulchrè vestitum exire. Hic tumulum ascendens ad Hallbiornum accessit & dixit: Jaces hic Hallbiorne, moliens ea, qvæ tibi non sunt concessa, carminibus scilicet tuis me laudare. Jam alterutrum eveniet. aut in hac arte aliqvid proficies, meoqve auxilio in Poëtam paucis secundum evades, qvod & magis futurum confido: vel hoc te diutius moliri, frustraneum erit. Nunc coram te carmen canam, qvod si ita ediscere possis, ut expergefactus illud memoriâ teneas, celebris eris Poëta, atqve de variis Principibus carmina canes, cum in ista arte non parum valebis. Deinde lingvam ipsi ex ore videbatur extrahere, carmenqve hoc cecinit:

> *Hic jacet Poëta, qvi in plurimis rebus cæteros poëtas antecelluit, vir probus* (seipsum intelligit) *Haqvinum carmine imprecatorio adortus est, nec antea nec post, pecuniæ spoliationem qvisqvam aliorum ei ita rependere valuit, qvod inter homines celebre factum est.*

Jam in pangendis de me carminibus, somno excitatus, artem poeticam auspicaberis, genusq; carminis, verba qvoqve & phrases qvam accuratissimè observes. Deinde in tumulum rediit, qvi super eum occlusus est. Hallbiornus somno experrectus, tergum in tumulum introeuntis videre sibi visus est; carmen verò memoriâ tenuit. Posthac pecora sua domum egit, aliisqve hanc visionem narravit. Deinde Hall-

Hallbiornus in honorem tumuli inhabitatoris (Thorleifi) *carmen cecinit, atqve illustris Poeta evasit.* Non dissimilem narrationem de Monacho qvodam Cædmone, in capite vicesimo qvarto libri qvarti Historiæ Ecclesiasticæ Anglorum Beda habet, qvi adhuc in seculari habitu constitutus nil prorsus carminum didicerat; sed à cælesti qvadam gratia in somno jussus, cantavit in Dei conditoris laudem, versus qvos nunqvam audiverat. *Exurgens autem à somno, cuncta quæ dormiens cantaverat memoriter retinuit, & his mox plura in eundem modum verba Deo digni carminis adjunxit.* nam multa postea, sed ea tantummodo qvæ ad religionem pertinebant, optimo carmine composuit. Cæterum ut veracibus Scaldorum carminibus, sic non minùs relationibus seniorum, postmodum conscriptæ historiæ sunt superstructæ, cujusmodi assertis magnam compilatæ suæ historiæ gratiam habet Sveno Aggonis: *Sed ne fabulosè videar Historiam enarrare: qvantum ab annosis & veteribus certâ valui inqvisitione percontari, compendiosè perstringam.* Sic Jomsburgensium acta, & acerrimum ipsorum eum Haqvino Comite consertum prælium, qvi illi præsens interfuerat Theodorus Scævola, Islandis narravit, ad cujus narrationis fidem Jomsvikinga saga postmodum composita, attestante Arngrimo Jonæ in versione Latina ejusdem historiæ: *Porro Theodorus Islandus qvi brachium dextrum in hoc prælio amiserat, post id a sinistræ usu Scæva dictus fuit. Is hanc historiam Islandis diligentissimè retulit, qvi eam posteritati conservarunt.* Oddur qvoqve Monachus in Islandia Thingeyrensis, relationibus variorum adjutum se, vitam Olai Tryggesonii Regis Norvegiæ, in unum volumen redegisse, sub finem operis fatetur: Oc sua

„ ritadi Oddr muncr er var at þingeyrum, oc prestr at vig-
„ flu, til dyrþar almattigs gods, enn þeim til minnis er siþar
„ ero. þessa sogu sagþi mer Asgrimr Aboti Vestlida son,
„ Biarni prestr Bergþors son, Gellir þorgils son, Herdis Da-
„ da dottir, þorgerdr þorsteins dottir Inguþr Arnors dottir,
„ þessir menn kendu mer sua saugu Olafs Konungs Tryggva
„ sonar sem nu er sogd. oc synda ec bokina Gitzure Hallssy-
„ ni, oc retta ec hana eptir hans rade, oc hafū ver þui halldit
„ siþan. h. e. *Et hæc conscripsit Oddur monachus in Thingeyrum, & ordine sacerdos, in honorem omnipotentis dei & ad memoriam futurorum. Hanc historiam narraverunt mihi Asgrimus Abbas Vestlidæ filius, Biarno sacerdos Bergthori filius, Gellir Thorgilsi filius, Herdis Davidis filia, Thorgerda Thorsteini filia, Ingunna Arnari filia. Hi historiā Olai Regis filii Tryggonis ita me docuerunt, quemadmodum eam jam tradidi. Et librum hunc monstravi Gitsuro Halli filio, atque ad ejus monitiones eum revidebam, qvas pro certioribus deinceps retinuimus.* Serò autem in Septentrione hujusmodi historiæ, ex relationibus aliisqve qvæ ab immemoriali extiterant tempore collectæ, in unum corpus redactæ, scripto comprehendi cœperunt, ut non prorsus sine causa qveratur Ordericus Vitalis: [d] *Nunc autem à Magistris aliud mihi opus injungitur, & de Normannicis eventibus materia porrigitur: qvoniam ipsi de Dacia prodeuntes, non litteris, sed armis studuerunt, & usqve ad Guillelmi Nothi tempora magis bellare, qvàm legere vel lectare laboraverunt.* Durum est de hoc scriptore Henrici Ernstii viri docti judicium, [e] ipsi *in Historia Danica nullam fidem habendam, qvia vera falsis ubiqve turpiter miscet*; mitius cum eo agendum, & allata verba interpre-

te-

d. prologo libri 3. Hist. Eccl. e. not. in cap. 5. de ser. Reg. Dan.

temur, Danos ante Guillielmi Nothi tempora magis fecisse scribenda, qvàm facta in unum & historico more conceptū volumen redegisse; cùm carmina historias complectentia, & traditiones acta majorum conservantes, Ordericum alio sub sole degentem absqve dubio latuerint. Eâ itaqve ætate primùm cœpit Historia Septentrionalis lacertos movere, ab plurimis in justa volumina relata. In Norvegia a se initium factum gloriatur Theodricus Monachus, historiam de Antiqvitate Regum Norvagiensium ita concludens: *Pauca hæc de antecessoribus nostris rudi licet stilo, ut potui, perstrinxi, non visa, sed audita retractans. Qvapropter si qvis dignatus fuerit hæc legere, cui fortè displicuerit seriem rerum gestarum sic me ordinasse, qvæso ne me mendacii arguat, qvia aliena relatione didici, qvod scripsi. Et sciat pro certo, me istarum rerum relatorem alium potius voluisse, qvàm me, qvod qvia hactenus non contigit, me malui, qvàm neminem.* & qveritur alibi, [f.] qvod in Norvegia *nullus antiqvitatum unqvam scriptor fuerit*, ex qva se oriundum gente sufficienter ultimo operis sui capite prodit, dum de Norvegis memorans, *gentem nostram* vocet, & *celanda esse crimina propriæ gentis*, innuat, qvæ in Norvegia post Sivardi Regis obitum exuberarunt. Obiit autem Siwardus Rex anno Christi millesimo centesimo tricesimo; ante qvod tempus non ita multis annis, Islandi historias conscribere cœperunt, nempe ducentis qvadraginta annis elapsis ab insula per Norvegos inhabitatâ, docente Olafs sogu in præfatione [g.]: þat var meir enn CC " vetra tolfræd er Island var bygt, adr menn foro her faugur " at rita. h. e. *Anni plusqvam ducenti qvadraginta ab inhabitatâ Islandiâ elapsi erant, priusqvàm hic historias* scri-

f. cap. 13. g. apud Verelium not, in Hervarar S. c. 8.

scribere inceperunt. Incoluisse autem detectam prius Islandiam advenas Norvegos anno octingentesimo septuagesimo qvarto, constans Historicorum & probata est assertio: atqve ita circa annum millesimum centesimum decimum qvartum Islandi animum Historiis scribendis adjiccere ceperunt, facto initio ab famosis duumviris Sæmundo Frode & Ara Frode. De prioris, qvem anno millesimo qvinqvagesimo septimo natum volunt, Historicis operibus luculenter testatur in antiqvis monumentis versatissimus Thormodus Thorfæus in serie Regum Daniæ manuscripta: [h] *Sæmundus ab eruditione Frode cognominatus, cum esset vir raræ reconditæqve doctrinæ, & magnæ experientiæ, ut qvi in illustrissimis Germaniæ & Italiæ scholis & Academiis à puero enutritus (nam novennem patriâ discessisse constat) admodum ægre ab Episcopis & Doctoribus, patriæ tantum virum invidentibus dimissus, omnibus omnium seculorum historiis, qveis ulla borealium, præsertim trium horum Regnorum, Daniæ, Norvegiæ, & Sveciæ, & bonâ ex parte Germaniæ & Angliæ memoria continebatur, fideliter perlustratis, immensa volumina singulari solertiâ confecit; è qvibus temporum injuria, & perdita posteritatis negligentia pauca nobis reliqvit: Sed tamen, unde præcipuorum Dynastarum qvi tribus hisce regnis præfuerunt, series, & aliqvalis etsi non absoluta historia possit haberi; tum certa epocha ex antiqvitus prostantium saniorum monumentorum consensu & harmoniâ clarè demonstrari.* Dolet, hæc omnia visum meum effugisse; neqve Sæmundi qvicqvam usqve huc, nisi attributam ipsi Eddam conspexi, qvæ variis constat odis, diversis temporibus ab diversis scriptis authoribus; qvemadmodum exempli

h. Prolegom. sect. 1.

pli gratiâ, *Haavamal* ipsi Othino adscribitur: *Grougalldur* autem post Christi nomen in his terris prædicatum, fuisse compositum, ex his versibus constat, ubi mater filium alloqvitur:

„ Þann gol ec þer inn atta ef þic uti nemr
„ nott a Niflvegi
„ At þui fyrr megi at þer til meins giora
„ Kristin daud Kona.

h. e.

Octavam incantationem coram te profero, ut si forte nox tibi iter facienti superveniat, eò minus tibi nocere possit mortua Christiana fœmina.

Hæ Odæ ab Sæmundo unum in corpus digestæ, uti & Edda ab Snorrone Sturlæsonio compilata, divinas continent mythologias, qvæ omnibus ostendunt, Deos in Septentrione fuisse, sapientibus verò, qvalis eorum fuerit natura, & qvibus ceremoniis coli voluerint; qvæ Fabulas, non solis Poëtis, sed Philosophorum optimo cuiqve, sacra instituentibus, & Diis ipsis in fundendis oraculis usitatas, docere, Sallustius Philosophus [l.] inculcat; simul graviter admonens, in fabulis abstrusissimis certissimum esse plurima latere mysteria, ideoqve in iis eruendis multum laboris insumendum. Hoc nullatenus attendens Petrus Huetius, ut cæcus de coloribus, inconsideratè, plurimùm erroneum de Eddicis mythologiis evomit judicium: [k.] *Norvegorum coloni qvi transfretarunt in Islandiam, illuc & ingenium suum & fabulas intulerunt. Qvi in hac insula magis ingenio valebant, ii novis comminiscendis animum applicabant. Recentiores eas collectas in volumen redegerunt, atqve has fig-*

l. cap. 3. k. lib. de orig. fabul. Roman.

figmentorum congeries Eddæ & Voluspæ nominibus affecerunt; quæ ab annis circiter sexcentis ad hanc diem servatæ sunt. Mendaciorum congeriem his paucis lineis effutitam redarguere proclive esset, si odiosæ controversiæ insistere luberet. Sincerius de nobilissimis antiqvitatis ethnicæ monumentis, Eddâ utrâqve, qvi eas accuratâ enucleavit limâ, judicat Robertus Sheringhamus, [L] vocans Eddam monumentum antiqvissimum, qvod Theologiam, religionem, plurimasqve antiqvitates Gothorum, & Anglorum exhibeat. Tunc acrius in laudes ejus insurgit: *In ipsis verò fabulis nihil aut parùm inest qvod vitiatum aut mutatum videatur: multa etiam, ut in fabulis Homeri, Hesiodi, & Græcorum, vera esse creduntur. Sæmundus certè aut Sturlæsonius fabulas Eddicas de suo ingenio nunqvam finxerunt, sed ab antiqvioribus acceptas posteritati transmiserunt, ut patrias antiqvitates ab interitu conservarent.* Vindicatas ab interitu, relatione unius ad alterum, Eddicas mythologias, anteqvam scripto comprehenderentur, apertissimè docetur in mythologiâ qvadragesima nona: Gengr „hann þa brott leid sina ok kemr hæim i riki sit, ok segir „þau tidindi er hann hefir sied eda hæyrt. ok eptir honum „sagdi huerr madr odrum þessar sogur. h. e. *Tunc ille* (Ganglerus seu Gylfo ab Haar seu Othino Eddicas edoctus fabulas) *iter suum persequitur, & in regnum redit, & quæ viderat qvæve audiverat refert. Et post eum, unusqvisqve alteri has relationes narravit.* Pergit Sheringhamus: *Certè si Edda non fuisset, majorū nostrorū facta, obscuritate & caligine obruta oblivioni traderentur. Nam ad historiæ seriem inutilis ut sit, in eadem tamen eorum Theologia, religio, mores, & consvetudines verissimè describuntur. Anti-*

L. de Anglor. gent. orig. cap. 12.

ꝛiquitatem insuper Eddæ multa testantur; illud inprimis qvod circa tempora ista qvibus Wodenus boreales plagas adiit, omnis historia fabulis involuta erat. qvod latius ab eodem doctissimo viro deductum, cui volupe est, perpendat. Nos enim vertimus orationem ad contemporaneum Sæmundi, & alterum Historiarum conscriptarum instauratorem Aram Frode anno Christi millesimo sexagesimo septimo in lucem editum, qvem primum historias in Islandia conscripsisse, cum earum cognitionem diligentissimâ inqvisitione hausisset, prodit in præfatione Chronici Norvegici Sturlæsonius, qvi hic audiri meretur: Are prestr hinn frodi " Þorgils son Gellis sonar. ritadi fyrst manna her a landi at " norræno mali frædi bædi fòrna oc nyia, oc ritadi hann " mest i upphafi sinnar bokar fra Islandz bygd oc laga set- " ning. Sidan fra laugsaugu monnum hversu lengi hverr " hafdi haft, ok hafdi fyrst aratal til þess er kristni kom a " Island enn sidan allt til sinna daga. hann tok þar vid morg " onnor dæmi bædi konónga æsi i Noregi oc Danmork oc " sva a Englandi eda enn stor tidindi er giorzt hofdo her a " Islandi oc þikkir morgum vitrum monnum hans saugn " oll merkilig, var hann forvitri oc þo gamall. sva at hann " var fæddr næsta vetr eftir fall Haralldz konungs Sigurdar " sonar. Hann ritadi sem hann sialfr segir æsi Norègs konunga " eftir saugo Oddz Kols sonar Hallz sonar af sido. " enn Oddr nam af Þorgeiri Afradskoll þeim manni er vitr " var oc sva gamall at hann bio þa i Nidarnesi er Hakon Jarl " hinn riki var drepinn. I þeim sama stad let Olafr Tryggva son efna til Kaupangs þar sem nu er. Ari prestr Þorgils son kom. vii. vetra gamall i Haukadal til Hallz Þorarins sonar oc var þar. xv. vetr. Hallr var storvitr oc "

„ minnigr. hann mundi þat er þangbrandr skirdi hann þre-
„ vetran. þat var vetri fyrr enn kristni var i logtekin her a
„ Islandi. Ari var. xij. vettra gamall þa er Isleifr biskup an-
„ dadiz. Hallr for milli landa ok hafdi felag Olafs konungs
„ hins helga. oc fekk af þvi mikla upreist var honum af
„ þvi kunnigt konungriki hans. Enn er Isleifr biskup an-
„ dadiz var lidit fra falli Olafs konungs Tryggva sonar nær.
„ Lxxx. vettra. Hallr andadiz. ix. vettrum sidarr enn Is-
„ leifr biskup þa var Hallr at vettratali nirædr oc. iiij. vet-
„ tra. hann hafdi giort bu i Haukadal þritugr. oc bio þar. Lx.
„ oc. iiij. vettra sva ritadi Ari prestr. Teitr son Isleifs bi-
„ skups var med Halli i Haukadal at fostri. oc bio þar si-
„ dan. hann lærdi Ara prest oc sagdi honum marga frædi
„ þa er Ari ritadi sidan. Ari prestr nam oc marga frædi at
„ þuridi dottur Snorra goda. hon var spauk at viti hon mun-
„ di Snorra fedr sinn enn hann var þa nær halfertogr er krist-
„ ni kom a Island enn andadiz einom vettri eftir fall Olafs
„ konungs hins helga þvi var eigi undarligt at Ari væri sann
„ frodr at fornom tidinndom bædi her oc utan landz at
„ hann var sialfr namgiarn oc vitr oc minnigr. enn hafdi
„ numit af gomlum frodom monnum.

h. e.

Aras Sacerdos Multiscius filius Thorgilsi Gelleri filii, primus omnium in hac regione historias veteres & novas lingva Norvagica conscripsit. In initio sui libri de Islandiæ inhabitatione legumqve constitutione egit, deinde de nomophylacibus qvamdiu qvisqve judicis officio functus fuerat, tempusqve religionis Christianæ in Islandiam invectæ cum annorum Christi numero primùm contulit, qvem deinde ad suos usqve dies apposuit, multaqve alia, vitas nem-

nempe Regum Norvegiæ & Daniæ nec non Angliæ, vel etiam majoris momenti res hic in Islandia gestas, simul contulit. multi sapientes viri illius relationes fide dignas judicant, nam sapiens erat & antiqvus, utpote proximo á cæde Haraldi Sigvardi filii anno natus. Ille, ut ipse fatetur, Regum Norvegiæ vitas scripsit, ex relatione Oddi, filii Koli, filii Halli de Sido, prout didicerat Oddus ex Thorgero Afradskollo, viro sapiente, tamqve antiqvo ut Nidarnesi habitaret tum cum Comes Haqvinus Potens occideretur. In eodem loco Olaus Tryggonius urbis fundamenta fieri curavit ubi & nunc est. Aras sacerdos Thorgilsi filius Haukadalum ad Hallum Thorarini filium septennis venit, ibiqve qvindecim annos transegit: Hallus vir erat valde sapiens & memoriæ felicis, meminit is se triennem a Thangbrando baptizatum fuisse, qvod uno anno anteqvam religionem Christianam Islandi publicè amplecterentur, factum est: Aras duodecim erat annorum cum vita cederet Isleifus Episcopus. Hallus maria trajecit cumqve Rege Olao Sancto vixit, qvod ei magnum honorem adscivit, hinc ejus potentia illi nota fuit. Cum autem Isleifus Episcopus moreretur, á cæde OlaiTryggonii octoginta anni ferè fluxerant. Hallus post novem ab obitu Isleifi Episcopi annos decessit annum agens nonagesimum qvartum, hic cum triginta annorum esset Haukadali habitare cæperat, ibiqve sexaginta qvatuor annis habitavit, prout Sacerdos Aras scripto notavit. Teitus Isleifi Episcopi filius apud Hallum Haukadali enutriebatur, ibiqve postea habitavit hic Arã Sacerdotem erudivit multasqve historias ei retulit, qvas Aras postea literis mandavit. Didicit & Aras Sacerdos multas historias ex Thurida filia Snorronis Godi, hæc sapiens erat

 me-

meminitqve patris sui Snorronis, qvi, cum religio Christiana in Islandiá susciperetur, vigesimum qvintum ætatis annum fermè expleverat, obiit autem proximo à cæde Olai Regis Sancti anno. Non itaqve mirandum erat, Aram Sacerdotem veteres historias, de rebus hic & in exteris gestis, probe novisse, qvod aviditate sciendi, sapientiá, & memoriá ipse polleret: ac ab antiqvis sapientibus hominibus didicisset. Hujus Aræ an supersint plura nescio, breve qvoddam sed antiqvitatis venerandæ opusculum de Islandiæ prima inhabitatione ac seqventibus præcipuis in Islandia & Norvegia actis, qvod mihi Snorro qvasi digito monstrasse videtur, conservo, ita incipiens: Islendinga boc gorþa ec fyrst. h. e. *Librum de Islandis primus confeci:* & in fine se ipse authorem nominat: enn ec heitir Arc. h. e. *& ego Are vocor.* Eas Aræ schedas hoc ipso anno, curâ amici nostri Theodori Thorlacii, meritissimi Diœcesis Scalholtinæ in Islandia Episcopi, editas, gratanter vidimus; alia qvoqve consimilis momenti monumenta ejus operâ in lucem protrahenda speramus, qvibus, in gratiam exterorum, versionem Latinam à doctâ manu adjici optaremus. Hujus Aræ vestigia Snorro Sturlæsonius, aliiqve Islandi, circa Snorronis ferè tempus, presserunt, qvi de Danicis, Norvagicis, Sueticis & Islandicis rebus egregias & fide dignas historias composuerunt, qvibus ea solùm venia danda, qvod miscendo humana divinis, primordia historiarum augustiora faciant; aliàs nullam sibi fingendi assumentes licentiam, omnia fideliter vel ex priscis veracibus carminibus educentes: vel priscorum hominum relationes secuti. Atqve utinam intra eos terminos seqventibus seculis mansissent Islandi Historica tractantes, qvorum modestiores, figmenta

Scal-

Scaldorum poëtica à veris non ſecernentes, fabuloſa publicarunt pro hiſtoriis; eo modò nomine laudandi, qvod ritus priſcos accuratè ſatis litteris mandaverint, illorum notitiam nobis conſervantes, licet hiſtorias & genealogias Regum illuſtriumqve virorum per eos contextas intutum ſit ſeqvi. Deniqve infeliciſſimo ſeculo plurimi pura puta figmenta obtruſerunt, & hiſtoriarum & rituum cognitione vacui, de qvibus dictum velim Petri Huetii [m] effatum, licet ipſe ad vetuſtiora tempora reſpiciat: *Nullus eſt itaqve dubitandi locus, qvin Gallicæ, Germanicæ, & Anglicæ, & omnes Septentrionis Fabulæ Romanenſes, indigenæ ſint, & ex his ipſis ortæ regionibus, non aliunde allatæ; nullamqve aliam habeant originem, qvàm hiſtorias rebus falſis refertas, qvæ temporibus tenebricoſis, & ignorantiâ oppreſſis prodiêre, qvibus temporibus nulla erat ad eruendam veritatem induſtria aut curioſitas, nulla ars ad eam deſcribendam: qvum verò hæ hiſtoriæ partim veræ, partim falſa complexæ à populis illis ſemibarbaris benè exceptæ fuiſſent, tum demum hiſtorias merè ſuppoſititias ediderint; qvæ Fabulæ Romanenſes reipſa ſunt.* Plurimâ itaqve cautelâ in libris veteribus Islandicis utendum eſt, & veræ hiſtoriæ à falſis magnâ circumſpectione ſecernendæ; neqve ab iis protinus nobis imponi patiamur, qvod narrationes ſuas *fornum bokum* h. e. *veteribus libris:* & *fornum ſogum* h. e. *veteribus ſagis ſeu hiſtoriis* acceptas referant, cum plurimi anonymi ſcriptores ad conciliandam fabulis fidem id impenſius jactitent. Qvamvis poſſint qvoqve *fornar ſogur* tam de ſcriptis libris intelligi, qvàm de non ſcriptis, ſeu relationibus, qvarum lumine accedente, non manſura in tenebris omnia facta ſua præſumentes generoſi Heroës, an-

m. lib. de orig. fab. Rom.

ante morem libros conscribendi hic usitatum florentes, ad præclara omnia contendebant, indigna summis animis fugientes, ne gloriosæ laudis diminutionem in referenda de ipsis narratione paterentur, & sic judicium posterorum in odium verteret. Dedisse illud excelsæ mentis specimen plurimi in antiqvis Historiis memorantur, qvibus ille solus tantus fructus æternæ gloriæ avidis ostendebatur, & ex summis periculis exantlandisqve laboribus ea unica delectatio petebatur, virtutum suarum præcones invenire atqve ebuccinatores. Pulcherrimè Agathias in eximio Historiæ suæ ingressu: *Neqve vero putarim qvosdam aut pericula pro patriâ adituros, aut alios labores suscepturos fuisse, cum scirent qvantumvis maximas res gessissent, perituram unà cum ipsis atqve emorituram omnem earum gloriam solâ ipsorum vitâ circumscriptam; nisi quædam, uti apparet, divina providentia naturæ humanæ fluxibilitatem fulciens, Historiæ bonum, qvæqve ex ea affulget spem, esset elargita. Neqve enim, arbitror, oleastri aut apii causâ Olympionicæ in arenam nudi descendebant, neqve rursum strenui bellatores spoliorum tantùm & præsentis lucri cupiditate accensi in aperta manifestaq; pericula se conjiciebant; sed utriqve solidæ atq; adeo immortalis gloriæ conseqvendæ studio inflammati, qvam qvidem aliter adipisci non potuissent, nisi Historia eos ab interitu vindicante, atqve immortales efficiente, non ut Zamolxidis instituta, & Getica deliramenta, sed verè, & modo qvodam divino atqve immortali; qvoqve solo mortalia hæc perpetuari possunt.* Hæc interpretaturus Jonas Venusinus, in Originibus Danicis necdum publicatis opinatur, Agathiam historiæ excellentiam deprædicare aggressum,
sta-

ſtatuere, *multum eam differre à Zamolxidis inſtitutis & Getica* ἀφροσύνη: *intelligere autem morem componendi carmina, quæ intereunt ſcilicet.* Mihi, ſi qvid video, ea videtur mens Agathiæ, Hiſtoriam illos, de qvibus conſcripta eſt atqve compoſita, verè immortales potius efficere, qvàm Getica deliramenta, & Zamolxidis inſtituta, qvi Getas animæ corporis vinculis ſolutæ immortalitatem docuit, ut ad ipſum animas qvoqve poſt diſſolutionem corporis redire crediderint. *Immortales agunt hoc modo: Mori ſe non putant, ſed eum qvi defunctus eſt, meare ad Zamolxin, qvem nonnulli eorum opinantur Gebeleizin. Ad hunc mittunt aſſidue cum navi qvinqve remigum nuncium qvempiam, ex ſeipſis ſorte delectum, præcipientes ea qvibus ſemper indigent. eumqve ita mittunt: Qvibusdam eorum datur negotium, ut tria iacula teneant: aliis, ut comprehenſis ejus qvi ad Zamolxin mittitur, manibus pedibusqve, hominem agitantes in ſublime, jactent ad jacula. Qvi ſi impræſentiarum extingvitur, propitium ſibi Deum arbitrantur: ſin minus, ipſum nuncium inſimulant, affeverantes malum illum eſſe virum. Hoc inſimulato, alium mittunt, dantes adhuc viventi mandata.* ut ex verſione Vallæ loqvitur Herodotus; [n] Getas eâdem de cauſâ appellans ἀθανατίζοντας ſeu *immortalizantes*. Hujusmodi immortalitate, dulciorem judicat Agathias ab Hiſtoriâ manantem, cum per eam gloria rerum geſtarum in ſempiternum ævum viridiſſima permaneat: Attamen præferendam ſempiternæ, qvamtumvis glorioſæ memoriæ, immortalitatē animæ, non gentilis, qvalem Agathiam fuiſſe Voſſius [o] credit; ſed Chriſtianus, & ſanctitatis, ut qvo vixit ævum ferebat, præcipuus, Sulpicius Severus, in ingreſſu libri de beati Martini

Cc vi-

n. lib. 4. c. 94. o. de Hiſt. Gr. lib. 2. cap. 22.

vita, facundè memorat: *Qvid enim aut ipsis occasura cum sæculo scriptorum suorum gloria profuit? aut qvid posteritas emolumenti tulit, legendo Hectorem pugnantem, aut Socratem philosophantem? cum eos non solum imitari stultitia sit, sed non acerrime etiam impugnare, dementia. qvippe qvi humanam vitam præsentibus tantum actibus æstimantes, spes suas fabulis, animas suas sepulcris dederint. Siqvidem ad solam hominum memoriam se perpetuandos crediderunt: cum hominis officium sit, perennem potius vitam, qvàm perennem memoriam qværere.* Sed de memoriæ simul atqve animæ immortalitate conceptam spem, ipsos gentiles credidisse torporē Principibus & summis viris excussuram, pulcherrimè demonstrat Wippo circa initium vitæ Chunradi Salici, cujus verba licet longiora hic recudi merentur: *Animam verò humanam immortalem esse, id ex multis rationibus* (gentiles) *probarunt, tum inde, qvod dum corporeis nexibus inclusa, ea libertate utitur, ut modo sydereos recessus, modo terrestres, interdum marina abdita, qvæ nunqvam corporaliter videbat, vivaci motu cogitationis percurrat: aliqvando vigilante, interdum qviescente corpore, plurima futura suo, non alieno visu colligat, eaqve memoria retineat: nebuloso velamine carnis exuta, multo liberius eadem vivacitate perfruatur; idqve credere, qvin potius scire, maximo usui fore Principibus aiebant, qvi sæpe per insolentiam torpescentes, seqventis vitæ commoda minus attendunt. Qvamobrem victoribus statuas & monumenta qvàm amplissima fecerunt antiqvi, eorumq; acta inscribi debere censuerant, ut illis mortuis honor extaret, ad perpetuam memoriam posteritatis, qvorum animas vivere credebant in perpetuum.* Propo-

posuimus jam magnorum in Dania Heroum exempla, qvi studio gloriæ ſæcularis dediti, perennem nominis sui propagationem qværentes, mortem nullatenus formidabant; cui penitus eradicandæ formidini non minus inſerviiſſe creditam firmiter animarum immortalitatem, & futuræ poſt temporalem mortem vitæ ſpem indubiam, ſeqvens liber aperiet.

THOMÆ BARTHOLINI TH. FILII
De
Causis contemptæ à Danis adhuc Gentilibus mortis

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Errores variorum circa Resurrectionem mortuorum. Dani transmigrationem: & immortalitatem animarum, in gentilismo credebant. Sepulturæ magna cura. Homines clari post obitum pro Diis culti. Reges aquilonis post fata in collegium Deorum adsciti. Magi & Dei, in periculis invocati precibus & sacrificiis. Haraldi Blaatandi Regis Daniæ, & Sverri Regis Norvegiæ defensio.

Longè qvidem certissimè animæ immortalitatem prospicere, qvi Christo nomina dederunt, nullus diffitetur: & qvi Deum verum, ante humanam à Christo JEsu naturam assumptam, colebant Israelitæ, eàdem fide erant imbuti, si fœdissimum Saducæorum

rum errorem exceperimus, qvi resurrectionem tollebat, sacrâ paginâ docente.[a] Traxerunt in illam opiniorem Saducæos Zadok & Baytos, discipuli Antigoni, qvi cupidi rerum novarum, præceptorem suum aliam post hanc negasse vitam dixerunt, ex proverbio ipsius malè intellecto, qvod ex R. Natan in Abot, refert Manasseh Ben-Israel.[b] Fuit & inter doctiores Rabbinorum celebris controversia, an impiorum resurrectio credi deberet, vel ea ad solos justos probosqve restringenda esset, in hanc sententiam Davide Chimchio inclinante; atqve idem existimasse R. Jehadiam Gaon & R. Mosem Gerundensem, annotat Menasseh Ben-Israel, pluresqve assentientes Theodorus Dassovius[c] nominat. Epicureos, & ex Philosophis gentium alios magnæ notæ, opinionem Saducæorum amplexos Vossius monstrat capite decimo libri primi de origine & progressu Idololatriæ; ob causam, credibile est, ab Octavio apud Minucium Felicem prolatam: *Nec ignoro plerosqve conscientia meritorum nihil se esse post mortem magis optare, qvàm credere: malunt enim extingvi penitus, qvàm ad supplicia reparari.* Aliàs nullum dogma tam latè diffusum, & tanto consensu receptum à doctis æqve ac qvos barbaros gentes sibi ipsis cultiores visæ vocabant, atqve hoc de Animâ post corporis dissolutionem superstite. *Publicam persvasionem* Seneca epistolâ centesimâ decimâ septimâ appellat, ubi & notabiliter, *Cum de animarum æternitate disserimus*, inqvit, *non leve momentum apud nos habet consensus gentium, aut timentium inferos, aut colentium.* Fuit Seneca præcipuum inter Latinos decus Stoicorum, inter qvos, & cæteros sapientiam professos tantum interes-

 se,

a. Act. Ap. cap. 23. b. de resurr. mort. lib. 1. c. 6. c. de resurr. Judæor. c. 4.

ſe, qvantum inter feminas & mares, idem [d] pronunciavit. Nihilominus hæc ſecta nunc *rigida & virilis*, alibi *fortiſſima & ſanctiſſima* dicta, credidit qvidem Animã ſolutam legibus ſervitutis humanæ non evaneſcere, ſed paullũ ſupra nos commoratam, dum expurgat inhærentia vitia, ſitumqve omnis mortalis ævi excutit, deinde ad excelſa & ſideribus vicina ferri, ſeu circa Lunam ſiſti; de qvâ opinione plura apud Lipſium [e] peti poſſunt. Attamen non niſi diuturnam, immortalem neutiqvam fecerunt, coryphæum ſectæ ſuæ Zenonem ſecuti, qvi animam *durare poſt mortem, eſſe tamen obnoxiam corruptioni*, apud Diogenem Laertium docet; unde Tullius jocatur, Stoicas uſutam hominibus largiri tanqvam cornicibus, qvippe qvi diu manſuros aiunt animos, ſemper negant. Qvin & ille Seneca, tantis laudum præconiis à Patribus exornatus, qvi & Paulo Apoſtolo familiarem eum fuiſſe oſtendere aggreſſi ſunt, de qvo deniqve magnificè Johannes Sariſberienſis, cum *univerſos exterminare errores, ut aurea videatur ſecula reformare, & deos ab humano genere exulantes, ejus opera revocatos, hominibus contracta ſocietate miſcere:* hic tamen Seneca non ad purioris ſapientiæ præſcriptum, ſed, ut fulcrum potticus Stoicorum decuit, ſeſe geſſit, & opinione erroneâ ſectæ abreptus, ex perſona Cordi Cremutii, mortui atqve inter Heroas ſublati, Conſolationem ad Marciam ita concludit: *Nos qvoq; felices animæ & æterna ſortitæ, cum Deo viſum erit iterum iſta moliri, labentibus cunctis, & ipſæ, parva ruinæ ingentis acceſſio, in antiqva elementa vertemur.* Damnatum expreſſè hoc Peripateticis fuiſſe, immò illis qvi prima Philoſophiæ ſemina in Græcos ſparſerunt, immortalitatem animæ apertè docentibus, prolixè mon-

d. de Conſt. Sap. cap. 1. e. Phyſiol. Stoic. lib. 3. diſſ. 14.

monstrat loco suprà citato Vossius, ubi & varias subjungit rationes, qvibus naturæ etiam luce, hi cognoscere potuerint, animas corporibus superesse, atqve adeo esse immortales. Qvod enim Græci sapientium doctrinâ, præceptisqve Philosophorum consecuti sunt, hoc aliis gentibus natura dedit, ut immortalitatem animæ crederent. Ipsam nempe Naturam de immortalitate animarum tacitam judicare, qvod omnibus curæ sunt, & maximè qvidem, qvæ post mortem futura sint, Cicero [f] concludit. Accepisse à primo mortalium Adamo, omnes posteros ejus, seu universas per totum terræ orbem dispersas gentes, opinionem haud dubiam de animarum æternitate, Cluverius [g] censet, sed progressu sæculorum variis hanc opinionem erroribus fuisse deturpatam; nullo magis, qvàm migratione de corpore in corpus creditâ. Ab hoc immunes fuisse Celtas, ex Mela atqve Lucano, qvorum temporibus exactiùs Celtarum Philosophia Theologiaqve Romanis cognita fuit, Cluverius probatum ire conatus est; qvamvis Cæsar, Diodorus, Valerius Maximus & Ammianus Marcellinus doceant, invaluisse apud Celtas opinionem Pythagoræ, exclamantis

Morte carent animæ: semperqve, priore relictâ
Sede, novis domibus habitant vivuntqve receptæ.

Notum est, Pythagoram, ut ritus & sacra cognosceret, ad Ægyptios penetrasse; Ægyptii autem, teste Herodoto, [h] *primi extiterunt, qvi dicerent animam hominis esse immortalem, qvæ de mortuo corpore subinde in aliud atqve aliud corpus, ut qvodqve gigneretur, immigraret. Atqve ubi per omnia se circumtulisset, terrestria, marina, volucria, rursus in aliqvod hominis corpus genitum introire, atqve hunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia.*

Hanc

f. 1. Tusc. Qvæst. g. Germ. ant. lib. 1. cap. 32. h. lib. 2. cap. 123.

Hanc rationem ſunt è Græcis qvi uſurpaverint tanqvam ſuam ipſorum. Illi ſalſæ Hermiæ Philoſophi [i] irriſioni anſam dederunt: *cum intueor corpus, pertimeſco, & neſcio qvo nomine id vocem nominemve, an canem, an lupum, an taurum, an avem, an ſerpentem, an draconem, an chimæram. In cunctas enim beſtias, ab illis ſapientiæ ſtudioſis commutor, terreſtres, aqvatiles, volucres multiformes, agreſtes, cicuras, mutas, vocales, brutas, ratione munitas. Nato, volo, ſublimis in aëre feror, ſerpo, curro, ſedeo.* Participabant hanc inſaniam tali modo Phariſæi, ut, Joſepho [k] atteſtante, animam omnem qvidem incorruptam eſſe dixerint, *tranſire autem in alia corpora ſolas bonorum, improborum verò interminabili ſupplicio cruciari.* Majores noſtros necdum radiis Evangelicæ lucis illuſtratos, ignaros iſtius crediderant opinionis, priusqvàm in luculentum teſtimonium ipſis eam adſcribens incidiſſem in Edda antiqva Sæmundi Frode, in Oda qvæ *Helgaqvida Hundings bana aunnur* inſcribitur: Sigrun vard ſkammlif af harmi oc " trega. Þat var trua i forneskio at menn væri endrbornir, en " þat er nu kaullud kerlinga villa. Helgi oc Sigrun er kallad " at væri endrborin, het hann þa Helgi Haddinga skadi, " en hon Kara Halfdanar dottir. h. e. *Sigruna* (Helgonis " uxor) *dolore & mœſtitiâ paulo poſt extincta eſt. Credebatur antiqvitus homines iterum naſci, illud vero nunc pro anili errore habetur. Helgo & Sigruna iterum nati fuiſſe dicuntur; tunc ille Helgo Haddinga ſkadi dicebatur, illa verò Kara Halfdani filia.* Apud Hibernos qvoqve, adhuc ethnicos, idem deliramentum viguiſſe, ex fabula Fintani Bocrai filii, colligit in parte prima Ogygiæ Rodericus O Flaherty. Communiter tamen Septentrionales non ab alio in

i. Max. Biblioth. Patrum tom. 4. k. de bello Judaic. lib. 2.

in aliud corpus meare animam, sed in aliam vitam credidĉre, qvemadmodum Gormo Rex, *qvum probabilibus qvorundam argumentis animos immortales esse compertum haberet, qvasnam sedes esset exuto membris spiritu petiturus, aut qvid præmii propensa numinũ veneratio mereretur, cogitatione secum variâ disqvirebat*; Saxone [l] scribente. Itaqve removendus penitus scrupulus, qvem Dudo S. Qvintini Decanus, sæpius à nobis adductus, injicere poterit; qvi libro tertio de moribus & actis Normannorum, Richardum Normanniæ Ducem, Danos qvi in ipsius succursum advenerant, ita instruentem introducit: *O reverendi meritò patres, pro temporalibus nimium beneficiis agonizantes, pro qvibus carebitis vita æterna, phlegetonte dignè perfruentes; animadvertite mei sermonis proloqvium obedienter. Qvanqvam genus hominum omnium à domino exordio fineqve carente sit procreatum, qvo resarciretur ruina Angelorum, vario & diverso itineris calle devius error illud abducit, ne revertatur ad Creatorem suum. Vos animas vestras putatis cum corporibus interire, ideo non abhorretis omne malum facere. Est qvippe præter ipsam altera vita qvam ignoratis, & qvicqvid in hac feceritis, in illa procerto repræsentetur vobis. Tunc illi, refer, precamur, nobis hujus propositionis arcanum, & enuclea qvantociùs nobis nostræ conditionis figmentum.* Ille enim ignarus nostrarum antiqvitatum, Richardi verba tali tenore concepit; contrarium hoc nostro tractatu luculenter evincente. Id tamen concesserim, alteram vitam, eo modo qvo Christianis promissa erat, eos adhuc gentiles ignorasse, qvi longè diversa gaudia sperabant: neqve intellexisse de Angelis, aliisqve mysteriis excelsa Richardi effata, nisi qvatenùs Chri-

l. lib. 8.

ſtiani prædicatores, tunc in Daniâ non infreqventes, aperuerant. Sic & priùs forſan ſubaudierat ſublimiora qvædam de immortalitate animarum Gormo ex commercio cum Germanis, qvi tunc nuper Chriſtianis ſacris erant initiati, unde apud ipſos Thorkillus Danus divini cultus rudimenta percepit; tamen & alia qvædã communia luſtranda ſunt, qvæ Gormoni Regi ea ſuppeditare poterant argumenta. Ex cæremoniis ſepulchrorum intelligi mortem non interitum eſse omnia delentem, ſed qvandam qvaſi commutationem vitæ, qvæ in claris viris dux in cœlum ſoleret eſſe, Tullius [m] ſtatuit. Unde maxima ſepulturæ cura Danis qvondam fuit, & nulla major pœna exiſtimata eſt ejus prohibitione. Exclamat apud Saxonem [n] Starcatherus

— — cæſorum corpora curru
Excipiant famuli, promptusqve cadavera lictor
Efferat, officiis meritò caritura ſupremis,
Et buſtis indigna tegi, non funeris illis
Pompa rogusve pium tumuli componet honorem:
Putida ſpargantur campis, aviumqve terenda
Morſibus, infeſto maculent rus undiqve tabo.

Itaqve & magnus Rex Daniæ Frotho lege cavit, ut ſi tumulum defuncti qvis veſpillonũ ſceleſta cupiditate tentaſſet, *pœnas non ſolùm ſangvine, ſed etiam inhumato cadavere daret, buſto atqve inferiis cariturus. Siqvidem par eſſe credebat, ut alieni corruptor cineris, nullo funeris obſeqvio donaretur, ſortemqve proprio referret corpore, qvam in alieno perpetraſſet*, uti annotavit Saxo Grammaticus. [o] Inferiæ autem non celebratæ fuiſſent, niſi Manes eſſe crederentur; qvi crediti, fidem faciunt, non ſimul cum corpore extinctæ animæ, qvippe Propertio [p] canente.

Sunt

m. 1. Tuſc. Qvæſt. n. lib. 6. o. lib. 5. p. lib. 4. eleg. 7.

Sunt aliqvid manes, letum non omnia finit;
Luridaqve evictos effugit umbra rogos.

Manes solos divino honore Augilis adoratos scribens Pomponius Mela: q. *Augilæ Manes tantùm Deos putant, per eos dejerant*; ea Augilis attribuit, qvæ Herodotus r. Nasamonibus: *Per eos viros qvi justissimi atqve optimi apud illos fuisse dicuntur, iurant, illorum sepulcra tangentes.* neqve id citra errorem ab Mela factum, doctissimus Gerhardus Vossius diducit capite undecimo libri primi de origine & progressu Idololatriæ; sed vindicat suum authorem filius Gerhardi, Isaacus Vossius, s. Augilas esse Nasamones ex Herodoto atqve Ptolomæo colligens: simul, frustra vapulare Melam, qvod inqviat Manes Augilis deos putari, cum fortium virorum & parentum tantùm animos coluerint. nimis profectò hoc esse argutum. vapularet enim & Plinius, *Augilas inferos tantùm colere*, dicens. & ex lapidibus antiqvis ducit argumentum, in qvibus *Dii manes* & *Dii inferi* pro iisdem semper & passim accipiuntur: neqve adeo ineptum, & lingvæ latinæ imperitum fuisse Plinium, ut per Deos Manes intelligeret locum inferorum, non ipsos Manes, vel ipsos Deos Inferos. Unde autem originem habuerit cultus Manium, copiosè alii prosecuti sunt, qvos exscribere non est mei. Satis constat, qvi pro Diis culti, prius homines fuisse, attestante luculenter Augustino: t. *Tanta enim homines impii cæcitate in montes qvodammodo offendunt, resqve oculos suos ferientes nolunt videre, ut non attendant in omnibus literis paganorum aut non inveniri, aut vix inveniri Deos, qvi non homines fuerint, omnibus tamen honores stu-*

Dd 2 de-

q. lib 1. cap. 8. r. lib. 4 cap. 172. s. not. in Mel. pag. 45. t. de Civit. Dei lib. 3. cap. 26.

deant exhibere divinos, qvaſi nihil unqvam humanitatis habuerint. Omitto qvod Varro dicit, omnes ab his mortuos exiſtimari manes deos. neqve enim ipſi diffitebantur gentiles, ex qvibus Euhemerus, Jovis & cæterorum qvi ut dii colebantur, natales, patrias, ſepulchra dinumeravit, & per provincias monſtravit; qvem Cicerone [v] docente, & interpretatus & ſecutus eſt, præter cæteros, Ennius. Cauſa in manifeſto eſt, qvam verbis Minutii Felicis dabimus: *Similiter erga deos qvoqve majores noſtri improvide creduli, rudi ſimplicitate crediderunt: dum Reges ſuos colunt religioſe, dum defunctos eos deſiderant in imaginibus videre, dum geſtiunt eorum memorias in ſtatuis detinere: ſacra facta ſunt, qvæ fuerant aſſumpta ſolatia. Denique & antequam commerciis orbis pateret, & antequam gentes ritus ſuos moresqve miſcerent, unaqvæqve natio conditorem ſuum, aut ducem inclytum, aut reginam pudicam ſexu ſuo fortiorem, aut alicujus muneris vel artis repertorem venerabatur, ut civem bonæ memoriæ. Sic & defunctis præmium, & futuris dabatur exemplum.* Sic qvi præcipui Septentrionalibus gentiliſmi caligine cæcutientibus Dii Odinus, Thorus, Freyus, aliiqve, fortes, clari aut potentes his in locis homines fuerunt, qvod præter alios Snorro Sturlæſonius explicitè monſtravit. Præcipuè Reges poſt fata in numerum Deorum relati, divinis mactabantur honoribus, ut de Holgo Rege Halogalandiæ in Eddæ mythologia ſexageſima qvinta legitur: Suo er ſagt at Holgi het Konungr, er Halogàland er vidkent, hann var fadir Þorgerdar Holga brudar, þaug voru bædi blotud. h. e. *Dicitur Holgum Regem fuiſſe, a qvo Halogalandia denominata eſt: is erat pater Thorgerdæ Holgi filiæ; qvi am-*

v. de Nat. Deor. lib. 1. cap. 42.

ambo religiosè colebantur; licet Magnus Olai postrema verba reddiderit: *ambo in arte Magica celebres erant*, at priorem versionem confirmant additi ibidem Skulonis Thorsteini filii versus, latinè sic redditi: *Qvando sancti isti homines erant translati in numerum cœlicolarum, magnam vidi congestam pecuniam*; qvem sensum vix ex ipsis eruamus, qvi sic sonant:

„Þa er ræfr vita reifnis
„Raud ek fyrir Suold til audar
„Herfylgins bar ek Holga
„Haugþok sama baugum.

Attamen Thorgerdam ut divam honoratam nemo negaverit, cum celebrem ejus cultum reddiderit propensa Haqvini Comitis Norvegiæ in illam veneratio. Hadingum Daniæ Regem inter præsidiaria belli numina nominat Olaus Magni, [x] & ex eo Joannes Vastovius in dedicatione Vitis Aqviloniæ. Frothonem Magnum defunctum diis immortalibus æqvare volentes Danos, templo etiam honorandum putasse, annotat Krantzius, [y] qvod apud vetustiores me non memini legisse; licet à vero non multum abhorreat, cum potentium Regum eo usqve processerit veneratio, ut & ante obitum, Diis adoratione publicâ æqvipararentur, sicut de Haldano Biergrammo Saxo [z] testatur: *Igitur apud Sveones tantus haberi cœpit, ut magni Thor filius existima'us, divinis à populo honoribus donaretur, ac publico dignus libamine censeretur.* Utplurimum majori temperantiâ divinus honor non nisi defunctis decretus, qvos in collegium suum cæteri Dii adsciscebant; cujus ritus notabilem descriptionem habemus in vita S. Anscharii per Rimbertum conscriptâ, qvam extrahere non gravabor:

x. lib, 3. cap, 4. y. Dan. lib, 1. cap. 33. z. lib. 7.

Susceptum itaqve peragens (Anscharius) *iter, viginti ferme diebus navigio transactis, pervenit ad Byrcam, ubi invenit Regem & multitudinem populi nimio errore confusam. Instigante enim diabolo, adventum beati viri omnimodis præsciente, contigit eo ipso tempore, ut qvidam illò adveniens diceret, se in conventu deorum, qvi ipsam terram possidere credebantur, adfuisse, & ab eis missum, ut hæc Regi & populis nuntiaret: Vos, inqviunt, nos vobis propitios diu habuistis, & terram incolatus vestri cum multa abundantia nostro adjutorio in pace & prosperitate longo tempore tenuistis. vos qvoqve nobis sacrificia & vota debita persolvistis, grataqve nobis vestra fuerunt obseqvia. At nunc & sacrificia solita subtrahitis, & vota spontanea segniùs offertis; &, qvod magis nobis displicet, alienum Deum super vos introducitis. Si itaqve nos vobis propitios habere vultis, sacrificia omissa augete, & vota majora persolvite. alterius quoqve Dei culturam, qvæ contraria nobis docetur, ne apud vos recipiatis, & ejus servitio ne intendatis. Porro si etiam plures deòs habere desideratis, & vobis non sufficimus, Ericum qvondam Regem vestrum nos unanimes in Collegium nostrum adsciscimus, ut sit unus de numero deorum. Hoc ergo diabolicum mandatum publicè denuntiatum, in adventu domni Episcopi mentes cunctorum perturbabat, & error nimius ac perturbatio corda eorum omnium confuderat. Nam & templum in honore supradicti Regis dudum defuncti statuerunt, & ipsi tamqvam Deo vota & sacrificia offerre cœperunt.* Ad hanc narrationem respexit Adamus Bremensis, capite ducentesimo tricesimo tertio, prout à Lindenbrogio editus est, scribens: *Colunt & deos ex*

ex hominibus factos, qvos pro ingentibus factis immortalitate donant, sicut in vita sancti Ansgarii legitur Hericus Rex fecisse, omnibus scilicet diis attributos sacerdotes, qui sacrificia populi offerant; qvæ vitiosissima editio, judiciosissimo viro Johanni Mabillonio nævum facilè subodoranti, causa fuit ad vitam S. Anscharii annotandi: [aa]. *Ubi, si bene hujus loci sensum expressit Adamus, Hericus Rex præcessorem cognominem suum in deorum numerum retulisse, eique sacra & flamines dicasse intelligendus est.* Expresserat bene satis sensum Rimberti vitæ S. Anscharii scriptoris Adamus, sed pessimè verba Adami expresserunt editores. Est in Bibliotheca Universitatis Hafniensis publicâ, capsæ Ambrosii parte primâ ordine primo adservatus, optimæ notæ vetustissimus membraneus Codex, opera Adami Bremensis cum antiqvissimis in margine scholiis complectens; ubi qvæ in editis audit Historia Ecclesiastica, ibi hujusmodi titulo insignitur: *Gesta Pontificum Bremensis Ecclesiæ, est nomen istius libri.* Posterior tractatus ita inscribitur: *Descriptio regionum vel insularum aqvilonis.* Ex utriusqve operis laboriosâ cum editis collatione deprehendi, omnes editiones innumeris & magni ponderis nævis scatere: qvod vel ex hoc luxato loco apparet, qvi ita in Manuscripto legitur: *Colunt & Deos ex hominibus factos, qvos pro ingentibus factis immortalitate donant, sicut in vita sancti Anscharii leguntur Hericum Regem fecisse. Omnibus itaqve Diis attribuunt sacerdotes, qui sacrificia populi offerant.* Nunc sensus in clarâ luce, legi in vita S Anscharii, Sveones Hericum Regem fecisse Deum: & omnibus Diis attributos fuisse Sacerdotes. Qvi nimirum Sacerdotes, videntes Christianam, si introduceretur, religionem,

aa. Act. SS. Ord. S. Bened. fæc. 4. par. 2. pag. 100.

onem, deliramenta sua exulare coacturam, præoccupare animos hominum subdolo commento aggressi, hanc a Rimberto descriptam Legationem subornarunt; & conciliandæ imposturæ suæ fidei, ab Collegio Deorum missam dicere non erubuerunt. qvam ne Sveones ex invidiâ profectam causarentur, qvasi æmuli venerationis suæ Dii in Concilium suum plures admitti nollent; modò Christus, cui nullū cum satanâ commercium intercedere posset, excluderetur, Ericum se Dii benignè offerebant in Collegium suum admittere, seu Synodi Deum facere. Qvi enim de hominibus in Deorum numerum referebantur, hi πάρεδροι deorum fieri dicebantur, & σύνθρονοι, qvasi *adsessores* & eadem sede præditi cum cæteris diis, qvod Tertullianus ait *Synodi Deorum* fieri, & in qvam mentem Virgilius ad Augustum:

Tuqve adeo qvem mox qvæ sint habitura Deorum
Concilia, incertum est.

Veteribus autem Latinis *Consentes* dicti, Jovis Consiliarii & assessores qvi esse existimabantur; & in collegium Deorum adlecti appellabantur *novemsiles* vel *novemsides*, uti hæc omnia deducit Claudius Salmasius notis in Ælii Spartiani Hadrianum. Cui id modò addam, Deos Selectos Augustino [bb] *Senatum* vocari: & in vetustâ apud Gruterum [cc] inscriptione legi: ÆDICULAM CONCILII DEORUM DEARUMQVE. Selectores autem Deorum, in Septentrione fuisse sacrorum administratores, & eosdem Deorum concessu iterum, si expediret, deponentes, ex Saxone liqvet, libro tertio Historiæ Danicæ scribente: *At Dii Othinum variis majestatis detrimentis divinitatis gloriam maculasse cernentes, collegio suo submovendum duxerunt. Nec solùm primatu ejectum, sed etiam domestico*

bb. de Civit. Dei lib. 7. cap. 3. cc. pag. 2.

stico honore cultuqve spoliatū proscribendum curabant: fatius existimantes probrosi antistis potentiam subrui, quàm publicæ religionis habitū prophanari, ne vel ipsi alieno crimine implicati, insontes nocentis crimine punirentur. Hunc itaqve ne publicam religionem exulare cogeret, exilio mulctantes, Ollerum qvendam non solùm in regni, sed etiam in divinitatis infulas subrogavêre. Qvem licet perfunctoriè flaminem creavissent, integro rerum honore donabant, ne alieni officii procurator, sed legitimus dignitatis adverteretur esse successor. Et ne qvid amplitudinis deesset, Othini qvoqve ei nomen imponunt. Ita nonnunqvam addito divinitatis honore, nomen augustius simul attributum, qvod in consecratione Erici Sveciæ Regis attentatum fuisse, silet Rimbertus. Qvisnam autem fuerit ille Ericus, ægrè se expediunt Historici Svecorum. Claudius Arrhenius in notis ad vitamS. Anscharii existimat eum fuisse EricumWæderhat, magum insignem; qvem tamen, ipso non diffitente, omnes Historici post ea collocant tempora. Si Islandorum vetustissima monumenta consulantur, erit Ericus Biörnonis ferreum latus cognominati filius, Regneri Lodbroci nepos, cum Islandi Regnerum longè ante S. Anscharii tempora, in qvæ eum Saxo conjecit, floruisse communi consensu prodiderint. Jam verò Johannes Magni Ericum Ventosi pilei cognomine insignitum, similiter facit Regneri Lodbroci nepotem, neqve tamen ex filio, sed ex filiâ Ingoni nuptâ: & Erici ventosi pilei filium atqve successorem nominat Ericum Segersel seu Victoriosum, inter qvem tamen & Ericum Biornonis, qvatuor Reges interponunt Islandorum vetustiores. Ita enim hos successivè Sveciæ Reges enumerat antiqvissima Genealogia, qvæ in per-

qvam vetusto libro membraneo in Bibliothecâ Resenianâ, exarata est:

„ Ragnar Lodbroc.
„ Biorn Jarnnsida.
„ Eiricr Biarnar son.
„ Eiricr Refils son.
„ Emundr oc Biorn at Haugi.
„ Eiricr Emundar son.
„ Biorn son hans.
„ Eiricr Sigrsæli oc Olafr.

Addit Johannes Magni, cc. *Regnorum Daniæ Regem, hujus Erici nepotis sui ductu, in remotissimas orbis partes piraticam feliciter extendisse, multasq; regiones, & munitiores urbes eius ingenio subjugasse.* Ast, unde hæc hausit? antiqvitatis testimonium desideramus, qvam sæpissimè ab eo homine vel neglectam invenimus, vel detortam & alteratam dolemus; sicut fecisse deprehendimus, cùm barbarum planè atqve cruentum Septentrionalium in hominibus inter Deos referendis ritum, libro primo Historiæ Gothorum Sveonumqve, capite duodecimo, primus obtrusit: *Post novendium, per summam totius regni celebritatem, templum illud Upsalense freqventissimo incolarum accessu visitabatur, ibiqve novendialibus feriis, & præscripto sacrificiorum numero, Diis hostiæ ad aram mactabantur: homo autem qvem sors immolandum obtulerat, in fontem qvi ad locum sacrificiorum scaturiebat, vivus immergebatur: qvi si facilè efflaret animam, faustum renuntiabant sacerdotes votum, moxqve inde ereptum in vicinum nemus (qvod sacrum credebant) suspendentes, inter deos translatum affirmabant. Qvo factum erat, ut bea-*

cc. lib. 17. cap. 12.

beatum se crederet, qvi eâ immolatione excederet è vita. ſinceriorem eſſe oportuerat alterius & ſe vetuſtioris exſcriptorem, & antiqvorum verbis nihil demi, nihil ſuperaddi, fas eſt: tantâ autem religione Johannes heic minimè verſatus eſt, qvi Adami Bremenſis veſtigia ſecutus eſt, ita ſcribentis, de ſacrificio ad Ubſolam celebrato: *Ex omni animante, qvod maſculinum eſt, novem capita offeruntur, qvorum ſangvine Deos tales placari mos eſt, corpora autem ſuſpenduntur in lucum, qvi proximus eſt templo. Is enim Lucus tam ſacer eſt Gentilibus, ut ſingulæ arbores ejus, ex morte vel cibo immolatorum divinæ credantur. Ibi etiam canes & eqvi* (ſic reſtituendum ex Manuſcripto, cum in impreſſis peſſimè legatur: *canes qvi*) *cum hominibus, qvorum corpora mixtim ſuſpenſa narravit mibi qvidam Chriſtianorum ſe LXXII. vidiſſe.* vel deſcriptionem ſacrificii, in Selandia primaria Daniæ regni inſula, juxta Lethram, tunc temporis celeberrimam Regiam ſedem, celebrati, ad ſacri Ubſalenſis delineationem, à Ditmaro Adamus deſumpſit: vel, qvod veriſſimum crediderim, eadem tum utriqve genti ſacra; noſtra in hunc modum enarrante Ditmaro: [dd] *Eſt unus in his partibus locus caput iſtius regni Lederun nomine in pago qvi Selon dicitur, ubi poſt novem annos, menſe Januario, poſt hoc tempus, qvo nos Theophaniam domini celebramus, omnes conveniunt, & ibi diis ſuismet LXXXX. & novem homines, & totidem eqvos, cum canibus, & gallis pro accipitribus oblatis, immolant, pro certo, ut prædixi, putantes hos eisdem placaturos.* Neqve hic, nec alter Johanni Magni ſuffragatur, unde vapulat qvoqve doctiſſimo Scheffero, qvi aberrationem ipſius, Upſaliæ antiqvæ capite decimo ſexto, detegens:

dd. lib. 1.

Videtur, inqvit, *velle, raptum clam ex fonte, clam suspensum in nemore, ut facilius persvaderetur vulgo divinitas ipsius. At omnia hæc Adamus ignorat. Scilicet non eo fine ibi suspensa, ut, qvod credidit Johannes, vulgus transiisse censeret ad deos, sed ut essent ceu donaria qvædam, diis dedicata. Deorum sacer ille lucus erat. In arboribus singulis dii ipsi habitare credebantur. Ergo ad earum ramos corpora illa, veluti munera qvædam diis grata suspendebant.* Igitur qvamtumvis non tam cruento modo privatorum manes Diis additi, nec idcirco in totum eos excluserim à cultu veterum Septentrionalium, qvem magicis artibus præpollentes, sibi post obitum impendi affeqvebantur. Exemplo sit Bardus Snæfellsaas, de qvo defuncto Historia ipsius memorat: þeir trudu naliga a hann þar vid nesid oc hofdu hann fyrir sinn heitgud, vard hann oc morgum manne hinn meste biargvættr. h. e. *Omnes ferè isthmi accolæ ipsum coluerunt, vota sua illi concipientes: cum & plurimis maximus esset opitulator.* illis nempe, qvi opportuna nomen ejus invocantibus ipsum ferre crediderunt auxilia, qvomodo in eadem Historia memorantur ipsius Bardi filius Gestus, Enarus & Ingialdus, diversis temporibus, in angustiis positi fecisse: qvibus auxilium suum flagitantibus mox Bardus astitisse memoratur, & binos posteriores præsenti exitio eripuisse; Gestus autem non nisi post Deum Regis Olavi, seu Christum invocatum, evadere qvivit. Hadingum Regem cum Asmundo congressum *familiarium sibi numinum præsidia* postulasse Saxo [ee.] memorat, & *subitò Vagnostus partibus ejus propugnaturus advehitur.* Gunnarum qvendam labantibus viribus implorasse efficacem Falæ magicæ mulieris

ee. lib. I.

ris aſſiſtentiam, & ſenſiſſe auditas preces, legitur in Gunnars Kielldugnups ſitls ſogu. Poſſem & huc adducere Sindrum ab Thorſtano nunqvam inefficaciter invocatum, niſi reformidarem in confirmationem dictorum allegare Thorſtens Viikingſſons ſagam, (ut hoc verbum latinitate mihi concedatur donare, cum Hiſtoria omnes ipſius ſignificationes nullatenus exprimat) putidiſſimam, qvantacunqve eſt, fabulam; qvod bonâ editoris veniâ dictum velim, qvem illuſtrando anili commento bonas horas impendiſſe dolendum eſt, inprimis qvod calumniis texendis omnes vires intendat, editas nugas inventuras fidem credens, ſi additæ notæ Danicam Hiſtoriam modò evertere poſſent, qvamvis utriqve genti glorioſius eſſet, Septentrionis Antiqvitates tandem in lucem proferri ſine alterius inſectatione, & tunc ſua cuiqve populo laus conſtaret illibata. Sed defuerunt malevolæ Jacobi Reenhielmii intentioni vires & hiſtoriarum borealium, ſanè Danicarum, limata cognitio, qvod notis in caput decimum ſextum nimis prodidit, dum florenti Haraldi Blaatandi, Daniæ Regis Chriſtianiſſimi, & inter martyres poſt fata culti, memoriæ invidus, nomen ipſius malitioſè traducit, ſummâ hiſtoriæ confuſione; dum acta ſummi Regis, Biornoni & Haraldo, neſcio qvibus monſtris, qvæ natura ipſa ignoravit, neqve inter homines ſol unqvam aſpexit, adſcribat. Scripſiſſe Saxonem Grammaticum, qvod ab oriente venerit Haraldus Blaatand, imponit lectori Reenhielmius, qvi longè aliter cum libri decimi initio, ingreſſum Hiſtoriæ Haraldi Regis auſpicatur: *Defuncto Gormone, Haraldus hæreditariæ dominationis fortunam conſpicuæ fortitudinis operibus proſeqvi cupiens, trajectâ in orientem piraticâ, circumpoſitum laceſſi-*

vit oceanum. Pergit Reenhielmius: *Qvomodo autem iste Blatand, Gormonis filius constitui possit, ignotum mihi est. Snorro certe, cui majorem fidem habeo, qvàm Saxoni, ignoravit Haraldum Gormonis filium appellari Blatand, nescivit & ipsum venisse ab oriente.* & qvibusdam interpositis: *Qvomodo ergo Haraldus Gormonis filius, cognomina illa Kesia & Blatand adeptus est? Blatand à Biornone ipsi mutuavit Saxo; Kesia ab Haraldo Thoreri filio, ipsi tribuerunt Vormius, Stephanius.* Mirum prurientis calami deliqvium! mi Reenhielm, volve ac revolve Saxonem, &, mihi crede, Haraldum Gormonis filium ab ipso appellari Blatandum, nunqvam reperies, & luctam hic cum larvis tibi esse, apertè videas. Noli in posterum scriptoribus ea affingere, qvorum ipsi ne per somnium qvidem meminerunt. Decepit te superscriptio marginalis in editione Saxonis à Stephanio adornatâ, ubi *Haraldus Blaatand* ponitur; in editione autem primariâ Parisiensi cognomen omissum est, & ad initium libri in margine annotatur: *Haraldus Rex.* Nec tamen refugimus, Haraldo Gormonis filio cognomen Blatandi adserere, qvod non modò contubernalis Saxonis Sveno Aggonis filius historiæ capite tertio, sed & arridentia ipsi tibi Islandica antiqva præstant Monumenta. Ita enim Flateyarbok, per Jonam Theodori & Magnum Thorlaci compilatus codex: Ok sua er sagt, at þar kemr „ mest fiolmenni hingat a nordrlond, meþan stenndr „ markadrinn: þa red fyrir Danmork Haralldr Kon: „ ungr Gorms son er kalladr var Blatonn. h. e. *Dicitur illuc* (Haleyre in Dania) *maximam multitudinem negotiantium septentrionalium confluere, nundinis durantibus: Tunc Daniam tenebat Haraldus Rex Gormonis, qvi vocatus*

tus est Blatann. In antiqvo manuscripto membraneo, qvod servat capsa Cypriani in Bibliotheca Academiæ Hafniensis, post vitam Sverri Regis Norvegiæ reperiuntur Genealogiæ, & ibi de hoc Haraldo legitur: Halldr Konungr " Blatann tok riki i' Danmork æftir Gorm' Konung fau- " dur sinn. h. e. *Haraldus Rex Blatann regnum Daniæ accepit post Gormonem Regem patrem suum.* & mox: Haralldr Konungr Blatann hellt vel sidan Kristni. h. e. *Ha- " raldus Rex Blatann Christianæ fidei deinde firmiter adhæsit.* Genealogia Regum qvorundam Daniæ antiqva, qvam in eodem membranaceo codice, qvi Adamum Bremensem commplectitur, deprehendi ante annum millesimum ducentesimum exaratam & collectam, conclusione ipsius Genealogiæ, qvæ talis est, docente: *His diligenter inspectis, luce clarius constat, nihil pertinere ad cognationem Flandrensium dominam Ingeburgam Francorum Reginam: nec aliqvam esse consangvinitatem inter prædictam Hysabel Reginam Franciæ, & istam dominam. Qvia nec illa ex Erici progenie descendit: nec ista à Kanuti posteritate originem sumpsit.* Ista, inqvam Genealogia, eadem fermè cum edita ex codice Ecclesiæ Laudunensis curâ Henrici Ernstii, sic exorditur: *Iste Haraldus cognomento Blatan, id est dens lividus vel niger, paganus fuit. Sed tamen postea baptizatus.* In alio Manuscripto membraneo codice, qvi in eadem Bibliotheca. ejusdemqve capsæ ordine tertio, visitur sub hoc titulo, *Imago mundi*, legi: *Gorm filius Harald. Abhinc Christiani fuerunt Reges. Harald Blatan filius Gorm.* Si editas ex codice in membranâ litteris Runicis exarato, per Olaum Wormium, series Regum Daniæ consulamus, utrobiqve occurrit

*A-

ᚼᛆᚱᛆᛚᚦ ᛒᛚᛆᛏᛆᚿ *Harald Blatan.* Si Chronicon Erici Pomerani titulo notatum inſpiciatur, *Harald Blaatand* ſe offert; ut omnes noſtratium, qvi ab illo tempore ipſitis meminerunt, miſſos faciam. Qvibus qvidem univerſis ſi adhuc fidem adhibere Reenhielm procraſtinaverit, attamen non eam, u ri ſperamus, denegabit parenti ſuo, (ni fallor; filium certè eum appellat, Verelius,) qvem borealium Antiqvitatum callentem & ſtrenuum vindicem nemo inficias ierit, Olao Verelio, à qvo capiti viceſimo Hervarar ſagæ adjecta Genealogia poſterorum Hervoræ: *Gormr hin Gambli R. D. Haralldr Blatan R. D.* Qvod verò addidit Reenhielm, Wormium atqve Stephanium Haraldo Regi Gormonis filio *Keſiæ* cognomen tribuiſſe, non majori veritate dictum. Ubi enim, qvæſo, id pronunciaverunt? nimium per devia labitur, petulantiâ mortuis inſultandi, dominus Reenhielm. Non ignoro, verbum illud ᚴᛂᛋᛋᛆᛦ *Keſſur* interpretari Wormium, qvaſi Haraldus, Ottone Imperatore fugato, Imperatorem ſe ſalutari voluerit; ſed controverſias tam nobiles in explicatione Monumenti Iellingenſis occurſuras, in Annales patriæ Eccleſiaſticos, ſi Deus vitam in corpore ſano conceſſerit, differam: nec minus ſicco nunc pede prætercam aridam Reenhielmii illationem: *nusqvam in vetuſtiſſimis monumentis, excepto Saxone, reperias, Sveones à Danis ſubactos fuiſſe; Danos verò ab illis ſæpius*, qvam, contentus ipſum ablegaſſe ad Snorronis Chronicon, ubi Halfdanus Frothonis Fridſama Regis Daniæ filius, ſubactam armis Sveciam viginti qvinqve annis tenuiſſe legitur, eademqve de Alone Frækni aſſeverantur; pluribus diruere non ſinit mutua inter utrumqve Monarcham intercedens amicitia,

citia,

citia, cujus perpetuitati, utriusqve subditi precibus & obseqvio conferre debemus; *Kesiæ* cognomento donatum ab Wormio Haraldum Gormonis, necdum repperi: tamenetsi paruisse aliqvando Daniam Haraldo Kesiæ, non negant Historici nostri; non fictitio illi in Thorsteins Vikings sons saga nato, ubi cum dicatur in magnum evasisse virum, Reenhielm miserâ conclusione subinfert, qvod Daniam sibi subjecerit, idqve ante Christum natum, qvâ ratione compatriotis suis negotium facessit, qvibus Danorum nomen non tam vetustum audit: sed Erici Boni filio, atqve Daniæ Regni, patre iter sacrum obeunte, administratori, memorante Knytlinga saga: ff. Eptir þat er Eirckr Konungr for "
or Danmork, tok Haralldr Kesia forrad oc stiorn rikissins "
yfir ollu Danavelldi, eptir þui sem Eirckr Konungr hafdi "
til skipad. h. e. *Postqvam Ericus Rex Daniâ excesserat, Haraldus Kesia juxta ordinationem Erici Regis, gubernationem & regimen sumpsit totius regni Daniæ.* duxitqve postea Ragnhildem Magni Nudipedis Norvagiæ Regis filiam, uti ibidem memoratur, nec non in Historia Norvagica ab ipso Reenhielmio adductâ; cujus verbis in medium prolatis, annotationes istius decimi sexti capitis ita concludit: *Hunc à nostro nomen Kesia mutuatum esse, ipsa tempora satis arguunt.* qvorum verborum ipsum necesse est interpretem esse, cum nobis nimis absurda appareant. Sed contentionis serram nimis qvàm diu duximus, nullo odio, nullo partium amore, solâ veritatis propagandæ causâ moti, qvam cum unà nobiscum amare Reenhielmium scimus, patienter laturum amicam confidimus dissensionem: simulqve rogamus, si qvæ in posterum docti ingenii monumenta evulget, a conviciis & insectatione Regum, qveis longæ manus, &

ff. cap. 83.

debita etiam post fata reverentia, abstineat. Inprimis sedulò cavendum, ne dum antiqva septentrionis nostri scripta protrahere allaboramus, pro veris historiis, qvarum adhuc ineditarum immensa copia, insulsas protrudamus fabulas; qvas inter palmarium locum meretur putrida Thorstens Vikingssons saga, Sindrum Thorstano, ad nominis invocationem, opitulantem commemorans; & ejusdem furfuris censenda Ulfs Uggasons saga, non minora de Bialfo consignans. Cæterum ut fidem tam magnis promissis facerent Magicæ artis excellentes, virtuti divinæ & consortio numinum, qvo se frui jactabant, tam promptam auxilii lationem adscribendam credulis imponebant; monet enim apud Saxonem Grammaticum, gg. Craca Ericum, *si suprema necessitatis violentia postularet, nominis sui nuncupatione remedium celerius esse qværendum, affirmans se divinâ partim virtute subnixam, & qvasi consortem cœlitum insitam numinis gestare potentiam.* Maxima hæc nota divinitatis, nomen suum inclamantibus salutari auxilio subvenire; qvæ Othino potentia tribuebatur, Snorrone in Chronico Norvegico attestante: „Sua var oc um hans menn hvar sem þeir voro i naudom staddir a sia eda landi, þa kaullodo þeir a nafn hans. oc þottuz iafnan fa af þui gagn: þeir þottuz þar eiga allt traust sem hann var. h.e. *Milites ipsius* (Odini) *& subditi in aliqvo periculo terrâ vel mari constituti, nomen eius invocabant, & communiter inde opem accipere videbantur; unde illi soli confidebant.* De Thoro narrat qvinqvagesima qvinta Eddæ mythologia, qvod ipso absente, cum insultantem sibi Hrungnerum Asæ diutius perferre neqvirent, Thori nomen solùm nominaverint, & Thorus protinus curiam intra-

gg. lib. 5.

traverit: Enn er Æsunum leiddust ofur yrde hans, nef- "
na þeir þor, oc þui næst kom þor i hollina. h. e. *Tandem* "
Asæ illius jactantiam pertæsi, Thorum nominarunt, qvi è vestigio advenit. Neqve tamen dæmoniacis erroribus decepti, nudam semper invocationem suffecturam crediderunt; sacrificia insuper in arto constituti offerebant Byrcenses, premente eos Anaundo Rege Sveciæ, auxiliaribus Danorum copiis suffulto; in qva angustia positi, *cœperunt diis suis, imò dæmonibus, vota & sacrificia promittere & offerre, qvò eorum auxilio in tali servarentur periculo.* placato deinde per centum librarum argenti solutionem Anaundo, at Danis nihilosecius direptionem minantibus, *unde rursus pariter congregati, cùm nullo modo vires haberent resistendi, nullaqve eis spes esset refugii, ad vota & sacrificia majora diis suis offerenda se invicem cohortabantur*, memorante in vita S. Anscharii Remberto. In præliis Sueones, urgentibus hostibus, non nisi unum Deorum invocasse, notabiliter scribit Adamus in descriptione regionum aqvilonis: *Si qvando vero præliantes in angustia positi sunt, ex multitudine Deorum qvos colunt, unum in auxilium invocant: ei post victoriam deinceps sunt devoti, illumqve cæteris anteponunt.* Haqvino Comiti Norvagiæ magni constitit invocatio & exoratio familiaris ipsi Numinis Thorgerdæ Horgatroll, à qva contra pugnacissimos Jomsburgenses horrendo sacrificio ægrè victoriam, magicis artibus promotam, impetravit. Breviter perstringit Saxo: [hh] *Qvorum Haqvinus perspectis copiis, cum intolerabile rebus suis onus imminere cognosceret, excipiendi ejus materiâ non suppetente, tanqvam humanæ opis diffidentia, divinam amplexus, superos inusitato piaculo propiti-*

hh. lib. 10.

pitiandos curavit. Duos siquidem præstantissimæ indolis filios hostiarum more aris admotos, potiundæ victoriæ causâ, nefariâ litatione mactavit, nec sangvinis sui interitu regnum emere dubitavit, patrisqve nomine qvàm patriâ carere maluit. Qvo evenit, ut Dani manum cum eo navali certamine conferentes, qvocunqve militaris discursus impetum contulissent, infestam nimbi vim, qvâ tanqvam ab hoste læderentur, exciperent. Cæterum coorti imbris maleficium ita nostrorum vertices inusitatis grandinis ictibus converberavit, ut eorum oculi veluti qvibusdam nimborum spiculis lacessiti, prospiciendiqve penitus facultate defecti, graviorem ab elementis pugnam qvàm ab hoste sentirent. Accidit ergo ut Norvagienses cœli qvàm suis viribus feliciores, Danos districtam adversum se numinum iram haud dubiè sentientes ante fuga qvàm cædibus implicarent. Sed fusas ab Haqvino preces: filium, unum modò, à crudeli patre oblatum: grandinem magicis artibus immissum! sagittis apparentium dæmonum labefactatos & tandem in fugam actos Jomsburgensium nonnullos: ex Jomsvikinga sagâ, desiderio Lectoris, cui manuscripta historia necdum visa, implendo, audiamus. Haqvinus Comes ubi se viribus Jomsburgensium succumbere sensit, Ericum filium exercitui præficit, dum implorando numinis sui succursui se parumper subtraheret. Nu
„for Hakon Jarl a land oc Nordra eyna Primsignd, þar var
„skogr mikill i eyiunni, oc gengr Hakon Jarl i riodr
„eitt oc legst þar nidr, oc horfir i nordr, oc hefir þa
„formala fyrir ser, oc þar kemr at hann heitir a fulltrua
„sinn Þorgerdi Horgatroll, hann veitti henni mikid a-
„kall af ollum hug. en hon dausheyrdizt vid honum oc

hans

hans bæn, oc veitti honum fein andſvor. oc þickizt hann " þat finna, at hon er honum reid miok ordin, nu bydr " hann henni ymiſſa hluti til blotskapar. oc vill hon eigi " þiggia, oc viſar ſo til at mannblot muni þegar verda, oc " nu tekr blotid at vaxa oc bydr hann henni alla menn " nema ſik oc ſyni ſina, hefir Jarl frammi oll blot ſem " hann kann med fiandligum tofrum. beygdi hann ſik a " ymſa vega fyrir henni, oc lagdizt til iardar allr med " diofulligum krapti. Þviat honum þotti lif ſitt vidliggia " at hann væri bænheyrdr. Hakon Jarl atti ſon þann er " Erlingr het, oc var hann ſiau vetra, oc hinn efniligazti " at ollu. oc þar kemr at lyktum at vid gengr bæn hans, at " Jarl bydr Erling ſon ſinn til blots oc til ſigrs ſer, oc nu " þickizt hann vita, at hon muni nu hafa heyrt bæn hans. ſi- " dan ſendir hann eftir ſveininum oc fær hann i hendr Skap- " ta Kark þræli ſinum. for hann oc ſkar ſveininn a hals " ſem Hakon Jarl mællti fyrir, eptir þat ferr hann aptr til " ſkipa ſinna, oc ſegir honum ſo hugr um at nu muni " vel ganga oc eggiar hann nu lidit til orroſtu, enn ſle- " ſtir voru þeſs eigi fuſir. enn med eggian Jarls oc hann " ſegizt hafa heitid til ſigrs þeim, þa giora þeir ſem hann " bad oc biugguzt nu til at logu i annat ſinn ſem þeim þotti " vænſt, hofdu nu oc Jomsvikingar buizt til orroſto. Jarl " gengr nu a ſkip. oc leggia nu at i odru ſinni oc er Ha- " kon Jarl imot Sigvallda. Nu hefzt orroſta med þeim odru " ſinni, oc gengr Hakon Jarl framm i trauſti þorgerdar Hor- " gatrollz oc Yrpu ſyſtur hennar. lidr nu a daginn oc lægir " ſolina miok. þat er ſagt at vedrit tok at þyckna i nor- " dret, oc dregr upp ſky med ollu ſkiott. ok þvi fylgdi el " mikid oc ſterkvidri ogrligt, med þeſſu illvidri fylgdu bædi "

„ elldingar oc reidarþrumur ſtorar. Þeir Jomsvikingar „ allir attu at vega imot elinu oc haglinu. Þetta vedr var „ med ſvo miklum undrum at ecki ſengu menn betr enn „ ſtadit, enn menn af lidi Jomsvikinga hofdu farir af klæ- „ dum um daginn fyrir hita ſakir. ſvo at þeir hofdu eigi „ nema herklædin, en vedrit giordizt nu mikid odruvis enn „ adr hafdi verit, oc tekr þeim nu at kolna er mot horfdu „ vedrinu ſneri nu mannfallinu miok i lid Jomsvikinga af „ þvi at þetta mikla vedr giordi mikit trauſt Hakoni Jar- „ li oc lidi hans. enn Jomsvikingum skada, var þeim eigi „ hægt vorn vid at koma, þvi þeir ſau oglogt hvat fyrir var. „ er þeſſu hagli bardi framan a þa þat likara var hordu „ grioti enn eli. bar oc miok ſterkvidrit vopninn fyrir „ þeim, hvart er þeir skutu edr hiuggu ſvo at eigi matti „ vega i moti þeſſu illvidri en þo vorduzt Jomsvikingar „ alldrengiliga oc af mikilli hreyſti. h. e. *Haqvinus Comes terram ingreſſus, in borealem Inſulæ Primſignd partem ſe contulit, hæc inſula denſâ ſylvâ veſtita erat qvam Haqvinus intravit, ac in loco qvodam arborum vacuo conſtitutus, corpore in terram proſtrato faciem boream verſus convertit, ſermonesqve protulit, tandemThorgerdam Horgatroll cui ſummè confidebat invocavit, eiqve ex toto animo ſupplicavit, illa vero nec eam nec preces ejus exaudiens, ſera ei reſponſa dedit, unde eam ſibi iratam eſſe conjecit, deinde res varias ei in oblationem dare promiſit, qvibus illa omnibus ſpretis, ſolis humanis hoſtiis ſe placari innuebat. Comes cultum intendens, ei virum qvemcunqve eligeret immolandum obtulit, ſe filiisqve ſuis ſolùm exceptis, omnibusqve, qvos calluit, modis eam coluit, adhibitâ magia execrandâ, coram eâ variis modis ſe incurvando ge-*

gestibusqve diabolicis corpus suum in terram prostrando, videbatur enim ei, nisi exaudiretur, vitæ discrimen imminere. habuit Haqvinus filium septennem, nomine Erlingum præclaræ spei puerum, hunc tandem Comes immolandum ei obtulit, si auditis illius precibus, victoriam sibi concederet; qvumqve certe crederet, eam preces suas tandem exaudivisse, puerum adduci curavit, Skaptoqve Karko servo suo eum tradidit, qvi jubente Comite Haqvino guttur ei præscidit, deinde ad naves regressus est, confidens fortunam sibi adfore. deinde exercitum ad prælium restaurandum animare cæpit, ad qvod pauci alacres fuere, attamen incitante Comite, publiceqve professo se pro impetranda victoria diis vota fecisse, petitionem ejus fecerunt, secundâ vice ad præliandum pro viribus se parantes. Jomsburgenses ad confligendum parati erant, qvos Comes naves ingressus secundò adortus est, ipseqve Comes Haqvinus Sigvaldum impetere cæpit. Conserto secundo prælio, Comes Haqvinus Thorgerdæ Horgatroll sororiqve illius Trpæ confisus, acriter bellatus est. fluente die soleqve ad occasum vergente, cælum septentrionale nubibus obduci cæpit, qvæ momento in aërem evolantes, ingentem tempestatem ventumqve impetuosum non sine fulguribus horrendisqve fulminibus secum tulere. Jomsburgensibus contra hujus tempestatis grandinisqve vim dimicandum erat, qvæ tam horribiliter fremuit, ut objectis pedibus vix insistere possent; multi autem Jomsburgensium, nimii caloris ergo, vestes hoc die exuerant, solaqve armaturâ tecti stetere, aëre vero tam valde immutato, frigore molestari cæperunt, utpote tempestati objecti, tum multi Jomsburgensium cecidêre, tempestate Comiti Haqvino exerci-

ercituiqve ejus auxilium non exiguum præstante, Jomsburgensesqve magno damno afficiente, utpote qvibus se defendere difficile erat, cum qvæ coram sita erant, non facilè viderent, ob tempestatem, grandinem, duro lapidi qvam grandini similiorem, in eos impetuose ferentem; qvorum & arma, sive secarent sive jacularentur, vi procellæ impediebantur, adeo ut contra eam armis uti non valerent, nihilo tamen minus fortiter & audacter Jomsburgenses se defendebant. Et paucis interjectis: þat er sagt „fra Hakoni Jarli, þa hann ser at elit minkar at hann kall-„ar þa enn fast a þorgerdi Horgatroll oc hennar systur „Yrpu, oc bidr þær duga eptir ollu sinu megni, oc segir „hversu mikit hann hefir til unnit. oc þa fortnar enn at „odru eli oc er nu meira oc bardara enn fyrr, oc svo „kemr at ecki vedr hefir verit ognarligra þat er menn „hofdu tilfrett. oc i þessu eli ser Havardr Hoggvandi oc „margir adrir tvær trollkonur standa i lyptingu a skipi „Hakonar Jarls. oc fliuga orvar af hverium fingri þeirra „i lid Jomsvikinga, oc vard hver or manzbani. fyrir þes-„sum fianda krapti oc galldri fell fioldi lids af Jomsvi-„kingum oc margir þeir er adr hofdu barizt af mikilli hreysti. h. e. *Traditur, Comitem Haqvinum, cum tempestatem paulùlum sedari conspiceret, Thorgerdam Horgatroll sororemqve illius Yrpam qvàm devotissimè invocasse, rogans ut summis viribus sibi auxilium ferrent, enumeransqve qvanto pretio earum subsidium mercatus fuerat, tum altera tempestas oboriebatur, priori longe acrior validiorqve; hæc tantas vires tandem cepit, ut de tam impetuosâ procellâ nemo fando audiverit; hoc durante nimbo Havardus Hoggvande multiqve alii viderunt duas fœmi-*

minas, staturæ giganteæ, Comitis Haquini navis puppi insistere, e quarum singulis digitis singulæ sagittæ in Jomsburgensium exercitum avolarunt, singulæqve singulos viros interfecerunt, hæc vis diabolica, magiaqve, ingentem Jomsburgensium multitudinem, & qvidem eos qvi antea animose dimicuerant, succumbere coëgit. Et mox: Nu tekr Sigvalldi til orda oc mællti til Bua, nu vil ek brott " flyia oc giori svo allir minir menn, þviat nu er eigi vid " menn at beriazt, helldr vid diofla at eiga. er nu þvi verr at " af eru tvo clinnenda skal ek nu ecki lengr vid halldazt oc " alldrigi strengdum ver þess heir at beriazt vid dioflá edr " þvilik ovætti, nu lætr Sigvalldi hoggva teingslinn a skipum sinum oc snyr skipinu oc kallar a þa Bua oc Vagn at " þeir skylldu allir flyia. h. e. *Tum Sigvaldus fari incipiens ad Buonem dixit, jam fugere volo, qvod & meis omnibus facere impero, nunc enim non cum viris nobis dimicandum est, sed cum dæmonibus nobis res gerenda est; binas, qvod malè est, procellas sustinuimus, non autem ulterius manebo, nec unqvam vota fecimus cum dæmonibus talibusve noxiis geniis dimicare. deinde Sigvaldus rudentes qvibus naves illius sibi invicem connexæ erant, secari curavit, navemqve suam mari obvertens, Buonem & Vagnum alta voce rogavit ut simul fugerent.* Huc pertinent ex Jomsvikinga drapu & Buadrapu vetustissima carmina seqventia:

„ þa fra ek el hit illa
„ ædaz Holgabrudar
„ glumdi hagl a hialmum
„ harda grimt or nordri
„ þars i ormfran augu

„ ytum skyia grioti
„ þi nadi ben blasa
„ bardi hreggi keyrdu.

h. e.

Tum e boreâ surrexisse malam illam Holgabrudæ tempestatem audivi, grando valde dira galeis illisa crepitavit, ubi nubium lapides (grandinem) *tempestate pulsos in virorum acres oculos nimbus ferebat, cui vulnera patebant.*

„ Hagl va hvart eyri
„ hraut a logh dreyri
„ blod þvo bens arum
„ or bragna sarum
„ þar fell valr vida
„ vee sa gylld rida
„ bardiz sveit snarla
„ a sneckium Jarla.

h. e.

Qvodvis grandinis granum unciam ponderabat, sangvis in mare manavit, sangvis e vulneribus profluens hastas roravit, cadavera passim cadebant, acriter pugnari visum est: exercitus in navibus Comitum egregie pugnavit.

„ Aurum red ser snorpum
„ slikt er raun gorpum
„ slagd hit forliota
„ af singrum skiota
„ giordiz grimt sikium
„ at gummum rikium
„ gnyrr var harr hlisa
„ hregg oc lopt drisa. h.e.

h. e.

Sagittas acutas turpis ille genius in virorum noxam è digitis suis ejaculavit, viri potentes experti sunt ingentem tempestatem & nimbum, prælium strenuè conserebatur.

„ þar var þorsum meiri
„ þrekforludum Jarli
„ braut fra ek hann at helldi
„ hugraun flota sinum
„ snara bad segl vid huna
„ Sigvalldi byrkolldu
„ glumdi hronn a hufum
„ hrid fell i bug vada.

h. e.

Tunc Comes viribus debilitatus nimis animo angebatur, ac, ut audivi, cum classe suâ abiit, rogans ut sui vela panderent, undæ latera navis verberarunt, tempestatem velorum cavitas excepit.

Non honestioribus armis inclytum Norvegiæ qvondam Regem Sverrum, victoriam obtinuisse, cùm viribus hostis regniqve æmuli gravatum imparemqve se animadvertens ad nefanda maleficia se converteret, calumniatur temporis illius scriptor, Guilhelmus Petitus in Cœnobio Neuburgensi Canonicus regularis Ord. S. Augustini, libro tertio de rebus Anglicis, capite sexto: *Qvo mox ille cognito, cum videret juvenem, propter priores clades prudentiùs atque instructiùs agere: numero qvoqve navium, & pondere virium præstare, ad maleficia se convertit. Habebat enim secum qvandam filiam diaboli, potentem in maleficiis, atque illi antiquæ meritò comparandam: de qva nobilis ait Poëta,*

Hæc se carminibus promittit solvere mentes, &c. *Denique hæc (ut dicitur) mirâ pestilentissimæ artis confidentiâ ab amico quæsivit tyranno, qvomodo suos qui jam præ oculis erant, hosteis cuperet interire. Illo submersionem eorum eligente, repentè operatione diaboli, qui nimirum per Angelicæ naturæ potentiam in elementis mundanis plurimum potest, cum à superiori sinitur potestate, tranqvillum mare os suum aperiens, in conspectu hostium majorem Regiæ classis partem absorbuit. Qvo viso, nefandus presbyter: ecce (ait) socii, qvàm efficaciter elementa pugnant pro nobis, cavete ne forte evadant: quorum certum exitium pelagus vestræ virtuti reliqvit, ne totum fecisse videatur. Itaqve regii exercitus pars reliqva, subito interitu sociorum attonita facilè est oppressa, & rex ipse* (Magnus) *interiit. Qvo sublato, in ditionem tyrannicam regnum tremefactum concessit.* Meretur Christiana summi Regis memoria inustam sibi maculam paucis tandem abstergi, cum non unicâ hâc calumniâ supersederit Guilhelmus, sed ex professo, petulanti & injurioso stylo in eum invehatur, id inprimis demonstrare conatus, tyrannidem eum arripuisse; cum tamen Regnum Norvegiæ hæreditario jure ad Eum pertinuisse, liqvidissimum sit ex subjectâ, qvatenus juri illi monstrando conducat, Magni Nudipedis Regis Norvegiæ genealogia:

Magnus Berbein Rex N.

Sigurdus Jorsalafari R. N.	Haraldus Gille R. N.
Kristina nupta Erlingo Skacke.	Sigurdus Munnr R. N.
Magnus legitimè natus R. N.	Sverrus, Sigurdi filius naturalis R. N.

Nunc

Nunc demonſtrandum eſt, poſt Sigurdi Regis interitum, potiùs Sverro licet illegitimo filio, attamen ex tali conjugio nato, ut legitimari poſſet & hæreditare, regnum Norvegiæ jure ipſius Regni Regio, debitum fuiſſe: qvàm Magno, ex Sigurdi Regis patrui filia nato; qvousqve lineæ ſucceſſionis Regiæ in Norvegia, particulariter in J.us relatæ, ſe non extendebant. Tulit illud Jus Olaus Haraldi Rex Norvegiæ, in Sanctorum numerum poſt obitum relatus; à qvo ſancitum, in Codicem Legum aulicarum ſeu Hirdskraa, illud retulit Magnus Rex Lagabætir ſeu Legum Reformator dictus, cum ſtipulatione omnium incolarum regni ad perpetuam ejus obſervationem; eidemqve Codici conſentiunt alii Legum Norvagicarum codices, Froſtaþings Logbok, Gulaþings Logbok, & Eidciviaþings Logbok, uti & liber Legum Iſlandicarum antiqvus, Jonsbok dictus. Iſtud itaqve S. Olai de ſucceſſione Regia Jus, hæreditatem Regni primò defert Regis filio, deinde nepoti ex filio, tertiò Regis fratri, qvartò Regis patruo, qvintò Regis ex fratre nepoti, ſextò Regis patrueli ſeu patrui filio, & tunc ſeptimò Regis filio naturali: Su er hin ſiounda erfd, at Konungs ſon ſkal konungr vera, " hin elſte, einn, þo ad hann ſie cigi skilgietin, ſa þo ad huorke" ſie gietin i Hordome, nie frenſemis ſpiollum, edr ſifia ſpiol." lum. h e. *Hæc eſt ſeptima hæreditas, ut filius Regis major natu ſit Rex, ſolus, qvantumvis naturalis, dummodo nec in adulterio, nec ex inceſtuoſo aut prohibitio conjugio procreatus.* Fallitur enim Rogerus de Hoveden, dum ſcribere audet: *conſvetudo regni Norweiæ eſt usqve in hodiernũ diem, qvod omnis qvi alicuius regis Norweiæ dignoſcitur eſſe filius, licet ſit ſpurius, & de ancilla genitus, tantum ſibi ius vendicat in regnum Norweiæ, qvantum filius regis conjugati,*

ti, & de libera genitus. Qvod si jus suum ab avo materno fortè, Sigurdo Jorsalafari, Magnus deducere voluisset, nihilosecius Sverro esset postponendus, cum Regis ex filia nepoti octavo tantùm gradu jus successionis Olaus San-„ ctus dederit, hâc semper restrictione: ef einge er hinna til sem adr eru talder, h.e. *si nullus eorum superfit, qvorum prius mentionem fecimus.* Denique durante adhuc intestino inter Sverrum & Magnum bello, de jure Sverri adeo omnibus constabar, ut & ipse Eystenus Archiepiscopus Nidrosiensis, callidissimus Magni promotor aliqvando fassus sit, in præsentia insuper Erlingi Skacke, Magnum non esse verum Regni hæredem, memorante Snorrone, sed propter ejus regimen, jus antiqvum Norvegiæ & consvetudinem esse violatam, qvòd ille regnaret, cui regnum non debebatur. Nihilominus veri rectiqve ignarus Guilhelmus, Sverrum ut tyrannum regniq; usurpatorem execratur: *tempore non modico sub tyranni nomine debacchatus, tandem Rege terræ illius extincto, tanqvam legitimè regnum obtinuit: aliis fortè ejusdem terræ Regibus non dissimilem exitum judicio Dei habiturus. Qvippe (ut dicitur) à centum retro annis, & eo amplius, cum Regum ibidem numerosa successio fuerit, nullus eorum senio aut morbo vitam finivit, sed omnes ferro interiêre, suis interfectoribus, tanqvam legitimis successoribus regni fastigium relinqventes.* & mox: *qvicunqve tyrannicè Regem occiderat: eo ipso personam & potestatem Regiam induebat, suo qvoqve occisori eandem post modicum fortunam, inveteratæ consvetudinis lege relicturus.* Sed & infaustum Guilhelmi augurium, vanum fuit, Sverro Rege placidâ morte defuncto: & falsus est in narratione mortis prædecessorum Magni Regis; cujus ante

ante coronationem, qvi integro sæculo vel soli vel junctim regnarunt, nullo modo omnes ferro interiere, sed plurimi sine cæde & sangvine vitam cum morte commutarunt: Cæsorum autem interfectoribus extrema qvandoqve supplicia irrogata; tantum affuit, ut absurdâ iniqvissimæ consvetudinis lege, in præmium perpetratæ barbaræ cædis, regnum adipiscerentur.

Magnus Haraldi Hardrade filius morbo obiit.

Olaus Kyrre morbo decessit.

Haqvinus Magni filius, cognominatus Thoris fostri seu alumnus, ab nonnullis in serie Regum omissus, morbo obiit.

Magnus Olai Kyrre filius, Berbein dictus, cæsus est in Hibernia in prælio; Irlando qvi fatale ipsi vulnus inflixit, ab Vidkunno Jonæ filio sine morâ in duas partes secato.

Tres Magni Berbeins seu Nudipedis filii, unà regnantes, Sigurdus Jorsalafari, Eysteinus, & Olaus, morbo defuncti sunt.

Magnus Sigurdi filius, postmodum Blinde seu Cæcus dictus, prælio in Norvegia cæsus est.

Haraldus Gille Magni Nudipedis qvartus filius, occisus est in Norvegia, interfectore Sigvardo Slembidiacono non succedente, sed per horrendos cruciatus ad mortem adacto.

Haraldi Gille tres filii, Ingi, Sigurdus, Eysteinus, simul regnantes, omnes violentà morte occubuerunt; Eysteini sanctitas miraculis post mortem demonstrata esse scribitur.

Haqvinus Herdabreide Sigurdi filius ab Erlingi Skackæ militibus occisus est, cum Erlingus, nece ejus, filio suo Mag-

no regnum confirmare conaretur, cui faventem Guilhelmum, tantâ mordacitate in Sverrum invehi audivimus. Sed detegendus tanti in Sverrum odii fomes. Joanni Pitseo [ii] Guilhelmus Neubrigensis *de veritate in historicis narrationibus non parvum suspectus* est, qvod fuerit *magnatum adulator, & secularis potentiæ nimius fautor*. Nos è contra, in Sverri Regis causâ, non sæculari sed ecclesiasticæ potentiæ eum nimium qvàm faventem deprehendimus; nec enim ausus forsan est mitius scribere de Rege fulmine papali injustissimè excommunicato: qvod ab Cælestino tertio vibratum, torsisse insuper Innocentium tertium ex Epistolis ejus [kk] animadvertimus. Prætendebatur inter alias causas, expulsio è regno Erici Archiepiscopi Nidrosiensis, Regi obseqviosum Consecrationis ministerium impendere renuentis; qvam etiam Neubrigensis pandit: *acceptâ in conjugem filiâ Regis Gothorum, ab Archiepiscopo terræ illius coronari voluit. Verum ille cum esset vir magnus: & neqve precibus & neqve minarum terroribus flecteretur, ut caput execrabile sacrâ unctione perfunderet: ab eodem patria pulsus est.* Pulsum patriâ, præter verum dicit; cum post exercitas varias eum Rege offensiones, iniqvis suis postulatis Regem refragari ægrè ferens, in Daniam ad Absalonem Archiepiscopum, nullo cogente, se contulerit. Intercesserunt autem tres palmariæ Regem inter & Archiepiscopum controversiæ. Concesserant Erlingus Skacke filiusq; ejus Magnus Rex Eysteno Archiepiscopo Nidrosiensi, Erici prædecessori, mulctam Archiepiscopo pro delictorum expiatione debitam, delinqventibus duplo majorem imponi, qvàm Leges Sancti Ola-

vi

ii. de scriptor. Ang. æt. 13. pag. 270. kk. lib. 1 epp. 382, 383. 384. edit. Baluz.

vi permitterent; cum hoc privilegio non obtento, Eystenus Magnum coronare abnueret. Hoc ad Sancti Olavi Legum tenorem revocare aggressus Sverrus Rex, ne subditi sui nimis gravarentur, resistentem Ericum expertus est. Secunda controversia agitabatur de Jure Patronatus, qvod Rex secularibus Templorum conditoribus competere voluit, idqve ex legum, qvarum erat tenacissimus, præscripto, & antiqvâ consvetudine: Archiepiscopus illud solis Ecclesiasticis vindicare conabatur. Tertia fuit, qvod displiceret Regi, Archiepiscopum nonaginta, vel ultra, armatis viris stipatum, iter facere; eumq; evectionum numerum ad triginta reduxit, ex veterum Legum præscripto: Archiepiscopus hanc dignitatis suæ diminutionem, (animo apostolico!) indignè ferens, nullâ commissi sibi sacerdotii curâ, Daniam petiit. Indè Papæ Romano scribens, Sverrum variis aggravat criminibus, eam tamen præcipuam concepti in se odii causam exagitans, Coronam se petenti Regi imponere recusasse. Initium epistolæ, qvæ libro primo Epistolarum Willelmi Abbatis de Paraclito legitur, apponam: *Sanctissimo patri & domino C. dei gratia summo Pontifici, E. Norvegensium Archiepiscopus, in domino salutem, & debitam tanto patri reverentiam. Creditur & dicitur qvod sicut ecclesiis universis ecclesia Romana supereminet dignitate, sic nihilominus earum angariis & oppressionibus paterna compatitur & subvenit pietate. In angariis igitur & oppressionibus nostris, pater amantissime, sedis apostolicæ nobis est expetenda clementia, ut necessitatis tempore paterna pietas filio suffragetur, & iniqvitatis & neqvitiæ fomes severitatis & justitiæ malleo conqvassetur. Qverelam itaqve nostrã, pedibus vestræ sanctitatis advoluti, auribus*

 ve-

vestris inferimus, suppliciter deprecantes, ut narrantibus benignus indulgeatur auditus. Anno præterito pallio à vestrâ sanctitate accepto, cum fuissemus in terram nostram regressi, ille qvi de regio nomine & usurpata regni plenitudine gloriatur, ad suam nos fecit præsentiam evocari, & coronam capiti suo petivit à nobis imponi regalem. Cujus petitionem qvia reverentiæ vestræ & animæ nostræ saluti vidimus obviare, eam minimè duximus admittendam, donec emissis nunciis à nobis, & ab apostolica sede revertentibus, plene cognosceremus, qvid inde tenendum nobis diffiniret vestræ sanctitatis examen. Igitur contra nos turbatus est Princeps, & omnis exercitus ejus cum illo, asserens favorem apostolicum in tali negotio non esse consulendum, cum habeant cæteri Reges libertatem, ubi, & qvando, & à qvo voluerint, inunctionis accipere sacramentum. Privatam hanc Archiepiscopo ab Rege factam fuisse petitionem oportuit, cum nulla ejus in historiam Sverri Regis mentio fit relata; ubi annotatum est, post relictam ab Erico patriam, Sverrum omnibus coronationi suæ magnificè præparatis, ab Legato Apostolico, qvi tunc fortè aderat, id muneris postulasse; eumqve primò assentientem, deinde ab Archiepiscopi fautoribus aversum, exacerbasse Regem adeo, „ ut festinum ipsi abitum imperaverit: Margha hluti fengo „ þeir adra til rogs vit Sverrer Konnung, enn er Sverrir Ko- „ nungr kom næst a þetta mal vit Legatan, þa syniadi hann „ Konungi vigslunnar, og bad hann sættast vid Erkebiskup, „ sagdi at hann ætti at vigia hann. Konungr mælti, se ek „ huert þitt eyrendi mun vera hingat i land, þat sama sem „ marger falsarar gera, er hlaupa hingat utan or londum „ oc vilia fa fer fe, enn gera rike vort at spotte og hade,

hade, þa er þeir koma a brut. Nu vil ek at þu farer a burt " hedann leidar þinnar, vil ek ekki at þu falſer ſe af þeg- " num minum her i landi. Epter þat for Legatus a brutt. h.e. " *De multis aliis rebus Sverrum Regum diffamarunt. Cumqve Rex Sverrus de Coronatione ſua cum Legato colloqvia miſceret, ille Regi inunctionem denegavit, precatus ut Archiepiſcopo reconciliaretur, cujus officii eſſet ipſum conſecrare. Rex repoſuit, Video qvo propoſito hanc in regionem veniſti, nempe illo qvod habent multi impoſtores huc ſeſe pecuniis corradendis conferentes, qvi poſtqvam abierint, regnum noſtrum ludibrio & deriſioni exponunt. Volo igitur ut qvantocius te hinc recipias, cum nolim te fraudibus ſubditos meos pecuniâ emungere. Tunc Legatus diſceſſit.* Nomen hujus Legati in Hiſtoria Sverri non exprimitur; reperi tamen in Hiſtoriâ Pontificum Lundenſium per Nicolaum Archiepiſcopum collectâ, circa eadem tempora fuiſſe in Dania Cardinalem Fidentium, qvi in Scania defunctus, Lundis in Eccleſia S. Laurentii ſepultus eſt. Illean prius in Noruegia fuerit, pro certo ſtatuere non auſim, licet certiſſimum ſit, ſcopum legationis Fidentii in Daniam, non alium fuiſſe, qvàm qvem Legati in Norvegiam à Papa miſſi Sverrus ſagaciter denunciavit. Qvod ne gratis, aut averſione ſectæ, (à qvâ longiſſimè abſum, cum & continentem huc qvondam à Pontifice Romano ablegatum nominare valeam, nempe Martinum presbyterum Cardinalem, in legatione Danicâ, eâ in muneribus accipiendis continentiâ uſum, ut reverſus S. Bernhardi [ll.] prædicationem meruerit. ſed illum etiam unicum: aliàs qvantâ avaritiâ Legati Apoſtolici tunc temporis in provinciis debacchati ſint, *ac ſi ad Eccleſiam flagellandam egreſſus eſſet Satan à*

ll. lib. 4. de Conſider.

facie domini, ut loqvitur Joannes Saresberiensis, notum est cuivis illius seculi historias evolventi; & fœdissima eorum facinora revelavit Stephanus Baluzius in erudito supplemento libri qvinti doctissimi operis Petri de Marca de Concordia Sacerdotii & Imperii.) dixisse videar, particulas qvasdam epistolæ S. Willelmi Abbatis de Paraclyto Absaloni Archiepiscopo transmissæ advocem, qvibus in Fidentium acerbè invehitur: *Ceterum mi pater & domine, ad vestram notitiam dignum duximus pervenire, dominum Fidentium Cardinalem nos & ceteros coabbates nostros, literis & domini Petri Episcopi monitis convenisse, ut ad eius expensas exsolvendas, patrimonium Christi marsupiis sive loculis eius debeamus infundere; cum hoc facere nihil aliud esse sentimus, qvàm sacrilegium exercere. Præcipue cum hoc anno minus qvàm alio possideamus annonæ. Adduntur nobis, ut dicitur, importabiles minæ, nos videlicet vinculum suspensionis ab officiis nostris non evadere posse, si mandatis eius nos contigerit obviare. Res hæc difficilis. & undiqve nobis pretenduntur angustiæ. Si enim hoc egerimus, mors nobis est; qvia contra deum. Si non egerimus, minime manuum eius violentiam evademus; qvia ad hoc venit ut rapiat & devoret, sicut leo rapiens & devorans. Qvid igitur faciemus? Estne consilium auferre pauperibus in tempore famis, & inferre tantillum qvod habent in os leonis? Hæc autem mihi faciat Deus, & hæc addat, si aliud fecero qvàm Deo placere cognovero. Ecce ad oculos nostros reducitur antiqvorum malitia. Tempore siqvidem persecutionis dictum est martyribus sanctis: Adorate ydola & vivetis; alioqvin interficiemini. Nobis dicitur: Implete sacculos Cardinalis, alioqvin officiis vestris care-*

carebitis. O perversa cupiditas! O ambitio cæca! Vivit dominus, & vivit anima vestra, mi pater & domine; & si omnes pauperes abbates & monachi, ne suspendantur ab officio suo, immolaverint eius marsupio: sed non ego. Aliud etiam proponit edictum. ut qvi marsupio eius immolare noluerit, eius conspectibus præsentetur, & flectat genua ante Baal. Emam ergo paupertate prælationis officium, & injiciam pedes meos in compedibus symoniacæ pravitatis qvam semper odio habui? Mittat ergo manum, & succidat me, si placet, qvia me non mutabit cujuslibet assertio blandientis mihi. & post paulò: *Arbitramur, immò certi sumus, qvod eorum defectui parum superaddet providentiæ, qvi dicitur Cardinalis & Legatus. Sed numqvid Beati Petri talis erat legatio ad Romanos? Absit. Argentum non qværebat vel aurum, sed signis & prodigiis occurrebat incommodis infirmorum, & Deo reddebat, qvos diabolo subtrahebat. Nonne cuidam aiebat, qvi corporis sui molestia laborabat? Argentum & aurum non est mihi, qvod autem habeo, hoc tibi do. In nomine, inqvit, Ihesu Nazareni surge & ambula. Nonne per baculum tanti Legati, Petri videlicet Apostoli, huc illucqve transmissum mortui resurgebant a morte? Sed dimittamus baculum, & agamus de præsentia, & actibus Cardinalis. Vbi virtus & fortitudo ejus, qvi de legationis officio gloriatur? Qvem ab infidelitate reduxit ad fidem? Qvibus amissum oculorum reparavit officium? Qvos infirmos curavit? Qvos leprosos mundavit? Qvos mortuos suscitavit? Si talis esset Cardinalis qvi Cardinalis dicitur noster, qvis ei non occurreret? Qvis ei temporalia denegaret? Ecce qværit, qvod nos dare non expedit, qvia nec subest rerum substantia, nec ad hoc*

poteſt induci voluntas. A ſeculo non eſt auditum, quod Ordo Sancti Victoris Pariſienſis alicui Cardinalium ſubiacuerit in tributum. Solus ergo & primus ego totius Ordinis immunitatem & collatam gratiam infirmabo? Expedit mihi melius ut mola aſinaria collo meo ſuſpendatur, & demergar in pelagus. O inſenſati, (ſi tamen fas eſt dicere) O inqvam inſenſati Epiſcopi Daniæ, quis vos in tantum faſcinavit, ut in non prudentiam (non audeo dicere ſtultitiam,) veſtram prudentiam evertit, & diſcretionis oculos excæcavit? Nonne vos eſtis, qvi dicere ſolebatis: cibariis abundamus, ſed auri & argenti copiam non habemus? Si verum eſt qvod prætendebat veſtræ propoſitionis aſſertio, cur in dandis muneribus lupis rapacibus de longinqvo venientibus tam ſollicitè manus veſtras expanditis? Alius qvidem in C. marcarum pretio, alius in L. alius in XXX. prædictorum luporum rabiem compeſcere, totis viribus & ſitim extingvere elaborat. Ut qvid tanta perditio? Amen dico vobis, qvi biberit ex aqva hac, iterum, & in eternum ſitiet. Nonne hæc omnia dari deberent pauperibus, non lupis, qvorum ingluvies theſauro totius mundi exſaturari non poſſet? Utinam in eis fieret, ut & eis diceretur, qvod Craſſo auro conflato: Aurum ſitiſtis, aurum bibite. Nec hoc qvidem iniuſte, qvia quotquot venerunt, fures ſunt & latrones, mercenarii, non paſtores. Proh dolor! Chriſtus ad oſtium panis inedia moritur; qvis ex vobis Chriſto compatitur? Hæc autem, ut verum dicam, ad gloriam expenduntur inanem, ut alius alio in dandis muneribus excellentior & profuſior videatur. Amen dico vobis, recepiſtis mercedem veſtram. Hoc modo ad exhauriendum qvod ſupereſt vobis, cupiditatem eorum qvi vos eviſcerant: & ad vos, eorum

rum reditum, & alios, qvos necdum vidiſtis, certiſſime pro. vocatis. Qvibus menſam ſolam, cum qvatuor eqvis, & qvatuor marcis argenti, non denegare, ſufficere debuiſſet. In viam horum, pater amantiſſime, ne abieritis, qui ſemper pauperibus, qvæ Deus vobis contulit, abundanter erogatis. Qvod vobis ſine adulationis oleo propinatur a nobis. Hæc prolixius adducere libuit, ut robur & pius vigor atqve fervens libertas Epiſtolarum Beati Willelmi cognoſceretur; qvi fuit Abbas Cœnobii Canonicorum regularium primùm in Eskilſe, deinde in Aplæholt, qvi locus etiam dictus eſt S. Thomæ de Paraclito, in Selandia Daniæ inſula: qvibusdam poſt obitum annis, ab Honorio Papa tertio in Sanctorum numerum adſcriptus. Cujus vitam Surius immutato; primigenio ſtilo, ad diem ſextam Aprilis ediderunt, cum doctis, pro more, notis & prævio commentario, ſocii Bollandiani Henſchenius & Papebrochius. Epiſtolæ ipſius necdum in lucem, qvâ digniſſimæ ſunt, emiſſæ, gravibus de rebus ac arduis Eccleſiæ & regni negotiis perſcriptæ ſunt; qvarum autographum, (niſi me ſcriptura fallit) magnam tamen partem barbarâ manu truncatum, in forma octava ſcriptum, conſervat dives antiqvitatum patriarum penu, Academiæ Hafnienſis publica Bibliotheca, capſæ Cypriani ordine tertio. Eas omnes ſummâ fide deſcriptas, cum innumeris nobiliſſimis documentis magnâ curâ corraſis, Annalibus Eccleſiaſticis reſervo; qvando etiam uberior erit occaſio diſcutiendi reliqvas Neubrigenſis in Sverrum Regem invectiones; cùm hac vice non niſi diluendæ immani de magiâ calumniæ, petitâ tamen prius tàm prolixæ digreſſionis veniâ, eventum ultimi inter Sverrum Regem & Magnum Erlingi filium commiſſi certaminis; ubi pietas Sver-

Sverri, Deo victoriam adscribentis, non magicis artibus, sed viribus militum partam: ubi moderatè utentis victoriâ Sverri magnanimitas elucet; ex veteri lingvâ conscriptâ ipsius Historia, *Sverris saga* dicta, in gratiam eorum, qvibus nostra monumenta non sunt obvia, adjiciam:
„ Tokz þar þa hord orrosta oc mikil voru menn Magnufs
„ konungs miok akafir enn Birkibeinar hlifduz meir vid,
„ oc sveif ollum flotanum inn medr strondinni, ogreitt
„ tokz Birkibeinum atlagan i fyrsto, var sem Mariusudinn
„ yrdi i milli landz ok skipa Magnufs konungs, þa hliop
„ Sverrir konungr a bat oc einn madr medr honum oc rero
„ ut til skips Eiriks konungs sonar, oc kalladi a þa oc sagdi
„ þeir foru illa ok odiarfliga bad þa roa ut um hit mikla
„ skipit oc leggia þar til er hin smærri skipin væri oc freista
„ hvar þeir fengi þar aunnit, konungrinn reri a milli skipanna oc eggiadi sina menn oc sagdi fyrir hvar at skylldi leggia, urdo Birkibeinar vel vid ord konungs oc logdu framm
„ diarfliga oc giordo harda orrosto oc snarpa hrid oc allt
„ slikt þagu þeir i moti. letu hvarirtveggiu ganga þat er i
„ vopnum var til. konungrim for þa til skipa sima. oc þa
„ var lostit oro i bat stafnin yfir hofdi honum. oc þegar onnur i bordit fyrir kniam honum. konungr sat oc braz ecki
„ vid. Sa mællte er honum fylgdi, hættiligt skot herra. konungr svarar, þa kemr nærr er gud vill. þa sa konungr at sva
„ þickr vopnaburdr oc griots var yfir Mariusudinni at hann
„ nadi eigi upp at ganga, reri hann þa i brott til landz. Munan Gautz son lagdi oc sitt skip at landi. hlupo þeir þar
„ upp oc baru stort griot ut a Mariu sudina allt um fyrirrumit
„ oc um austrrumit fengu þeir illt slag sem þar voru næstir,
„ frammbyggiar urdo mest fyrir atsokn Heklunga oc vopna-

naburdi. mælltu þeir sin i milli at fyrir rums menn skyll-"
du þa launa konungi kyrtils klædin fogur. þa heto skut byg-"
giar a stiornbyrdinga at þeir skylldu frammroa, sva gior-"
du þeir drogu fram skipit svo Skegginn la þa vid hit eptra"
austrrumsins hofdu þa allir bakbyrdingar ok fyrirrums-"
menn ærit at vinna, því at þa lagu fiortan skip a annat"
bord Mariusudinni, Heklungar leto ganga skot oc kesiur"
oc hardsteinagriot er þeir hofdo flutt austan or Skidonni"
var þat hinn mesti mannzvodi. þeir kostudu handsoxum"
oc palstofum. enn eigi bar svo nærat þeir mætti hoggum"
vid koma. Birkibeinar hlifdo ser því at þeir mattu ecki"
odru vidkoma oc fello þo margir enn allir naliga sarir bæ-"
di af vopnum oc grioti. svo voru þeir modir oc bardir at"
annat tveggia voru þeir litt sarir edr ecki oc voru þau dau-"
dir af erfidi, enn fyrir þa sok dvalldiz uppgangan at þeim"
var ohægt vid at komaz at þeir attu at sækia umfram staf-"
nin a skipum sinum, enn ef þeir hefdi sibyrdt vidlagt þa"
mundo þeir miklo fyrr greidt hafa uppgaungur sinar. nu"
mun þickia þeim sem til hlyda sem eigi se liklig frasognin"
er sagt er fra lyktum orrostunnar. enn þo skal nu segia"
fra lyktum bardagans hvat mest bar til med audnunni er"
svo sneriz sigrinn sem olikara þotti. Eirikr konungs son"
medr þau þrettan skip birkibeina er laus voru svo sem fyrr"
var sagt logdu at þeim. xiij. skipum Magnuss konungs er"
laus foru oc eigi lagu vid hit mikla skipit. voru þau oll"
smæzt af skipum Magnuss konungs. var þar hin snarpaz-"
ta orrosta. hofdu Birkibeinar þar skip stærri oc lid fleira"
oc sottu at hart oc vigmannliga. Heklungar giordu harda"
vidtoku oc borduz snarpliga sva at engi þottiz vita hvart"
fyrr mundi um skipta þar medr þeim edr mundi hit mikla"

„skipit verda hrodit. fioldi var bata er Sygnir hofdu oc
„lagu þeir i skotmali vid birkibeina oc skutu a þa. Eirikr
„konungs son lagdi sitt skip sibyrdt vid þat skip er ytzt la
„þeirra er teingd voru var þar snorp orosta. toku Hek-
„lungar diarfliga i mot. enn þa er þeir hofdu bariz um
„hrid urdu heklungar ofrlidi bornir, sumir fellu enn sumir
„rymdo halfrymínn, sneruz Birkibeinar þa til uppgongu,
„Benedictus het madr er bar merki Eiriks konungs sonar.
„hann geck upp fyrst ok þeir stafnbuar, enn er þat sa hekl-
„ungar sottu þeir hart i moti þeim oc drapu Benedictum,
„oc þa fleiri er upp hofdu gengit enn raku suma ofan. þa
„eggiadi Eirikr konungs son lid sitt oc redo þeir þa til i an-
„nat sinn til uppgaungunnar oc gatu þa fengit merkit oc
„gengo svo hart at heklungar hrucko undan oc a þat skip
„er næst þeim la, enn Birkibeinar sækia eptir fast vard þa
„sem iafnan þa er felmtr kemr a menn i orrostu at sialldan
„verda flotta menn godir aptrhvarfs þo at allvaskir se i
„vidtokum. nu verdr her minni vidtaka enn a hinu fyrra
„skipi. hlupo allir af þvi skipi. oc a þat er þar var næst oc
„hvert at odru. enn Birkibeinar eptir medr opi oc kalli oc
„eggian mikilli oc hiuggo oc drapo allt þat er fyrir vard
„enn þa mugrinn flottans geystiz a stor skipinn þa hlupu
„þeir a kaf inn af konungs skipinu þvi at þat la næst landi
„enn onnur fiogur þau er stærst voru sucku nidr undir mu-
„ginum. þat var Orms skip oc Asbiarnar oc Gestafleyir.
„Sverrir konungr var a landi, oc er hann sa þessi tidindi
„geck hann ofan til batsins oc med honum Petr son Hroa
„biskups þa reri þar utan at skuta ein oc ætludu þeir til
„landgongu. konungr kalladi a þa oc mællti. snuit aptr
„siait þer nu at þeir flyia. enn þeir er a skutunni voru gior-
du

du ſvo oc ſneru ut aptr oc ſa þa hin ſomu tidindi ſem fyrr "
þeir luſto i aarom oc rero ut eftir firdi. þa mællti Petr "
til konungſins, kendu þer þa herra edr hvi mælltu þer ſvo "
konungr mællti, mundi eigi ſa til at mæla ſvo hverir ſem "
væri for konungr þa ut til ſkips ſins oc geck aptr i lyptin- "
gina oc hof upp Kyrieleyiſon. oc fagnadi ſigri ſinum oc "
ſungo allir medr honum. Magnus konungr hliop fyrir "
bord af ſkipi ſinu oc allt þat lid er var a þvi ſkipi, tyndizt "
allr fioldi þeſs lids. Birkibeinar hlupu a land upp ok toku "
vid þeim i fiorunni er til landzins leitudu, kcm þvi "
engi fioldi herſins til landz. nockurar ſkutur rero ut "
eptir firdinum ok komuz ſvo undan. Birkibeinar reru ut "
a ſkipunnm oc drapu nockura menn a ſundi, enn ſumum "
gafu þeir grid, allir fengu oc þeir grid er nadu fundi Sver- "
ris konungs. lendir menn oc adrir ſkipſtiornarmenn gafu "
grid frændum ſinum oc vinum. þar fellu medr Magnuſi "
konungi þeſſir hofdingiar Haralldr ſon Inga konungs etc: "
þar fell at fleſtra manna ſogn eigi færra enn xviij. hundrut "
manna. þat var Vitus meſſu at aptni er orroſtan var, en "
þat var um ſolarfallz ſkeid er megin flottinn braſt, enn um "
midnættis ſkeid er lokit var ollum manndrapum oc birki- "
beinar hofdu ſkip ſin flutt oll til lægis oc tialldat oc buiz "
um, um morguninn ardegis let konungr blaſa til husþings "
ſtod þa konungr upp oc mællti, gud ſialfann ſkulu ver "
loſa fyrir ſigr vorn er hann hefir oſs veitt, miklu berara i "
þeſſi orroſto enn fyrr oc þat at ver megum eigi kenna oſs "
ſigrinn annan veg enn þat hafi farit eptir Guds vilia oc "
tilſkipan, nu veitum honum her i mot makligar þackir "
oc þægilig laun, er þat fyrſt at hallda vel grid vor vid þa "
menn er til grida eru gengnir vid oſs, veitum hialp ſarum "
monnum enn gætſlu likum þeirra manna er ver megum na "

„, eftit sidveniu kriſtinna manna. ek vil ok bioda minum „, monnum at þeir leiti likanna fyrir ſtrondinni hverr med „, ſinum efnum, er þat þock þeim ſem giora til guds, oc ſvo „, fefong þvi at allir muno haſt haſa nockut enn ſumir mi- „, kit. nu ventir mik at valld landz þeſſa muni komit undir „, ofs hvart er ver vilium þvi ſtyra vel edr illa, mun gudi „, þock a þvi at ver ſem fridſamir oc rettir, munu þeſs oc „, margir þickiaz þurfa, nu er þat at mæla til ydar minna „, manna, at gud launi ydr aſtſamliga fylgd er þer hafit „, mer veitt, skal ek oc launa ydr eptir beſtum ſongum er ek „, hefi til. þat allt ſe oc eignir er þeſſir hafa alt gullhalſar- „, nir er her liggia fyrir ſtrondinni þat skulu þer hafa oc þat „, med þock mina oc hin beſtu kvonfong er i eru landinu, oc „, þvilikar nafnbætur ſem ydr likar ſialfum. þer hafit fleira „, aflat i þeſſarri ſnertu oc þar ſumt er ver hofum adr ærit, „, enn þat eru oſundarmenn, skulu ver fyrir þat „, giæta vor, enn gud giæti allra vor. at þeſſu mali vard „, mikill romr oc godr. þockudu þeir konungi vel ſitt mal. h. e. *Cæpit acre prælium, Regis Magni milites ad bellandum valde alacres fuere, Birkibeini* (Regis Sverri milites) *autem ſe magis defendebant; fluctus claſſem ſecundum longitudinem littoris pellebant, Birkibeinis prima pugna ardua fuit, navis enim Mariuſudinu dicta, inter terram & naves Regis Magni conſtituta erat, tum Rex Sverrus uno tantum viro comitatus cymbam aſcendit, quâ ad navem Erici Regis filii* (frater Sverri hic erat) *vectus, eum ejusqve milites, qvod minus viriliter ſe gererent increpuit, rogavitqve ut magnam illam navem prœternavigantes, minores naves invaderent, experturi qvid ibi proficere poſſent. Rex cymba inter naves vectus, ſuos ad præli-*

an-

andum incitavit, unicuiqve locum ubi bellaret assignans; Birkibeini monitis regiis obtemperantes, hostes acriter impetebant, egregiamqve pugnam ediderunt, eodem plane modo ab hostibus excepti; utriqve enim armis, qvæ præ manibus erant strenue utebantur. Cumqve Rex ad naves suas rediret, sagitta arcu emissa caput regis supervolitans proræ cymbæ infixa est, statimqve altera latus cymbæ, ante genua regis, collimavit; sedebat rex, nec qvicqvam se loco movebat; tum comes regis dixit, Periculosa, Domine, hæc sunt jacula. Rex ait, propius me attingent si Deo ita placeat; Videbat Rex navem Mariusudinn dictam armis & lapidibus tam acriter impeti, ut eam ascendere tutum non esset, unde cymba in terram se devehi fecit. Munanus Goti filius suam navem ad siccum etiam deduxit, terramqve ingressus cum suis in navis Mariusudinn dictæ interscalmium qvod a prorâ secundum erat, necnon illud qvod puppi proximum erat, ingentes lapides torsit, adeo ut qvi proximi erant magnam cladem paterentur, Heklungi (regis Magni milites) *eos qvi anteriori navis parti inerant maximè impetebant, rogantes ut illi qvi secundum a prorâ interscalmium defendebant, regi suo pretiosos pannos, illis in tunicarum usum datos, tunc rependerent; tum in puppibus collocati, eos qvi in dextro navis latere constituti erant, rogarunt, ut navem remis aliqvantulum loco moverent, hi petitis satisfecerunt, navemqve promovebant, adeo ut navis Skegginn dicta, interscalmii, qvod puppi proximum est, postremam partem attingeret, tunc omnes qvi sinistrum navis latus, interscalmiumqve â prora secundum implebant, sibi defendendis vix sufficiebant, ad alterum enim navis Mariusudinn dictæ latus qvatuordecim naves*

 jace-

jacebant; Heklungi jacula hastasqve projiciebant, nec non cotes durissimas qvas ex loco Skidonni dicto secum vexerant, qvæ maximum damnum oppositis intulere, emittebant: præterea veruta & baculos ferro præfixo munitos, cum propter loci distantiam cominus pugnare neqvirent; Birkibeini se scutis defendebant, cum ulterius contra niti non valerent, ac nihilominus multi cecidere, plurimiqve armis lapidibusve saucii fuerunt, tamqve defessi & verberibus delassati, ut qvamvis pauca aut nulla vulnera recepissent, solâ lassitudine exspirarent. Ideo autem Heklungis in navem eorum irrumpendi via difficilis erat, qvod è navium suarum proris, iis in alteram navem insiliendum esset, qvod, si latus lateri conjunxissent, multo citius fieri potuisset. Videbuntur forte hæc audientibus qvæ de exitu conflictus hic narrantur incredibilia esse, nihilo tamen minus de caussis ob qvas concurrente fortunâ factum est, ut victoria iis qvi deteriori erant conditione, contingeret, hic dicetur. Ericus regis filius, instructus tredecim Birkibeinorum navibus, qvæ ut superius memoratum est connexæ non erant, tredecim illas Regis Magni naves qvæ à cæteris ejus navibus solutæ erant, magnæqve illi navi non adjacebant, adortus est; hæ omnium Regis Magni navium minimæ erant. Ibi ingens conflictus cæpit, Birkibeini majores naves habebant, numeroqve plures fuere, acriter & egregiè dimicantes, Heklungi nihilosecius eorum impetum viriliter exceperunt, fortiterqve pugnarunt adeo ut non facile discerneres qvi succumberent vel an magna illa navis prius expugnaretur. Sognenses magnum lemborum numerum habuerunt, qvi intra teli jactum constituti, in Birkibeinos tela vibrarunt; Ericus regis filius

lius navis suæ latus, lateri illius navis applicuit qvæ inter connexas naves extima erat, ubi & acriter pugnari cæptum est, Heklungi enim impetiti viriliter resistebant, cum vero aliqvanto tempore bellassent, Heklungorum, viribus tandem superatorum, multi ceciderunt, multiqve loca qvæ in interscalmiis habuerant deseruerunt, tum Birkibeini in eorum navem transcendere cæperunt; Benedictus vir qvidam nomine fuit, qvi vexillum Erici Regis filii ferebat, hic cum aliis proretis primus è navi sua escensionem fecit, qvod ut Heklungi viderunt, iis fortiter resistebant, Benedictumqve, una cum pluribus qvi in navem irruptionem fecerant interfecerunt, qvosdamqve retrocedere coëgerunt; Tunc Ericus Regis filius milites suos ad strenuè pugnandum extimulat, qvi, secunda vice in navem Heklungorum irruptione factâ, vexillum illis abstulerunt; tamqve acriter in eos irruerunt, ut in proximam navem pedem referre necesse haberent, locoqve cedentes qvam strenuissime insecuti sunt. Tum uti aliàs fieri solet, qvando timor præliantes invadit, semel in fugam acti, raro prælium viriliter reparant etiamsi antea strenuè se gesserint, sic & Heklungi in hac navi minori qvàm in priori nisu se defendebant, illâqve relictâ in proximam se contulerunt, undâqve deinde fugientibus ereptâ alteram occupârunt, Birkibeini vero cum vociferatione, tumultu & mutua incitatione eos insectabantur omnesqve obvios interfecerunt. Cumqve hæc fugientium multitudo in majores naves irrueret ex navi regiâ qvæ continenti proxima erat, in mare sponte se dejiciebant, reliqvæ vero qvatuor qvæ maximæ erant, nempe naves Ormi & Asbiorni, ut & navis Gestafley dicta pondere irruentium mari submer-

sæ

ſæ ſunt. Rex Sverrus in terra conſtitutus, cum hæc geri videret, cymbam adiit, Petro Roæ Epiſcopi filio commitatus, tum viri qvidam remigando naviculam eò direxerunt, terram aſcendere volentes, Rex ad eos altâ voce dixit, Revertimini, jam enim eos fugientes videre poteſtis, illi vero qvi naviculæ inerant, prout monuerat Rex, reverſi ſunt, cumqve hæc etiam viderent, remis mari illiſis ad oſtium ſinus remigarunt. Petrus ad regem dixit, an hos viros Domine noviſti, aut qvamobrem ad eos ita locutus es? Rex ait, nonne ita dicere oportebat, qvicunque demum fuerint? Tum rex navem ſuam introiit, puppimque aſcendens, victoriâ ſua lætus Kyrieeleeſon cantare cæpit, omnesque eo canente ſuccinebant; Rex Magnus è navi ſuâ ſe in mare præcipitavit, omnisque militum multitudo quæ in eâ navi fuit, periit: Birkibeini terram ingreſſi, eos qvi terram adire volebant in littore exceperunt, unde minima exercitus pars terram adiit; paucæ naviculæ ad oſtium ſinus remigando pervenerunt, quæ hoc modo ſalvatæ ſunt, Birkibeini cymbas ingreſſi, natantes Heklungos interfecerunt, quosdam autem vita donarunt: omnes qvibus Sverrum regem adeundi copia dabatur, ſalutem obtinuerunt, Barones præterea aliique navium gubernatores cognatis ſuis & amicis parcebant. Ibi cum Rege Magno hi proceres ceciderunt, Haraldus filius Regis Ingonis &c. *Cecidere ibidem, ut plurimi tradunt, non pauciores mille octingentis. Hoc prælium die Viti ſub veſperam committi cæpit, ſole vero occidente, fugere cæperunt Heklungi, media vero nocte Birkibeini hoſtes ſuos occidere deſierant, navesque ſuas in portum deductas tentoriis muniverant, ſeque quieti dederant. Craſtinâ luce Rex primo ma-*

mane milites tubâ convocari fecit, deinde in conventu ſurgens, ita locutus eſt. Ipſi DEO pro victoriâ, majori qvàm unqvam antea miraculo, nobis hac vice conceſſâ, laudes dicamus, nobis enim eam adſcribere nullo modo poſſumus, ſed fatendum nobis eſt, hæc ex voluntate & ordinatione divina geſta eſſe; Ideoqve dignas grates ei perſolvamus & debitam remunerationem, primo in ſervanda iis incolumitate, qvibus vitam donavimus, deinde in ferendo ſauciis auxilio, ſepulturaqve occiſorum corporibus, qvorum nobis copia fieri poſſit, more Chriſtiano impendenda. Meos omnes jubeo, ut unusqvisqve, inſtrumentis qvibus valeat, corpora in mari qværat, hoc enim faciendo, Deo gratum opus præſtant, ſibiqve ipſis lucrum acqvirunt; omnes enim aliqvantulum, qvosdam vero magnam pecuniæ vim ſecum habuiſſe præſumendum eſt. Hujus autem terræ regimen in noſtram poteſtatem nunc tandem veniſſe credo, ſive bene ſive male illud exnunc adminiſtraverimus, DEO vero maximè placebit, ſi pacem & juſtitiam colere ſtudeamus, qvod & multorum neceſſitatem expoſtulare credo. Jam ad vos Milites oratio convertenda eſt, DEus vobis fidum auxilium, qvod mihi præſtitiſtis, retribuat, qvod & ego pro ſummis meis viribus remunerabor: Res omnes ſive mobiles ſive immobiles, qvas auratæ hæ cervices heic ante terram in mari fluctuantes poſſederant, veſtræ erunt, addita ex meâ parte gratiarum actione, matrimoniis præſtantiſſimis qvorum intra regnum copia datur, non fruſtremini, dignitatesqve qvas exambitis vobis cedent; multa enim hoc conflictu vobis acceſſere; inimicorum qvoqve, qvorum ſatis ſuperqve antea habuimus, numerus accrevit; ideo nobis ipſis intentè proſpiciamus, DEus autem nos omnes prote-

gat. Hic sermo magno assensu & lætitiâ ab audientibus exceptus est, qvi & regi pro verbis prolatis ingentes gratias retulerunt.

CAPUT. II.

Summa audacia credebatur, lucta cum spectris non formidata. quomodo facultas spectra videndi acqvirebatur. Spectrum credebatur anima in corpus rediens. Spectra variis mediis cessare faciebant. Gentiles in aqvis pereuntium animas extingvi credebant. Ignis Danis adoratus. In Septentrione cur cremati mortui? Ignes supra tumulos mortuorum: aqva pestifera in tumulis. Manes lumen horrebant. Animæ Heroum in aëre collocatæ. Odinus creato homini animam dedit. Homo ex ligno credebatur creatus, ne mortem in aqva horrerent septemtrionales.

Defunctorum manes colunt, iisqve placandis sacrificia offerunt hodieqve Lappones; credunt enim aliqvid manere reliqvi post mortem, ut ex Samuele Rheenio docet Schefferus,[a] idqve conditionis ejuscemodi suspicantur, ut nocere ipsis possit. Inde metuunt Manes; sive Larvæ dicendæ, vel Lemures aut Lares, de qva animi corpore soluti qvadruplici veteribus appellatione, luculenter in libro de Deo Socratis scribit Apuleius: *Est & secundo significatu species dæmonum, animus humanus emeritus stipendiis vitæ, corpore suo abjurans, hunc vetere Latina lingva reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qvi posterorum suorum curam sortitus, placato & quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris. qvi vero ob adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus incerta va-*

a. Lappon cap. 9.

vagatione ceu qvodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterùm noxium malis, id genus plerique Larvas perhibent. Cùm verò incertum est, quæ cuique sortitio evenerit, utrum Lar sit an Larva; nomine Manem Deum nuncupant, scilicet & honoris gratia Dei vocabulum additum est. Qvippe tantum eos Deos appellant, qui ex eorum numero justè ac prudenter vitæ curriculo gubernato, pro numine postea ab hominibus præditi fanis & cerimoniis vulgò admittuntur. Hujusmodi aliisqve id genus portentis, Regnerum & Thoraldum nocturno tempore circumfundi, Svarhvita Hadingi filia conspexit, tali apud Saxonem [b] carmine exorsa:

Monstra qvidem video celerem captantia saltum,
Corpora nocturnis præcipitare locis.
Trux Lemurum chorus advehitur, præcepsq; per auras
Cursitat, & vastos edit ad astra sonos.
Accedunt Fauni Satyris, Panumqve caterva
Manibus admixta militat ore fero.
Silvanis coëunt Aqvili, Larvæq; nocentes
Cum Lamiis callem participare student.
Saltu librantur furiæ, glomerantur eisdem
Larvæ, qvas Simis Fantua juncta premit.

Ut imprecationem Apuleii Æmiliano in Apologia factam, hic qvasi impletam cernere liceat: *tibi pro isto mendacio solvat deus iste Superûm & Inferûm commeator, utrorumqve deorum malam gratiam, semperq; obvias species mortuorum, qvidqvid Umbrarum est usqvam, qvidqvid Lemurum, qvidqvid Manium, qvidqvid Larvarum, oculis tuis oggerat: omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta, à qvibus*

b. lib. 2.

bus tamen ævo emerito haud longè abes. Horum contemptum inter cætera boni fortisq; animi argumenta collocat Horatius, Julium Florum interrogans[c].

— — caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos Lemures, portentaqve Thessala rides?

Et id præcipuum audaciæ specimen qvondam credebatur, non reformidare, cum spectris luctari; cui certamini, cum alii animum despponderent, Gretterus Islandus, robustatis eximiæ, se sæpius offerre ausus est, multis in historia ipsius occurrentibus exemplis; unde pronunciavit Sturlo Nomophylax, eum omnibus in profligandis spectris fortunatiorem fuisse. Omnium teterrima ipsi lucta fuit cum Glami spectro, qvod cæteris horribilius describitur, & qvòd vocem emitteret, & qvòd terribili occulorum visu Gretterum adeo feriret, ut posthac tenebras semper horresceret; licet in tenebris ut plurimum spectra apparuisse legantur, qvæ die lucente non nisi ab lynceis videri posse dicebantur. Tam acri luminum visu præditi *ofresker* vocabantur, qvorum multa occurrit in Landnamâ memoria. Illi insuper hanc artem aliis communicare posse credebantur, modum annotante Saxone; cujus libro secundo, Biarco Othinum partibus suis adversantem conspicere desiderans, Rutæ infit:

Dic mihi, Ruta, precor, usquam si conspicis illum?

Ad hæc Ruta:

Adde oculum propius, & nostras prospice chelas,
Antè sacraturus victrici lumina signo,
Si vis præsentem tutò cognoscere Martem.

In qvæ Stephanius, post minùs qvadrantes aliorum conjectu-

c. epist. 2. lib. 2.

jecturas allatas, sic commentatur: *Etenim in terris hisce Borealibus & olim fuisse, & hodieque in Islandia reperiri perhibent homines incredibili visus acumine, suprà naturam pollentes, adeò ut non solùm interdiu, sed & noctu, haud aliter, ac luce clarâ contueantur varia phantasmata, variasqve volitantium per auras figurarum apparitiones, quas nefas est alioqvin ulli homini mortalibus cernere oculis. Id nostrates dicunt,* At vœre Siunſt. *Hi creduntur arte quâdam in alios singularem hancce perspiciendi vim, quâ ipsi præditi sunt, transfundere posse, ut & illi, passim vagantes formas videre queant. Hos enim lateri sinistro, interdum utrique admotos, pone tergum consistere, perque Chelas, hoc est, brachia in latus reflexa prospicere tantisper jubent, dum carmina quædam demurmurent. Id qvod ubi ter aut sæpius factitatum, statim tam Lyncei evadunt, ut nulla non spectra, imò tenuissimas omnium formarum exuvias ultrò citroque in aëre oberrantes, tàm noctu quàm interdiu, conspiciant.* hanc explicationem niveo calculo confirmavit Brynolfus Svenonius, Episcopus Scalholtensis: eamqve nos elucidabimus duplici ex antiqvis monumentis nunc primùm eruto exemplo. Unum suppeditat Orvaroddz saga, ubi qvidam *ofreskr* vel lynceus (ut ita apellare liceat) Oddo, qvi Alfum, magicis sese artibus occultantem, conspicere neqvivit, dixit, ut subtus brachiis suis, qvæ super caput Oddi elevaverat, prospiceret; qvod Oddus faciens, Alfum protinus aspexit: *Nu bregdr hann up hendinne yfir hofud Odde, oc mælti, littu hedan undir hond mer. oc þegar ser Oddr Alf.* Alterum se obtulit in Stiornu Odda draumi: Sidan visadi Dagfinnr " konungi til huar Hlegudr var, at hann mætti sia ha- "

 na;

„ na; enn Konungr feck hana eigi seed sakir fiolkyngi hen-
„ nar. enn hitt saa hann at menn hans fellu tugum saman.
„ þa bad Dagfinnr Konunginn sia undir hond ser ena vinstri,
„ oc sua giordi hann. Enn er Konungr for sua med þa
„ sa hann Hlegunni. h.e. *Postea Dagfinnus Regi indicavit, ubi Hlegunna versaretur, si eam aspicere posset; Rex autem eam videre nequivit, magicis artibus invisibilem: nihilominus illud contemplabatur, milites suos acervatim cadere. Tunc Dagfinnus Regem rogavit, ut sub brachio suo sinistro prospiceret; qvod cum Rex faceret, Hlegunnam videre valuit.* Hominibus innocenter viventibus, facultatem dæmonia & spectra videndi, ut gratiã divinitus collatam, nonnulli adscripserunt; qvemadmodum Kerellum virum provinciæ Eboracensis in Anglia, innocentiæ & simplicitatis merito, singularem hanc à Domino gratiam consecutum, memorat Guillelmus Neubrigensis: [d.] *Qvi exurgens vidit duos qvasi Ethiopes parvulos sedentes in via, & conridentes. Intellexit esse dæmones non amplius permissos nocere, & gaudentes se vel modicum nocuisse. Accepitque tale donum a Deo, ut ab illa die deinceps dæmones haberet conspicabiles, & quantumcunque latere cuperent, eum latere non possent.* Nonnullis qvoqve sanctis, sed paucis, numinis indulgentiam, eam conferre gratiam, ut totum terrarum orbem, cum cœli oceaniqve ambitu, *sinu mentis mirabiliter laxato, uno eodemq́ momento, qvasi sub uno solis radio,* clare & evidenter speculentur, S. Columba affirmavit Lugbeo, referente Magno O Donello in vita S. Columbæ, [e.] editã in Triade Thaumaturga Joannis Colgani. Spiritus autem suâ naturâ invisibiles, qvo modo constituti adhuc in corpore contemplari valeant, prolixè ratiocinatur Hepidannus cœno-

d. de reb. Angl. lib. 2. cap. 21. e. lib. 2. cap. 36.

cœnobita S. Galli, libro primo de vita S. Woboradæ capite vicesimo primo, f. qvem non lubet exscribere. De Hordo Islando memorat Holmveria saga, eum spiritus, spectra, aliasqve magicas apparitiones & ludibria oculorum, vidisse rectè, ut reipsa sunt: *hann sa allt efter þui sem var*. Cæterum qvid esse Larvas crediderint veteres Septentrionales, elucet ex responso Regneri, allatis antea ex Saxone Svanhuitæ rythmis regerentis, *larvas livido tantùm sqvalore terribiles, à masculis pectoribus non debere formidari; qvarum effigies adulterino distincta pallore, momentaneum corporis habitum ab aëris teneritudine mutuari consveverit. Falli igitur Suanhuitam, quæ solidum virorum robur muliebriter emollire, viresque vinci insolitas effœminato pavore perfundere conetur.* si modò secundùm mentem gentilium Danorum heic philosophatur Saxo, larvas assumpsisse ex aëre momentanea corpora, cui opinioni contrariatur eventus earundem apparentium Svanhuiræ & Regnero larvarum, qvas contra Svanhuita *noctem dimicando permensa, luce redditâ, varias larvarum formulas & inusitata specierum figmenta passim arvis incidisse cognoscit. inter quas & ipsius Thorildæ crebris obfusa vulneribus effigies visebatur.* Id autem certissimum, persvasum ipsis fuisse, ex inferis, seu receptaculo & sede animarum corporibus solutarum, remissum spiritum, infernalis Numinis veniâ, in corpus, cui antea in vitâ inclusum fuerat, rursùm remeasse; ex ipso Saxone colligitur, apud qvem g. Asmundus Alfi filius cum Asvito Biörnonis, mortuo vivus, ob amicitiæ jusjurandum, contumulatus, cibo, qvo vesceretur illato; colle perfracto extractus, profluente per vultum sangvine, stupentibus fœdo indigestæ ac crudæ cicatricis (cum lævam ipsi au-

f. Goldasti Alam. rer. script. tom. 1. par. 2. g lib. 5.

aurem Asvitus noctibus redivivus abrupisset) adstantibus, inter alia cecinit:

Super hæc omnia contra exanimem conservi vim,
Grave luctæ subiens pondus & immane periclum,
Laceris ungvibus in me redivivus ruit Asuit,
Stygia vi reparans post cineres horrida bella.
Quid stupetis, qui relictum me colore cernitis?
Obsolescit nempe vivus omnis inter mortuos,
Nescio quo stygii numinis ausu
Missus ab inferis spiritus Asuit,
Sævis alipedem dentibus edit, &c.

Thessalicæ magæ facinoribus veneficis claræ, animam, futura indicaturam, in corpus susurris revocantes, per tacitæ commercia lingvæ, non petebant ut umbra diu in tartaro retenta rediret: sed animam recenter emissam revocabant, necdum à Charonte transvectam. Cum enim Sextus Pompeius à primi nominis maga, Thessalarum celeberrima, & omnis carminis sepulchralis magistra peteret:

— — vel numina torque,
Vel tu parce Deis, & Manibus exprime verum.
Elysias resera sedes, ipsamqve vocatam,
Quos petat è nobis, Mortem tibi coge fateri.

Illa

— electum trajecto gutture corpus
Ducit, & inserto laqueis feralibus unco,
Per scopulos miserum trahitur, per saxa cadaver
Victurum.

Adhibitis deinde artibus, & monstris rerum, restituendæ mortuo animæ inservientibus,

— mox

— mox cætera cantu
Explicat Hæmonio, penetratq; in Tartara lingva:
In qvo cantu ad inferorum cœtum directo, inter cætera execranda,

— — parête precanti.
Non in Tartareo latitantem poſcimus antro,
Aſſvetamqve diu tenebris; modò luce fugata
Deſcendentem animam: primò pollentis hiatu
Hæret adhuc orci.

Qvæ, & plura, leguntur libro ſexto Lucani. Spiritus qvosdam haberepoteſtatem in animas defunctorum, ut eas corpore induere poſſint; ſed intra ſpácium duodecim menſium poſt exceſſum hominis; per qvod tempus anima aſcendit ad corpus & deſcendit; docet Menaſſeh Ben-Israel, h. librum Zoar ſecutus. In Septentrione certè, apparentia qvondam ſpectra, crediderunt eſſe nuper defunctorũ larvas: Sic refert de Glamo Grettla, qvod poſtqvam tumulatus eſſet, *mox* manes ejus apparuerint: & idem de Hrappo confirmat Laxdæla. Hæ apparitiones ſi mala damna darent, variis modis obviam ire conati ſunt, qvibus manes illi infeſti videbantur; qvorum tres recenſet Brynolfus Svenonius notis in Saxonis librum qvintum; qvi exemplis, ab eo omiſſis, illuſtrandi ſunt. Vel enim caput corpori abſciſſum, partibus obſcænis applicuerunt; qvomodo Gretterum, proſtrato in tergum Kari ſpectro, qvod omnes prædia circa tumulum ipſius habentes infeſtaſſe & depuliſſe dicebatur, feciſſe, in hiſtoria eius legitur: Grettir bra þa ſverdinu Jo- " kulsnaut oc hio a hals haugbuans ſvo at aftok hofudid;ſet- " ti hanu þad vid þio honum. h.e. *Tunc Gretterus enſem ab* " *poſſesſore qvondam Jokullo nominatum vibravit, & collo*

h. de reſur. mor. lib, 2. cap. 6.

tumulati adegit ut caput abſcinderetur; qvod ad podicem ipſius poſuit. Vel cadaver, ſtipite palove magnâ vi per truncum adacto, humi affixerunt, de qvo loqvitur apud Saxonem paulo ante nobis memoratus Asmundus:

Haud impunè tamen monſtrifer egit,
Nam ferro ſecui mox caput ejus,
Perfodiqve nocens ſtipite corpus.

Niſi fotſitan hi duo modi pro uno reputandi ſunt, qvod nempe caput abſciſſum parti obſcænæ appoſuerint, deinde palum per corpus capite privum adegerint. Communior modus erat, corpus univerſum, humo effoſſum, concremare & in cineres minutiſſimos redigere, unde in Eiriks Rauda „ ſogu Gudrida Thorſteino dicit: Garda vil eg lata brenna a bale ſem skiotaſt, þui ad hann velldr ollum aftr„ gongum ſem her hafa verid i vetr. h. e. *Gardum qvàm citiſſimè extructâ pyrâ cremari volo, nam cauſa eſt omnium ſpectrorum, qvæ hac hyeme apparuerunt.* Sic Gretterus cadaver Glami combuſſit, cineresqve in foveâ qvâdam in abditiſſimo loco recondidit, hiſtoriâ ejus capite decimo octavo atteſtante. Eadem Anglis, qvi ſcribente Willielmo Malmesburienſi de geſtis Regum Anglorum libro ſecundo capite qvarto, *ut credant neqvam hominis cadaver poſt mortem dæmone agente diſcurrere, penè innata credulitate tenent,* fuit perſvaſio. Cum enim in pago Bukingamenſi qvidam defunctus ſuperſtiti conjugi aliisqve moleſtus noctibus eſſet; *fuere qvi dicerent, talia ſæpius in Anglia contigiſſe, & crebris clarere exemplis, qviet em populo dari non poſſe niſi miſerrimi hominis corpore effoſſo & concremato,* memorante Guillelmo Neubrigenſi libro qvinto de Rebus Anglicis capite vicesimo ſecundo. Qvi ſeqventi

ti capite, de alio memorat in vico Bervicensi sepulto, qvi cum noctibus ex tumulo egrederetur, vicini *conduxerunt decem juvenes audacia insignes, qui corpus nefandum effoderent, & membratim exsectum redigerent in combustionem, & cibum ignis. Nam & ipsum monstrum, dum circumferretur à sathana, sicut dictum est, quibusdam fortè obvium dixisse perhibetur, quòd eo incombusto populus reqviem habiturus non esset.* Subjungit bina recentis sibi memoriæ exempla, circa qvorum ultimum peculiaris alia notanda superstitio: *Trahentes autem cadaver extra vicum, rogum celeriter construxerunt. Cumque unus ipsorum diceret cadaver pestiferum ardere non posse nisi corde extracto, alius crebris ictibus obtusi ligonis, latus aperuit, & manu iniectâ cor maledictum extraxit.* Sed & Erichtho Lucani, cadaveri resuscitato pollicita, liberum ipsum, modò ventura referret, præstare, ne qvis postmodùm magicis artibus in vitam, qviete intercalatâ, revocare posset,

— — dic, inquit Thessala, magna,
Quod jubeo, mercede mihi: nam vera locutum
Immunem toto mundi præstabimus ævo
Artibus Hæmoniis: tali tua membra sepulchro,
Talibus exuram stygio cum carmine silvis,
Ut nullos cantata magos exaudiat umbra.
Sit tanti vixisse iterum: nec verba, nec herbæ
Audebunt longæ somnum tibi solvere Lethes,
A me morte datâ.

Postqvam jam fata peregerat, excitatus

Stat vultu mæstus tacito, mortemqve reposcit.
Carminibus magicis opus est, herbisque, cadaver
Ut cadat, & nequeunt animam sibi reddere fata

Consumto jam jure semel. Tum robore multo
Extruit illa rogum: venit defunctus ad ignes.
Accensâ juvenem positum strue linquit Erichtho,
Tandem passa mori.

Carminibus magicis eos, qvi ritè sepulti nihil ominus exibant, alligari potuisse, ex Qvintiliano habet Cuperus; [i] attamen redactum in cineres corpus, si vel maximè infanda abfuissent carmina, regressum animæ prohibuisset, utpote cui vagina erepta. De Hermotimi Claromenii anima refert Plinius, [k] eam *relicto corpore errare solitam, vagamqve è longinqvo multa annuntiare, qvæ nisi à præsenti nosci non possent, corpore interim semianimi: donec cremato eo inimici, qvi Cantharidæ vocabantur, remeanti animæ velut vaginam ademerint*. A Sanctis tamen animis non negligi resoluta in cineres corpora, qvibus qvondam inclusæ fuerant, acriter disputat Hericus Monachus de Miraculis S. Germani Autissiodorensis, tomo primo Bibliothecæ Manuscriptorum Philippi Labbei editus, libro secundo, capite decimo septimo: *Cineres tamen suos amare & circumvolitare, eisqve præsentes semper assistere* (animas Sanctorum) *cunctanter animo feram, tum constanter voce efferam, ore proloqvar, privatimqve & publicè securus præiudicii profitebor*. Altioris indaginis & profundioris mysterii apparet, qvod de Hrappo refert Laxdæla. Hic moriturus, non omnia simul mori gnarus, uxori suæ præcepit, sepulchrum sibi in foribus culinæ faceret, ubi stans sepeliri vellet, ut eò facilius habitationem suam inspicere posset. id qvod et uxor sua fideliter exeqvuta est. Eum post mortem apparentem, operarios suos interficientem, & viciniæ cunctæ

i. Observ. lib. 1, cap. 20. k. Nat. Hist. lib. 7. cap. 52.

ctæ adeo infestum, ut vicum Hrapstade nemo inhabitare auderet, Olaus Pa hastâ petit, &, ut sibi videbatur, transverberat, hastâ in vulnere relictâ; & mox spectrum disparuit. Um morguninn eptir fer Olafr heiman, "oc þar til er Hrappr hafdi verit disiadr, oc liet þar til grafa. Hrappr var þa enn ofuinn. þar finnr Olafr spiot sitt; "siþan lætr hann giora bal, er þar Hrappr brendr a bali," oc er aska hans flutt a sio ut. Hedan i fra verdr engum "manni mein at aptrgongu hans. h.e. *Seqventi die Olaus" domo egressus, tumulum Hrappi petit, eumqve aperiri facit. Hrappus nondum putrefactus erat. Invenit ibi Olaus hastam suam. Postea rogum extrui curavit, ibiqve Hrappi corpus cremari: cineres deinde in mare projecti. Posthæc nulli mortalium eius larva infesta fuit.* Suspicaretur qvispiam, qvi nostrorum cum Gallis antiqvis in multis ritibus & opinionibus convenientiam novit, credidisse Olaum, ultimum remedium impediendi Manium Hrappi recursum, esse cinerum cadaveris cremati in mare projectionem, unde omnis resurgendi spes præcideretur. sic enim ex Epistola Ecclesiarum Viennensis ac Lugdunensis ad Ecclesias Asiæ & Phrygiæ, cujus authorem Valesius autumat Irenæum, habet Eusebius, [l] qvod gentiles corpora sanctorum Martyrum Lugduni in Galliis peremptorum cremata atqve in cineres redacta, in præfluentis Rhodani alveum sparserint, anno decimo septimo imperii Antonini Veri, dicentes, *ita se ne spem qvidem ullam resurrectionis ipsis relinqvere, qvâ freti novam ac peregrinam invehunt religionem, & gravissima quæque tormenta contemnunt, promptiq; & alacres mortem subeunt.* In consolationem, tam crudelem corporum, sepulturæ ho-

l. Hist. Eccl. lib. 5. cap. 1.

honore carentium, dispersionem passurorum, Augustinus in libro de cura pro mortuis gerenda [m] docet, hoc *non ob aliud credendum esse divinitùs fuisse permissum nisi ut discerent Christiani in confitendo Christum, dum contemnunt hanc vitam, multo magis contemnere sepulturam. Hoc enim qvod ingenti sævitia de corporibus martyrum factum est, si eis quicqvam noceret, qvo minus beatè reqviescerent eorum victoriosissimi spiritus, non utiqve fieri sineretur.* Voluisse gentiles tam crudeli in corpora cæsorum sævitiâ, obviàm ire venerationi Martyrum, ne reliqviæ eorum sacris ædibus honestarentur, pulcherrimus est Ammiani Marcellini, gentilibus superstitionibus non superstitiosè addicti locus, libro vicesimo secundo, capite undecimo: *Qvo non contenta multitudo immanis, dilaniata corpora peremptorum camelis imposita vexit ad littus: iisdemqve subdito igne crematis, cineres projecit in mare: id metuens, ut clamabat, ne collectis supremis, ædes illis exstruerentur, ut reliqvis, qvi deviare à religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas, adusqve gloriosam mortem intemerata fide progressi, & nunc Martyres appellantur.* Tali igitur honore Christianos frustrari volebant, ipsisqve spem è mortuis resurgendi præcidi. Noverant id credi Christianis, corpora qvoqve aliqvando in vitæ ordinem revocanda; qvod impossibile gentiles credebant: & præsertim ea, qvæ fluctibus mersa erant. Cum enim Apollonius Philosophus in Consultationibus cum Zachæo Christiano, [n] primùm de resurrectione corporis, capite vicesimo tertio, ita argumentatus fuisset: *Hoccine etiam adseri à sapientibus potest, antiquas mortuorum favillas, & in sepulcris sæculorum ætate consumptis*

m. cap. 6. n. Spicilegii Dacheriani tom 10.

sumptis vix ossium cinerem residentem, rursum in corpora posse componi, ac pristinum membrorum vigorem dubii pulveris collectione solidari? unde animas cuilibet judicio subdi posse facilius aqviescam, qvàm mortuorum corpora in vitæ ordinem posse revocari. Qvas dubitationum nebulas cum dispellere multis ex ipsâ naturâ argumentis Zachæus tentasset; rursùm capite vicesimo qvarto acriùs insurgit Apollonius: *Pone interim, qvod de sepulcris, tanquam ex notis sedibus, mortuorum favillæ reparentur in corpora; & qvia condita membra animæ noverint, ex iisdem locis confidenter reposcant; qvid eos qui fluctibus mersi sunt, bellisque prostrati, & post latronum cædes exeqviis funebribus caruerunt, escis non sepulcris membra linqventes, numquid credibile est, in eadem quæ habuerint corpora posse restitui, cùm etiam reliquiæ cinerum non queant inveniri?* Et qvid mirum, cæcos homines, nullis sacræ scripturæ radiis illuminatos, credidisse, cineribus in aqvam sparsis, impossibile esse corpora resurgere? qvi & pereuntium in aqvis mortem, ipsius qvoqve animæ esse interitum crediderunt: Unde parricidii apud Romanos pœnam, tanta verborum emphasi in oratione pro Sex. Roscio Amerino ab Cicerone prolatam, denegari spiritum vivo, terram mortuo, mare fluctuanti, litus ejecto; cùm, bovis corio seu culleo insutus cum vipera, cane, simia, & gallo: & super plaustrum, junctis nigris bobus, delatus ad mare, qvod ex Glossario veteri ad Senecam [o] annotavit Lipsius; in profundum jactaretur, sensim per futuras facci coriacei admissâ aqvâ extingvendus; ex religionis opinione & Homeri schola profluxisse, ut mortem in aqva, interitum & exitium etiam ipsius

o. de Clem. lib. 1. cap. 23.

ipsius animæ æstimarent, post Jacobum Gutherium, p. curiosè deducit Petrus la Sena, Cleombroti capite octavo. Hoc etiam, ut maximè miserabile leti genus, in Christianos martyres exercuisse gentiles, suo fato Ulpianus qvidã adolescens in urbe Tyro expertus est, memorante Eusebio, q. *post crudeles plagas & acerbissima flagrorũ verbera, unà cum cane & aspide in culeum ex crudo bovis corio insutus, & in mare præcipitatus.* Licet nonnunqvam, posthabitis tot imaginariis symbolis, simpliciter in mare à persecutoribus & flumina deturbatos atqve projectos, Eusebius libro octavo Ecclesiasticæ Historiæ, capite sexto innuat: *Alios quoque innumerabiles vinctos & scaphis impositos, carnifices in profundum mare projecère.* Causam autem, cur ista mors adeò gentilibus visa sit terribilis, ita ad librum primum Æneidos aperit Servius:

Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra,
Ingemit,

Non propter mortem, sequitur enim, O terque quaterque beati. sed propter mortis genus. grave est enim secundùm Homerum, perire naufragio, quia anima ignea est: & extingvi videtur in mari, id est, elemento contrario. Rationem è Stoicorum Philosophia exprompsit la Sena, utpote qvibus nihil præter ignem fuerit anima, qvod capite tertio ex variis authoribus deducit, sicut & prius fecerat Lipsius Physiologiæ Stoicæ libro tertio, dissertatione nona. Vererem Danorum Philosophiam Stoicis dogmatibus congruentem in multis offendimus, sed Mythologiis tantâ obscuritate involutam, ut exactè vix qveat extricari. Ignem ipsis primitùs reveritum non negaverim, qvi primum cœlum crediderunt igneum & calidum fuisse, Eddæ mythologiâ qvar-

p. de jure Man, lib. 1. cap 9. q. de Martyr. Palest. cap. 5.

qvartâ: Fyrst var sa Heimr i sudr halfu er Muspell heitir, " hann er lios oc heitr, logande oc brennande. h. e. *Primus extitit mundus ille versus meridiem, qui Muspell vocatur, qui lucidus est & calidus, flagrans & torridus.* Sanè ante imagines Deorum in fanis adoratas, aræ erant, sacro igni, qvem extingvi nefas erat, sustinendo, Buasagâ prodente: frammi fyrir stod stalli þilidr ofan med iarne, " þar a skylldi vera elldr sa sem alldregi sloknade, " þad kolludu þeir vigdann elld. h. e. *Ante collocatæ erant aræ ferro coopertæ, in qvibus adservabatur ignis nunqvam extingvendus; qvem vocabant ignem sacratum.* Jam vero Stoicum est, à natura Deorum haustos & delibatos animos, qvos *particulas* & *decerpta* & *partem* Dei magnificè dixerunt, immo *ex iisdem qvibus divina constant compositum seminibus;* idcirca rursum à corpore liberos ad sedes suas recurrere, ut Arellius Fuscus M. Annæi Senecæ svasoriâ sextâ loqvitur: *Animus divina origine haustus, cui nec senectus ulla, nec mors, onerosi corporis vinculis exsolutus, ad sedes suas & cognata sidera recurret.* Sic & nostri animos à corporibus solutos, ad Deorum consortium redituros credebant, mediante igne, qvi corpora absumeret. *Non enim dubium mihi,* inqvit Schefferus,[1] *qvin, cum ignem crederent æternum, hoc, ut certissima compendiosissimaqve via, defunctorum animas existimaverint ad sedes transire beatas, diisqve ipsis sociari.* Jusserat Odinus mortuos cremari, cum & se post mortem cremari, suis injunxisset; altitudinemqve flammæ in aëra exsurgentem beatitudini cremati conferre credebatur, observante Snorrone in Chronico Norvagico: Odinn var brendr daudr, oc var su brenna gior all. "

Mm „veglig.

1. Upsal. cap. 18.

„veglig. þat var trua þeirra, at þui hærra sem reykinn „legdi i loptit upp at þui haleitari væri sa i himninum „er brennuna atti. h. e. *Odinus mortuus, crematus est, & tunc honorabilis evasit crematio. Credebatur, qvò altius flamma exsurgeret, eò honore majori in cælo recipi eum qvi cremabatur.* Monstrare voluit Odinus, ignem animæ vehiculum esse ad beatas sedes; qvod mirabiliter confirmat Edda mythologiâ undecimâ: Gudin giordu bru af „iordu til himins, er heitir Bifrost, hana muntu sied hafa, „kann vera at þat kaller þu Regnboga, hon er med þrimr „litum ok miok sterk oc giorr med list ok kunnattu mei„ri enn adrar smidir. & in manuscripto, paucis interjec„tis additur: þa mællti Gangleri: brennr elldr yfir Bif„raust. Haar segir: þat er þu ser rautt i boganum er „elldr brennandi. h. e. *Dii pontem fecerunt è terra ad cælum attingentem, qvi Bifrost nominatur, ipsum fortè vidisti, & sine dubio iridem appellas. Tribus distinctus est coloribus, & valdè firmus, atqve majori arte, qvàm aliæ res, fabricatus. Tunc rogavit Gauglerus, an ignis super Bifrostam ardeat? Haar dixit: qvod rubri in arcu conspicis, ardens est ignis.* Sic per igneum pontem in cælum septentrionalibus scandendum; Meroveum autem in æthera raptum, Hesperi radiis, velut per igneum funem, Avitus, qvi primum pilum in exercitu Ætii gerebat, perfrictâ fronte vidisse se deierabat, narrante Forcatulo libro qvinto de Gallorum Imperio & Philosophia. Memorabile est, qvod Tacito[a] notatum reperi, Ptolomæo Ægypti Regi oblatum per qvietem decore eximio & majore qvàm humanâ specie juvenem, editis monitis, *visum eundem juvenem in cælum igne plurimo attolli.* Imitatio

sine

a. Histor. lib. 4.

fine dubio veritatis, qvia fubaudierant Eliam igneo curru in cœlum vectum: & Angelos apparentes in veteri Teftamento, ut ignem evolaffe.

Creditum aliàs noftratibus, tumulos mortuorum ignes ambire, qvafi facros, viventium manibus non tangibiles, ficut Angantyrus gladium unà fecum humatum petenti filiæ, ex tumulo infonuiffe in Hervarar fagâ memoratur, qvod ignis tumulum ambiens adeo flagrantem eum reddidiffet, ut manibus humanis fine læfione haud poffet tangi. Vocabatur is ignis *Hauga elldr* feu *ignis tumulorum*, & noctu confpectus, thefaurum in tumulo contentum prodere creditus. Ita enim Grettis faga: Þat var eitt qvelld at Grettir fa elld mikinn giordann a nefinu" þui fem nordr var fra bænum oc fpurdi huat þat være." Audun qvad hann ei varda um þat at vita. Grettir mællte, ef flikr elldr fæift a voru landi, fegdu menn ad þar" brynni af fe. Audun fagdi, fa einn mun fyrir þeim elldi" rada, at eigi mun gagn i um ad forvitnaft. Þo vil ek" þat vita, fagdi Gretter. Þar a nefinu ftendr haugr, fagdi" Audun, ftor og fterkur, þar var i lagdr Kar hinn gamle." h. e. *Qvodam vefpere Gretterus ignem multum lucentem vidit in promontorio ad aqvilonarem partem vici fito, rogavitqve qvid effet. Audunus refpondit, nihil ipfum referre. Gretterus dixit, fi hujusmodi ignis in mea patria confpiceretur, crederent homines eum fuper pecuniam ardere. Audunus regeffit: Huic talis præeft, ut curiofius in illum qværere non conducat. Attamen ego qvis fit, fcire aveo, fatur Gretterus. Tunc memorat Audunus: in illo promontorio tumulus exftat magnus & firmus, in illum illatus eft Karus annofus.* Hoc colloqvium cum

Auduno conferens Grettetus in Norvegia constitutus erat, itaqve de patria sua, Islandia loqvitur, ibi conspectos ignes, thesauros indicare latentes, teste Egils sagâ, ubi de arcis pecuniâ repletis ab Egillo ante obitum defossis „ agitur: geta þess sumir at Egill muni þar feit hafa fol- „ git þui at þangad er oftliga sen-hauga elldr. h. e. *quidam conjiciunt, Egillum ibi thesaurum suum defodisse, cum ex illo loco sæpius ignis emicet.* An autem crediderint, ignem illum tutelæ Manibus esse in consepultis thesauris conservandis, non dixerim, cùm e contra, qvi viribus fisi pugiles, nullo metu Manium, sepulchra intrare audebant, pestiferarum aqvarum impetu prohibiti narrentur, ne interiora, ubi recondita pecuniæ vis, intrare possent; & tetro odore, humanis naribus non tolerabili. Legimus in Jarla sagâ, cum Dolli tumulum in insula Norvegiæ *Dols ey* dicta situm, Rognvaldus Kolson Orcadum insularum Comes intrasset, qvod magna opum copia intus ab gigantis dudum demortui Manibus asservari crederetur, mercatores qvi fortè illuc delati sese adjunxerant, magnâ confectâ viâ, ad tetrum pestiferumqve venientes torrentem substiterunt; nec qvisqvam tranare ausus, præter Comitem atqve servum ipsius Havardum. Trajectis aqvam intolerandns fœtor objicitur, qvi ultra procedere vetuit. Comes ideo, priusqvam vestigia relegeret, velut in monumentum audaciæ, struem lapidum erexit, hanc canens cantilenam:

„ Her hef ek hafan giorvan
„ Hardgediudum varda
„ Dolls i dockum helli
„ Draugs leita ek sua bauga.

„ Eigi

„Eigi veit ek huer ytir
„Unnskida fer fidan
„Langa braut oc liota
„Leid yfir vatnid breida.
h. e.

Heic in tenebricoso Dolli spectri antro, audaci (successori si qvis postmodum intrare audeat) *altum lapideum indicem erexi; sic aurum quæro. Nescio quis virorum, per hoc vastum stagnum, longum & horrendum iter posthac suscipere ausurus erit.* Cum Hordus, memorante Holmveria sagâ, Soti tumulum aperiri faceret, adstantes rogavit, ut à fœtore, qvi exhalaturus esset, sibi caverent: Et postqvam Hordus tumulum intraverat, fœtorem maximum sentiit. Sed eum ex sepulchris oriri potuisse naturaliter, non incredibile: aqva subterranea thesauri consepulti custodiæ deputata esse credebatur, attestante Saxone libro tertio, ubi simul scatebram ejus indagare aggressus est, de Balderi tumulo sermone instituto: *Hunc qvidam nostri temporis viri, qvorum præcipuus Haraldus erat, vigente veteris sepulturæ famâ, spe reperiendæ pecuniæ noctu adorti, repentino cœptum horore liqverunt. Ex ipso namque perrupti montis cacumine subita torrentis vis, magno aqvarum strepitu prorumpere videbatur, cujus rapidior moles incitatissimo lapsu subjectis infusa campis qvicqvid offendebat involveret. Ad cujus impetum deturbati fossores, abjectis ligonibus, variam carpsêre fugam, irruentis aquæ vorticibus implicandos se rati, si cœptum diutius exequi niterentur. Ita à diis loci illius præsidibus incussus subitò metus, juvenum animos avaritia abstractos ad salutis curam convertit, neglectoque cupiditatis proposito, vitæ studiosos*

diosos esse docuit. Hujus autem scaturiginis speciem adumbratam, non veram fuisse constat, nec ab imis terræ visceribus genitam, sed præstigiosa quadam administratione productam, cum in arido liquidos manare fontes natura non sinat. Paganis credebatur, hanc sepulchralem aqvam ex styge manare, Gioll ipsis dicto amne, cujus mentionem facit Eddæ mythologia qvarta: Fyrr var þat morgum oll- " dum enn iord væri skoput er Niflhæimr var giorr. ok i ho- " num midium liggr brunnr sa er Hvergelmir heitir. ok " þadan af falla þær aar er sva heita, Svol, Gunnþra, Fiorn, " Fimbul, þul, Slidr ok Hrid, Sylgr ok ylgr, Vid, Leiptr, " Gioll er næst Helgrindum. h. e. *Multis seculis ante* " *terram creatam factus est Infernus, in cujus medio jacet fons Hvergelmir dictus, unde hi amnes profluunt, Svol, Gunnþra, Fiorn, Fimbul, þul, Slidr, Hrid, Sylgr, Ylgr, Vid, Leiptr, & Gioll sive Styx cancellis inferni proximus.* Hujus mentionem rursùm injicit Edda mythologiâ qvadragesimâ qvartâ, & Saxo Gramaticus libro primo. Ex ipso scaturientes aqvæ tumulos mortuorum custodire intus creditæ, sicut extra terram apparentes ignes, violare busta volentibus, essent credo terrori. Naturalem autem ignem ipsi Manes horrere credebantur, tenebris sveti gaudentesqve. De Hordo Soti tumulum intrante prolixa est in Holmveria sagâ narratio; descendens Gerhardo comitanti dixit, sumeret secum ignem & ceram, insignium in tali occasione virium; qvi postqvam descenderat, tandem Hordus januam invenit, qvam adjumento Gerhardi effregit: tum terræ motus factus est, lumenqve extinctum. Irruentes deinde Soti Manes viribus suis validiores Hordus animadvertens; cum eo tangente carnem Hordi, tumor protinus oriretur, Ger-

har-

hardum inclamat in foribus consistentem, candelam ceream accendere properaret; cujus lumine perculsus Sotus vires amisit ac in terram cecidit. Hordus Gerhardum cum cereo propiùs venire jubet; Sotus terrâ absorptus est, lumen expectare nolens. Memoratur qvoqve de Rognualdo Orcadum Comite, in Jarlasaga, qvod aqvam pestiferam in Dolli tumulo fluentem tranaturus, titionem unâ manu tenuerit, alterâ silicem & cætera igni excutiendo apta. Lappones sanè adhuc, Scheffero [t] observante, præsertim qvi ritus Christiani minus observantes sunt, defunctis addunt silicem cum chalybe, cum qvando resurgent, in istis tenebris opus habituri sint lumine, qvo conducat chalybs cum silice. Ergo ante resurrectionem in continuis tenebris manere crediti; qvò alludit arguta apud Gruterum [u] Inscriptio:

VIXI. QVEMADMODUM. VOLUI
QVARE. MORTUUS. SUM. NESCIO
VIATOR. NOLI. MIHI. MALEDICERE.
NEQVEO. IN. TENEBRIS. RESPONDERE

In Niala tamen reperi exemplum unius defuncti, non sine lumine in tumulo jacentis, immò carmina qvoqve canentis, martium animum & post obitum testantia. Uti illic describitur, heic dabo: Sa atburdr vard at Hlidar- " enda at smalamadr ok gridkona rak se hia haugi Gun- " nars. þeim þotti Gunnarr vera katr. ok qveda i haugi- " num. foru þau heim ok sogdu Rannveigu modur Gun- " nars atburdinn. & mox: þeir Skarphedinn ok Hogni vo- " ru uti eitt kvelld firir sunnan haug Gunnars. tunglskin " var biart en stundum dro firir. þeim syndiz haugrinn " opinn ok hafdi Gunnarr snuiz i hauginum ok sa i moti "

„ tung-

t. Lappon. cap. 27. u. pag. 923. n. 5.

„ tunglinu. þeir þottuz. fiogur lios sia brenna i hauginum,
„ ok bar hvergi skugga a. þeir ſa at Gunnarr var katlíge
„ ok med gledi moti miklu. hann qvad vísu ok ſva hatt
„ at þo mattu þeir giorla heyra þ ott þeir væri firr.

„ Mælti daugla deilir
„ dadum rackr ſa er had ï
„ biartr med beztu hiarta
„ benraugn fadir Haugna
„ helldr qvez hialmi falldenn
„ hiorþiliu ſia vilia
„ vætti draugr en vægia
„ valfreyiu ſtafr deyia
„ valfreyiu ſtafr deyia.

„ Sidan laukz aptr haugrinn. Mikit er um ſirerburde
„ ſlika ſegir Skarphedinn, er hann ſialfr vitraz ockur.
„ ok villdi helldr deyia. en vægia firir uvinum ſinum;
„ ok kendi hann ockur þau rad. h. e. *Accidit in prædio Hlidarenda, qvod opilio & famula qvædam prope tumulum Gunnari pecora agentes audirent Gunnarum hilarem eſſe, ac in tumulo canere; illi cum domum veniſſent, Rannvegæ Gunnari matri hanc viſionem dixerunt. Veſpere qvodam Skarphedinus & Hognus ad tumulum Gunnari auſtrum verſus conſtituti erant, ſplendebat luna, niſi qvod qvandoqve nubibus obduceretur, tumulus illis apertus apparebat; Gunnarusqve in ſede converſus lunam aſpicere, qvatuor lumina in tumulo ardere illis viſa ſunt, adeo ut umbra nullibi conſpiceretur; Gunnarum hilarem vultuqve læto eſſe viderunt, hic carmen cecinit voce tam alta, ut id facile audire potuiſſent qvamvis remotius inde ſtetiſſent.* Carminis preſſior interpretatio, hæc conjicitur: *Locu-*

Locutus est miles virtute plenus, candidus Hogni pater, qvi animose qvondam præliatus est, dixitqve bellator iste galeatus, se potius mori voluisse, qvàm alicui cedere.

Deinde tumulus claudebatur. Visio hæc magni est momenti, ait Skarphedinus, nempe qvod ipse nobis apparuerit, indicaveritqve velle se potius occidi qvàm inimicis suis cedere; quod & nobis consilium dedit. Qvalia fuerint illa tumulum irradiantia lumina, non exprimitur; certè ignes sepulchra ambire visi, & super illa apparentes, spreti erant audacioribus, ut ad comburendum vel nocendum viventibus incapaces, Hervara judicante; qvæ, ut in ejus Historia narratur, paternis Manibus, ut eam ab Tyrfingo gladio capiendo terrerent, ignem sepulchralem summoperè cavendum intonantibus, animosè respondit, ubi primùm opilioni dixerat:

„Hirdum ey fælast
„Þott elldar brenni.
„Latum ey ockur
„Lytid saka
„Recka slyka.
„Rædum fleira.

h. e.

Ne timeamus,
Qvamvis ardeant ignes,
Nec patiamur nos
Exiguo terreri,
Viros tales.
Loqvamur plura.

Postea paternæ umbræ regerit:

„Hygg eg eige

N n „Elld

„Elld brenna þan
„Er framlidnum firdum
„Leikur um sioner.
h. e.
Non credo
Ignem illum ardere;
Qvi demortuis viris
Circa oculos volitat.

Accepto demum qvem maximo desiderio ambiverat, gladio, Hervara Manibus ultimum vale hoc carminę dixit:

„Bui þier aller,
„Burt mun eg skiotla,
„Heiler i hauge,
„Hiedan fyser mig.
„Helst þottunst eg
„Heima i mille,
„Er mig umhuersis
„Elldar brunnu.
h. e.
Valete omnes
Tumuli incolæ;
Ego festinanter abeo,
Hinc me recipiens.
Videbar mihi versari
In media aëris regione,
Qvando me circumcirca
Ignes flagrabant.

Heic non obscura Stoicæ doctrinæ cernuntur vestigia. Valedicit Hervara umbris collem possidentibus, cum qvibus qvamdiu versata fuerat, credebat se in aëre constitu- tam

tam fuisse; ubi animas Heroum separatas Stoici collocabant: qvod dogma ipsorum ex Cicerone, Lucano, Seneca, aliisqve eruit in Physiologia Stoica Lipsius. Convenienter verbis Hervaræ, loqvitur Martianus Capella: [x] *A medietate verò aëris usqve in montium terræqve confinia, Hemithei Heroesqve versantur. qvi ex eo qvod Heram terram veteres dixerunt, Heroes nuncupati. Ibiqve manes, id est, corpori humano præsules attributi, qvi parentum seminibus manaverunt. Deniqve hæc omnis aëris à luna diffusio sub Plutonis potestate consistit: qvi etiam Summanus dicitur, qvasi summus Manium.* Ita autem scribit Macrobius: [y] *Hesiodus qvoqve divinæ subolis assertor priscos Reges cum diis aliis enumerat; hisqve exemplo veteris potestatis etiam in cælo regendi res humanas assignat officium. Hoc et Virgilius non ignorat; qvi, licet argumento suo serviens, heroas in inferos relegaverit, non tamen eos abducit à cælo: sed æthera his deputat largiorem, & nosse eos solem suum ac sua sidera profitetur. Hæ autem animæ in ultimam sphæram recipi creduntur, quæ aplanes vocatur. nec frustra hoc usurpatum est; siqvidem inde profectæ sunt. animis enim necdum desiderio corporis irretitis siderea pars mundi præstat habitaculum, & inde labuntur in corpora. ideo his illo est reditio, qvi merentur. rectissime ergo dictum est cum in galaxia, qvem aplanes continet, sermo iste procedat, hinc profecti huc revertuntur.* Neqve aliter, qvantum adhuc ex mythologiis elicere potui, nostri, ad Odinum Heroum animas remittebant, qvi creationem hominis descripturi, Odinum, id est Solem seu Ignem, tanqvam suæ essentiæ particulam, Animam & vitam homini dedisse narrant. Ita enim vetusta Oda in Edda Sæmundi,

x. de Nupt. Phil. lib. 2. y. lib. 1. cap. 9.

Volofpaa dicta :

„ Unnz þrir komo or þui liþi
„ Auflgir oc Aftgir Æfir at hufi
„ Fundo a landi litt megandi
„ Ask ok Emblo aurlauglaufa.
„ Aund þau ne atto, oþ þau ne hofdo
„ La ne læti ne lito goþa.
„ Aund gaf Odinn , oþ gaf Hænir
„ La gaf Loþurr ok lito goþa.

Qvæ ita reddidit Stephanus Olai :

Donec tres venerunt ex illo agmine,
Præpotentes & amabiles Afæ ad domum qvandam,
Offenderunt in littore miferos
Afkum & Emblā omni conatu(potius:*fato*)*deftitutos.*
Animam nec poffidebant, rationem nec habebant,
Nec fangvinem, nec fermonem, nec faciem venuftam.
Animam dedit Odinus, rationem indidit Hónerus:
Lodur fangvinem addidit & faciem venuftam,

Odino fratribusq; eius Vilo & Ve afcribit Mythologia „ feptima Eddæ Snorronianæ : Bórs fyner gengu med „ fiafar ftrondu, oc fundu tuo tre, oc toku upp trein, „ oc skopudu af menn, gaf enn fyrfti ond oc lif, annar „ vit oc hræring: þridi afionu, mal, heyrn oc fion; gafu „ þeim klæde oc nofn, het Karlmadrinn Askr enn konann „ Embla, oc olft þadan af mannkynit. h. e. *Bori filii ad littus maris deambulantes, duo ligna invenerunt; qvæ elevabant, & homines inde creabant. Primus* (Odinus) *animam & vitam dedit: fecundus rationem & motum: tertius faciem, loqvelam, auditum & vifum; dederunt ipfis amictum & nomina, marem Askum, fœminam Emblam vocantes; & inde genus humanum propagatum eft.*

Qvod

Qvod ex ligno hominem formaverint, & deinde animam immiserint, qvid si significare dicamus, lignum esse ignis fomitem, qvemadmodum corpus animæ est sustentaculum? Abstrusiores fortassis videbimur, si ideo ex lignis ad littus maris inventis creatos homines, à mythologis septentrionalibus traditum dicamus, ut persvaderentur incolæ non minora ex maris usu vitæ præsidia, & gloriæ decora peti posse, qvàm ex terra: & si forte fatum ibi subeundum, ne expavescerent aqvarum vi allatam mortem: sed supra Stoicos saperent, cum lignum aqvâ non deprimatur ad fundum, sed superficiem maris lambat. Necessaria erat hæc persvasio illis, qvi per cuncta secula mare, florentes seqvebantur, illud trajicere fragilibus haud veriti ratibus: maritimis præliis piraticâq; supra alias nationes famosi. qvem communem omnibus animi affectum, dum de se ipso canit, exprimere primo Saxonis libro Hadingus videtur:

Officiunt scopuli rigentes,
Difficilisqve situs locorum,
Mentibus æqvor amare svetis.
Nam freta remigiis probare,
Officii potioris esset,
Mercibus ac spoliis ovare,
Æra aliena seqvi locello,
Æqvoreis inhiare lucris;
Qvàm salebras, nemorumqve flexus,
Et steriles habitare saltus.

Itaqve in qvovis discrimine, si manus cum hoste navali pugnâ cconferendæ, mortem in aqvis minimè timebant, istiusmodi præliis supra qvàm terrestribus addicti;

testante Adamo Bremensi: [a] *Multa utrinqve* (inter Danos & Sveones) *bella navalia. Sic enim ea gens confligere solet.* Multo minus fluctus maris pro sepulturâ horrebant; ut deinceps pleniùs audiemus. immo corpora in mare nonnnunqvam projecta, lapidibus gravata, ut fundum certissimè peterent; qvod de Rainaldo Danorum seu Normannorum in Galliis duce refert Aimoinus monachus Floriacensis: [aa] *Corporis ejus tumulo pyramidem superædificatam validissimo accepimus terræ motu subversam, ac eius cadaver tellurem à suo rejecisse sinu: qvod culeo cum lapidum mole insutum, in Seqvanam est demersum, qvandoqvidem humo non pòterat contineri tectum.* Illud modò adjiciam, qvod Issirdinga saga refert, Thormodi cujusdam, cum post obitum larva ipsius noxia vagaretur, corpus in mare projectum fuisse; & àb ulteriori vagatione deinceps, fluctibus obrutum cessavisse.

CAPUT. III.

Navigium apud Ægyptios symbolum Consecrationis. Danorum Reges, & honoratiores, navigia habebant pro sarcophagis. Cadaver in puppi collocabatur. Odinus & cæteri Asiatici qvomodo in septentrione divinum cultum obtinuerint. Odinus funebres ritus consecrationi inservientes instituit, qvi diu duraverunt. Christiani, & Magi Persarum, combustionem aversabantur. Dani aqvam igni miscere audentes, de immortalitate animæ persvasi, mortem in aqvis non horruerunt: multo minùs pii Martyres.

SI allata de creatione Hominum ex ligno ad littus maris invento conjectura minùs arrideat: liceat aliam ad-

a. lib. 2. cap. 21. aa. de mirac. S. Ben. lib. 1. cap. 2.

adjicere ex Ægyptiorũ penetralibus depromptam; ideo ex ligno formatos homines, qveis Odinus animam & vitam dedit, qvod ex ligno Navigium conficiatur; statuerunt autem Ægyptii, animam primum corpus tanqvam navigium conscendere, corporeo mundo sese immiscentem, qvod ex Synesio deducit la Sena. [a.] Fluxit hinc eorundem consvetudo, statuis Dæmorum subjiciendi Navigia, Porphyrio attestante; in qvorum numerum, delicias suas, Antinoum, referri sollicito Hadriano, Græci qvidem, effusa in adulationem gens, eum consecraverunt, oracula per ipsum dari afferentes, ut ait Spartianus: neqve minùs Ægyptii impuro catamito consecrationem impendebant, confirmante lapidis Romani in campo Martis, ad Isidis, reperti inscriptione, qvam Gruterus paginâ octuagesimâ sextâ producit, & Vossius [b.] ita exponit: *Antinoo eundem cum Diis Ægyptiis thronum occupanti.* Dedicasse hoc monumentum honori Antinoi Libertum Hadriani, aut aliqvem è Trajani cognatis, annotat in Spartianum Casaubonus. Ipse Imperator, Dione [c.] scribente, statuas ei, vel potiùs simulachra, in omni ferè orbe terrarum collocavit: & sepeliri fecit in urbe, qvam ex eo denominari voluit, Antinoopoli; sepultumqve cum lusorio navigio, testante Epiphanio, consecravit. Illud idem Navigium fuisse, qvo ludicri causâ in Nilo cum Hadriano vectabatur, Scaliger in Animadversionibus Eusebianis adfirmat, & ex qvo in flumen decidit, ut ipse Hadrianus scripsit, referente Dione; qvi tamen. non minùs qvàm Aurelius Victor, fatetur immolatũ certè fuisse, pro Hadriano curiositatum omnium exploratore devotum. Causam autem cum navigio sepulti hanc concludit la Sena: *Ecqvid aliud innuis-*

a. Cleombr. cap. 6. b. de Idol. lib. 1. cap. 31. c. lib. 69.

nuisse Epiphanium credere par est; cùm Antinoum ab Adriano, in urbe Antinoi, cum lusorio navigio sepultum dicat, præterqvam affectum indicasse Imperatoris, qui florem Juvenculorum ab ætate, à venustate, ab elegantiis, & morum suavitate posteris commendatum volens, iis imaginibus illius tumulum insigniverit? Longè alia interpretatio Henrico Valesio [d] arrisit: *Ægyptii cum dæmones fingebant, eos non in solido ac stabili statuere consveverant, sed in navigio. Ita Solem aliosqve omnes effingebant.* De Sole & Luna fidem facit Plutarchus: [e] *Solem & Lunam dicunt non curribus, sed navigiis vectos; cursus suos continuare.* Unde Solem hominis cujusdam navigium crocodilo impositū conscendentis symbolo repræsentabant, teste Eusebio, [f] cui mirabilem adfert lucem gemmæ icon, in qva lotus naviculæ insistit, loto homo, non alium qvàm Solem repræsentans, explicante qvi eam protulit Gisberto Cupero in eleganti tractatu qvem Harpocratem inscripsit. De Luna autem seu Iside notabile est qvod Tacitus [g] annotavit, signum ipsius à Svevis adoratum, in modum liburnæ fuisse figuratum, qvod docebat advectam religionem: Idcirco Antinoi navigio, tanqvam proprio qvodam Ægyptiorum symbolo, apotheosin ipsius indicari, & nos suspicamur; qvæ non justè perfecta fuisset, nisi eundem cum diis Ægyptiis thronum occupasset; qvod erat Navigium. Eandem mentem veteribus Septentrionalibus fuisse, non penitus negaverim, qvi Deorum consortio ipsos post obitum fruituros persvasi, nihil magis optabant, qvàm in navigio sepeliri; sive corporibus integris humarentur, sive crematione priùs ad cineres redactis.

Cer-

d. notis in excerpta Const. Porphyr. e. de If. & Osir. f. Præpar. Evang. lib. 3. g. de mor. Germ.

Certè licet summam in minutissimis etiam funerum ritibus observandis, curam veterum Danorum agnoscam, maximè tamen anxii fuerunt, ne vulgaretur licentia, non nisi summis viris concessa, in proprio navigio tumulari; qvod peculiari lege magnus Septentrionis domitor Frotho sanciverat, qvam nobis libro qvinto Saxo Grammaticus reservavit: *Centurionis, vel Satrapæ corpus rogo propriâ nave constructo, funerandum constituit. Dena autem gubernatorum corpora unius puppis igne consumi præcepit. Ducem qvempiam aut Regem interfectum proprio injectum navigio concremari.* Unde postea cæso in Bravicâ pugnâ Haraldo Hyldetanno cum rogus extructus esset, Dani *inauratam regis sui puppim in flammæ fomentum* conjecêre; sicuti libro ejusdem octavo annotatum est. Eodem honore dignatus est Egillus Ullserkus, postqvam voti compos, gloriosâ morte in acie occubuisset, Snorrone memorante in Chronico Norvagico: "Hakon konungr tok þar skip þau oll er Eiriks synir hofdo att, oc voro uppi fiorud, oc let draga a land upp. þar let Hakon konungr leggia Egil Ullserk i skip oc med honum alla þa menn er fallit hofdo af þeirra lidi let bera þar at iord oc griot. hann let oc fleiri skip upp-setia oc bera a valinn. oc ser þa hauga enn fyrir sunnan Frædarberg." h. e. *Rex Haqvinus naves qvas Erici filii possederant, in littore hærentes accepit, easqve in terram subduci fecit. Deinde Egillum Ullserkum, cumqve eo omnes qvi ex ejus ceciderant exercitu, navi imponi curavit, eamqve terra & lapidibus superingestis operiri. Pluribus qvoqve navibus in siccum ductis cæsorum cadavera illata sunt. Tum tumuli desuper exstructi*

ſunt, qvi adhuc ad rupem Frædarberg verſus auſtrum viſuntur. Cur lapides additi, & qvo ritu, elegans occurrit locus in Giſla Surſſonar ſagâ: þeir leggia þorgrim i skip, „ og verpa hauginn eptir fornum vanda, oc er buit var „ ad lykia haugin, gengr Giſle at tekr ſtein ſtorann ſem „ biarg oc leggr i skipid ſo nær þotte huort tre i ſundr „ hrockva oc brakadi i skipinu, og mællte: Ecki kann ek „ skip ad feſta ef þetta tekr vedur upp. h. e. *Thorgrimum navi imponunt, tumulumque veteri more faciunt. Cumqve tumulus aggereretur, Giſlavus lapidem immenſæ magnitudinis navi ſuperimponit, ut omnia navis ligna fragorem ederent. Tum dixit: Navem terræ affigere neqveo, ſi tempeſtas hancce loco moverit.* Relatum qvidem invenio, fœminis primariis nonnunqvam id honoris habitum, ut de Unnura refert Laxdæla ſaga, eam navi impoſitam in tumulū illatam fuiſſe. Aliàs viris ea propria ſepultura, & viris eminentioribus, atteſtante Watzdæla ſagâ: Ingemun- „ dr var lagdr a skipsbatinn fra Stiganda, buid um vir- „ duliga, ſem þa var ſidr um tigna menn. h. e. *Ingemundus in ſcapham, qvæ navem Stigandam ſubſeqvi ſolebat, deportatur, cum decenti ornatu; ſicut tunc honoratos viros ſepeliri mos erat.* Collocabatur autem defunctus ut plurimùm in puppi; cum enim Hordus tumulum Soti intraſſet, navem magnam offendit, & in puppi collocatum Soti cadaver, docente Holmveria ſagâ: *Sote ſat i odrum ſtafne.* Ratio in manifeſto, qvia dum in vivis eſſent Reges, Duces, & eminentiores viri, maritimiſqve delectarentur expeditionibus, ipſi communiter ad clavum ſedebant, ducis, milites nautasqve inſtruendo: Gubernatoris, navim regendo: Militis, in hoſtes pugnando: officia

ſtrenuè

ſtrenuè fungentes. Itaqve qvi vivis fuerat, mortuis etiam adſignabatur locus. Qvo autem in navigio collocabatur eminentiæ alicujus defunctus, illinc omnes minoris notæ arcebantur, non patientibus Manibus illuſtris prærogativæ communicationem. Memorabilis de Aſmundo Atleri filio relata eſt in litteras hiſtoria, cujus guſtum dedit Arngrimus Jonæ in Specimine Iſlandiæ: [h.] *Aſmundi fundus erat Langhollt; mortuus in Oxl, ſepelitur cum adjuncto ſibi ſervo, naviculæ, ſarcophagi vice, impoſitus, ſub buſto, Aſmundar-leide.* nos integrã dabimus ex Landnamaboc, nobili Iſlandorum monumento: Aſmundr bio a Langhollti at Þorutoptum, hann atte Langhollz Þoru. Enn Þa er Aſmundr elldtiz ſkildiz hann vid Þoru fyrir mannkvæmd oc for i Auxl at bua til daudadags. Aſmundr var heygdr Þar, oc ſkiplagdr, oc Þræll hans med honum, ſa er ſer banadi ſialfr, oc villdi eigi lifa eptir Aſmund. hann var lagdr i annan ſtafn ſkipſins. litlu ſidar dreymdi Þoru at Aſmundr ſagdi ſer mein at Þrælnum Þar heitir Aſmundarleidi er hann er heygdr. Viſa Þeſſi var heyrd i haugi hans."

,, Einn byggi ek ſtod ſteina
,, Stafn rums atals hrafni.
,, erad of Þegn aa Þilium
,, Þraung by ek a mar ranga
,, rum er baudvitum betra
,, brimdyri kna ek ſtyra
,, lifa mun Þat med lofdum
,, lengr enn illt of gengi.

Eptir Þat var leitad til haugſins oc var Þrællinn tekin ór ſkipinu. h. e. *Aſmundus prædium Thorutoptir ſitum in*

Oo 2

h. pag. 33.

in Langhollti, inhabitavit; uxor ejus erat Thora de Langhollti, qvam Asmundus, senex factus, ob hospitum freqventiam deseruit, Auxlamqve migrans, ibi ad obitum habitavit. Ibidem Asmundus navi impositus tumulatus est, cumq; eo servus illius, qvi mortuo Domino supervivere nolens, se ipsum occiderat; hic in prora navis collocatus est. Paulo post Asmundus Thoræ in somno apparens, se servi præsentiam ægre ferre dixit. Locus ubi tumulatus est, Asmundi tumulus dicitur. Carmen seqvens in illius tumulo cantari auditum est.

Solus in tumulo navem inhabito, navi nemo ingenuus mecum inest, ego in nave molestor, Animoso vacuus locus melius placet, qvàm mali comites, navem guberno, hæc diu hominum memoriæ inhærebunt.

Deinde servus, tumulo aperto, navi exemptus est.

Nunc qvantum velamenta fabularum dimovere conceditur, videamus cur primarii viri, & qvi inter Heroas post mortem censendi, vilioribus exclusis sibi navigia solis reservari in sarcophagorum usum cupiverint; & qvatenus id consecrationi ipsorum inservierit. Qvod de Zamolxide refert, veteres secutus Brunnerus: [i] *ejus sapientia propè Divina visa, unde primum cultui Dei, qvi apud Getas maximus est, præfectus; paulò post, cùm Sacerdotii satur, Deus esse mallet, nemine refragante, nomen illud assumpsit.* illud qvoqve in Odinum, Romanorum arma victoriosa fugientem, ex Asia in Septentrionem se conferentem, apprimè qvadrat. Mox enim Deorum cultum, qvi heic antè viguerat, non abolevit, sed porius in veneratione solitâ conservare annisus est, cum tributum sibi homines, pro capite nummum, pendere fecisset; qvò

i Annal. Boic. par. 1. lib. 3.

qvò, Antiſtitem ſe ſacrorum & tanqvam Maximum Pontificem conſtituens, ſacrificia Diis ritè faceret. Senſim tamen in ſe divinum honorem transferre conabatur; magicis artibus, qvarum callentiſſimus erat, qvæ ſupra vulgi captum eſſent, vel efficiens, vel efficere creditus cæcatis ſuperſtitione animis. Itaqve qvocunqve demum antea nomine cenſebatur, animadvertens ſive Solem, vel qvod aliud primarium Numen in his terris cultum, ſub Odini nomine adorari, illud ſibi aptavit. Et ne congerie Numinum læta credulitas, eripi ſibi eorum multitudinem cui aſſveverat, conqvereretur, cæteram Aſianorum turbam iisdem nefandæ Magiæ ſacris initiatam, præſtigiisqve pollentem, Majorum duodecim Deorum thronos ſcandere fecit, & integrum Senatum conſtituere. Incolis erant admirationi, qvi ſine dubio perſvaſi, deſcendiſſe ad ipſos cœleſtia Numina, cum ſimilibus Divorum nominibus, qvibus aſſveti erant, advenas nuncupari audirent: ea patrari, qvæ humanis viribus impoſſibilia non ſollicitè ſatis ſerutantibus viſa, conſpicerent: reſpexiſſe Septentrionem Cælites, in ſolatium incolarum, gaudentes; execrandam hanc Magorum colluviem, Deos ſuos, & qvidem majorum gentium nominant, venerantur, adorant, & ſacri„ficiis placant propitianturqve. Enn Odin ok þa tolf „blotudu menn oc kollodo þa god ſin, oc trudu a þa lengi ſidan. h. e. *Et Odino atqve Duodecim ſacrificaverunt homines, & vocaverunt ipſos Deos ſuos, & in ipſos diutiſſimè crediderunt*: Ut loqvitur Snorro, allata hucusqve memorans. Cui conſentientem Saxonem[k] audiamus: *Olim qvidam magicæ artis imbuti, Thor videlicet & Othinus, aliiqve complures mirandâ præſtigiarum machina-*

 tio-

k. lib. 6.

tione callentes, obtentis simplicium animis, divinitatis sibi fastigium arrogare cœperunt. Qvippe Norvagiam, Svetiam, ac Daniam vanissimæ credulitatis laqveis circumventas, ad cultus sibi pendendi studium concitantes, præcipuo ludificationis suæ contagio respersserunt. Adeo namqve fallaciæ eorum effectus percrebuit, ut in ipsis cæteri qvandam numinum potentiam venerantes, eosqve deos, vel deorum complices, autumantes, veneficiorum auctoribus solennia vota dependerent, & errori sacrilego respectum sacris debitum exhiberent. His obtentis, sollicitus Odinus, cùm effugiendi mortem nulla in Magia spes, ne venerationem ejus omitterent, qvem communi hominum fato fungi conspicerent; eo se modo cremari voluit, qvo non mori se, sed cœlestem animam, relicto qvod ad tempus induerat corporis tegumento, divinas sedes repetere, conabatur persvadere; & obtinuit. creditus post mortem, unde adventasse se ipse dixerat, Asgardiam petivisse, in æternum illic victurus: Unde major de die in diem ejus Numinis adoratio, & ferventior cultus. Ita enim Snorro: „Nu hugdo Sviar at hann væri kominn i forna Asgard, „oc mundi þar lifa at eilifu. hofz þa af nyio atrunadr „vid Odin oc aheit. h. e. *Jam credebant Sveci ipsum venisse in veterem Asgardiam, & ibi æternum vivere. Tunc qvasi de novo incepit cultus Odini & adoratio.* In hunc finem non proprii modò corporis cremationem instituit, sed & ante obitum, eos solennes funerum ritus ordinavit, qvibus defunctorum animæ qvasi consecratæ, ad ipsum „migrantes, Heroum numerum augerent. Odinn setti „laug i landi sino þau er gengit hofdo fyrr med Asum, sua „setti hann at alla dauda menn skylldi brenna. h. e. *Odinus*

nus in terris suis eam legem observandam tulit, quæ prius inter Asas custodita fuerat, ut omnes mortui comburerentur: verba sunt Snorronis. Qvo ritu comburerentur, discimus ex Eddæ mythologia qvadragesima tertia, ubi unius Asianorum funus describitur omni sollicitudine procuratum, ad normam posterorum, & divinitatis opinionem defuncto conciliandam. Neqve enim is erat unus ex vilioribus, sed Odini filius Balderus, hujusmodi encomio in Eddâ descriptus: Annar son Odins er Balldr, ok " er fra honum gott at segia. hann er beztr. ok hann losa " aller. hann er sua fagr alitum ok biartr at lyser af ho- " num, ok eitt gras er sua huitt at iafnat er til Balldrs " brar. þat er allra grasa huitaz. ok þar eptir mattu mar- " ka fegrd hans bædi a haar ok a liki. Hann er vitraztr " Aasa ok fegrst taladr ok liknsamaztr. Enn su nattura " fylgir honum at eingi ma hallaz domr hans. Hann byr " þar sem heita Breidablik a himni. i þeim stad ma ekki " vera uhreint, sua sem her segir,

„ Breibablik heita
„ þar er Balldr hefir
„ Ser of giorfa sali
„ A þi landi
„ Er ek liggia veit
„ Fæsta feiknstafi.

h. e.

Secundus Odini filius est Balderus, de qvo omnia bona prædicari possunt. Hic optimus est, & qvem omnes laudibus extollunt. facie tam clara est & nitida, ut exinde splendor emicet. Unde herba qvædam albissima Balderi superciliis comparatur, ex qvo capillorum ipsius & corporis

ris nitorem colligere potes. Hic Deorum sapientissimus est, facundissimus, & maximè misericors, hácqve indole præditus ut æqva semper judicia ferat. In cœlo habitat, ubi Breidablik dicuntur; in illo loco nulla res impura consistere potest, veluti heic dicitur:

Bredablik nominantur,
Ubi Balderus
Sibi habitaculum fecit,
In regione,
In qva jacere novi
Paucissima noxia.

Huius cæsi corpus, per patris Odini cæterorumq; Asarum curam, talibus exeqviis elatum est, qvæ ad Consecrationem ritè peragendam reqvirebantur; unde ad earum exemplar, summorum postea in Septentrione virorum peractæ, qvibus ob dignitatem, vel virium robur, aut mortis genus, indubium inter Heroes in altera vita locum obtingere posteri credebant. Discutiemus deinceps carptim per occasiones, cæteros funeris Balderiani apparatus, ex qvibus notabiles ritus fluxerunt: nunc id modò sub considerationem veniat, Balderum in proprio „navigio collocatum, pyræ impositum: Æsirnir toku lik „Balldrs ok fluttu til siofar. Hringhorni het skip Balldrs, „hann var allra skipa mestr. hann villdu Gudin framm„setia ok giora þar a balfor Balldrs. & mox: þa var borid „ut a skipit lik Balldrs. h. e. *Asæ corpus Balderi ad mare deduxerunt. Hringhorni vocabatur navis Balderi, omnium navium maxima. Hanc Dii ex navali protrahere voluerunt, ut exinde Baldero pyram extruerent. Tunc corpus Balderi in navim portatum*, & pyræ impositum

tum. Diſſentire ab Eddâ Saxo Grammaticus primâ fronte videtur, qvi ab Hothero vulneratum ad mortem in Dania Balderum, libro tertio memorat, *cujus corpus exercitus regio funere elatum, facto colle condendum curavit:* de qvo colle tanqvam ſuo tempore omnibus noto mox mentionem facit; videturqve Stephanio eorum conjectura veroſimilis, qvi eum eſſe collem exiſtimant, *qvi bifurcato apice, medio inter Hafniam & Roſchildiam itinere, non procul à pago Baldersbrónd, conſpiciendum ſe præbet.* Huic diſcrepantiæ conciliandæ hoc mihi medium arridet, Balderum illum Saxonis, qvendam fuiſſe alterius Balderi, cujus celebris erat memoria, vocabulum uſurpantem, cum Divinitatem affectaret; qvam affectationem pulcherrimè irridet Nanna Gevari filia, cujus inlicito amore correptus impuriſſimus nebulo, exqviſitis verborum delinimentis puellam aggreditur; ſed cum nullum votis locum efficere poſſet, repulſæ cauſam cognoſcere inſtitit. Tunc illa vanitatem ſcelerati cavillans, irriſoriè reſpondit, *nuptiis Deum mortali ſociari non poſſe, qvod ingens naturæ diſcrimen copulæ commercium tollat. Sed & ſuperos interdum pacta reſcindere ſolitos, ſubitoqve vinculum disjici, qvod impares contraxiſſent. Neqve enim ſtabilem diſſonis ineſſe nexum, cum apud excelſos humilium ſemper fortuna ſordeſcat. Ad ultimum, ſupernis terreſtria non jugari, qvæ tanto originis intervallo diſcors rerum natura ſecreverit, qvòd à divinæ luculentia majeſtatis infinitum diſtet humana mortalitas.* Sed & cæteros, qvi illic nominantur, Odinum, Thorum, ſacraqve Deûm ſcilicet agmina, hunc virium fiduciâ, illum magiæ cognitione, adorata tunc Septentrioni no-

mina usurpasse dicendum; cum Odinum Asianorum Principem ante Rolfonis Krakæ, qvi apud Saxonem, in regno præcessit Hotherum, imperiū non brevi tempore decessisse, ex Saxone ipso monumentisqve Islandorū colligatur, observante in antiqvitatibus oculatissimo Thormodo Thorfæo;l. licet qvædam in descriptione eorundem Divorū admisceat Saxo, qvæ Asiaticis optimè competant. Ipse qvoqve Saxo m. annotavit, necdum cæso, qvem Othini filium facit, Baldero, immiscentem se alienæ discordiæ Gelderum Saxoniæ Regem, sed eodem consumptum bello, ad modum funeris Eddici Balderi sepultum, Hothero tales ipsi exhibente exeqvias, qvæ Regem: & Regem in prælio cæsum: consecrandum: & inter Heroës occupaturum sedem decerent; nam *remigum suorum cadaveribus superjectum, ac rogo navigiis extructo impositū, pulcherrimo funeris obseqvio extulit. Cineres eius perinde ac regii corporis reliqvias, non solū insigni tumulo tradidit, verū etiam plenis venerationis exeqviis decoravit.* Cineres terrâ condere, erat ex instituto Odini, qvi morem comburendi cadavera confirmavit, qvod ignis atqve animæ eadem esset natura: anima autem immortalis, qvocunqve demum modo corpus consumeretur. Imitatus in eo Odinus, cujus nomen assumpserat ut etiam cultu frueretur, antiqvissimum illum & omnium Numinum supremum, qvi Septentrionalibus *Alfodr* seu *omnium parens* nuncupabatur, qvem creasse animam immortalem & interitum nunqvam passuram, Eddæ mythologia tertia docet: Hit er mest er hann giordi manninn ok gaf honum " ond, þa er lifa skal ok alldri tynaz, þott likamr funi til " molldar, eda brenni at osku. h. e. *Illud operum ipsius* " (Pantopatris) *maximum est, qvod hominem creaverit, & ani-*

l. Ser. Reg. Dan. MS. par. 2. cap. 4. m. lib. 8.

animam ipsi inspiraverit, quæ vivet, & nunqvam peribit, etiamsi corpus in pulverem putrescat, vel in cineres comburatur. Comburendi autem defunctos morem diu in his oris durasse, licet pro magnâ parte per Danum Mikilati sublatum, non ex inqvilinis solummodò colligo monumentis, sed insuper concludo ex Caroli Magni Capitulatione de partibus Saxoniæ, latâ circa annum septingentesimum octuagesimum nonum, qvo tempore multum Saxonibus erat cum Danis commercii, cùm pagani Saxones, fidei Christianæ introductorem Carolum fugientes, tutum ab eiusqve potentia securum in Daniam receptum continuè habuerint. Hujus ab Clarissimo Baluzio, Capitularium tomo primo editæ Capitulationis, septimo capitulo Carolus interdicit, ne corpora defunctorum cremarentur: *Si qvis corpus defuncti hominis secundùm ritum paganorum flammâ consumi fecerit, & ossa ejus ad cinerem redegerit, capite punietur.* Immo Saxones, ritu Danico, cineres cremati corporis tumulis qvoqve decoravisse, ex capitulo vicesimo secundo elicio: *Jubemus ut corpora Christianorum Saxonum ad cœmiteria Ecclesiæ deferantur, & non ad tumulos paganorum.* Latissimè enim per maximam orbis partem diffusus erat in gentilismo combustionis ritus; unde cur Christiani aliter sentirent, non invenientes pagani, sibi aliisqve persvadere voluerunt, ideo abhorrere, qvia crederent, hanc mundi machinam igne delendam, se verò post mortem resurrecturos & æternùm victuros, uti paganus ille à Minutio Felice introductus ratiocinatur: *Qvid, qvòd toti orbi, & ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium, ruinam moliuntur: qvasi aut naturæ divinis legibus constitutus æter-*

nus ordo turbetur, aut rupto elementorum omnium fœdere, & cœlesti compage divisa, moles ista, qva continemur & cingimur, subruatur. Nec hac furiosa opinione contenti, aniles fabulas adstruunt & annectunt. Renasci se ferunt post mortem, & cineres, & favillas: nescio qva fiducia mendaciis suis invicem credunt, putes eos iam revixisse. Anceps malum & gemina dementia. Cœlo & astris qvæ sic relinqvimus, ut invenimus, interitum denunciare: sibi mortuis & extinctis, qvi sicut nascimur, & interimus, æternitatem repromittere. Inde videlicet & execrantur rogos, & damnant ignium sepulturas, qvasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram resolvatur: nec intersit, utrum feræ diripiant, an maria consumant: an humus contegat, an flamma subducat: cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, pœna sit: si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate, medicina. Hoc errore decepti beatam sibi, ut bonis, & perpetem vitam mortuis pollicentur: ceteris, ut injustis, pœnam sempiternam. Sed qvæ illud ratio est! qvi resurrectionem & æternitatem sibi promittebant, cur per ignem redigi in cineres corpora exhorrescerent? Immo vero nullus exinde ipsis metus, ut mox regerit Octavius: *Nec, ut creditis, ullum damnum sepulturæ timemus, sed & veterem & meliorem consvetudinem humandi freqventamus.* Ubi sepulturam de combustione absolutè poni, sicut Manilio *ignis* aliqvem *sepelire* dicitur, accuratè observavit Gisbertus Cuperus. [n] Majori autem qvodammodo odio Magis Persarum erat combustio, qvàm Christianis. Hi namqve non nisi ad vetustatem & decentiam consvetudinis, humatione respiciebant; illi qvamvis & revicturos homines, immortalesqve su-

n. Observ. lib. 2. cap. 7.

futuros dicerent: & deorum substantiam, ignem terram atqve aqvam esse arbitrarentur: attamen docebant, esse *iniqvum atqve impium, igni sepelire*, Diogene Laërtio in Proœmio memorante. Aliter Odinus, qvi combustionem stabiliendæ de immortalitate atqve resurrectione doctrinæ sancivit; & ulterius progrediens, nihil referre tradidit, combusti corporis *cineres in terram defoderentur, vel in aqvam spargerentur*; Snorrone referente: *Enn auskuna skylldi bera ut a sia, eda grafa nidr i iord.* Itaqve Heroes veteres omnem sublatam differentiam persvasi, in navi ex portu in altum deductâ sepeliri, simulqve cineres per undas spargi, magnâ triumphantis animi inventione ausi sunt; qvomodo Sigvardum Ring Sveciæ Regem fecisse Arngrimus Jonæ in manuscripto supplemento Historiæ Norvegicæ refert. Snorro Sturlæsonius memorabile Haconis Regis exemplum ita memorat: Haki Konungr fekk sua stor sar " at hann sa at hans lifdagar mundi eigi langir verda. Þa " let hann taka skeid er hann atti, oc let hlada daudum " monnum oc vapnom. Sidan let hann þa flytia ut til hafs, " oc legia styri i lag oc dråga upp segl, legia elld i tyrvid, oc " giora bal a skipino. Stod vedr af landino. Haki var þa at " kominn dauda eda daudr, er hann var lagidr a balit. Sigldi " skipit sidan loganda ut i haf. var þetta allfrægt lengi si- " dan. h. e. *Haco ob ingentia qvibus confossus erat vulnera, desperatâ salute, navim suam armis & cæsorum cadaveribus onerari fecit, ac tunc in altum deduci, gubernaculumqve navigationi adaptari, atqve vela ventis pandi, & ex ardentibus glebis terreis in navim delatis pyram ibi extrui. Ventus è terra navim propulit. Haco semianimis vel ultimum spiritum trahens in pyram collocatur. Navis* ar-

ardens in undas, vento flante, rapitur. Qvod factum exinde ubiqve celebre cum laudibus divulgatum. neqve immerito; vix enim inter paganos qvantumvis magnanimos reperire datur, qvi aqvam igni miscere ausus sit, causam aperiente Plutarcho: o. *Id qvoqve argumentum qvod de interitu afferebatur, vanum est. Non enim in contrarium abit qvidqvid interit, sed à contrario corrumpitur. Sic ignis vel aqva dum perimitur, in aërem mutatur. Nam Æschylus non tam tragicè qvàm verè dixit:*

Compesce aqvam, ignis supplicium.

& Homerus fluvio Vulcanum, Neptuno Apollinem in pugna physicè magis qvàm fabulosè opposuit. ac Archilochus de contraria sentiente non malè dixit,

Illa dolos nectens, aqvam ferebat altera
Manu, alterâqve ignem.

Apud Persas verò supplicandi genus erat acerrimum & repulsæ securum, si supplex cum igne in fluvium descendens, minaretur ignem se in eum abjecturum nisi impetraret, qvod petebat. fiebat enim compos voti, sed puniebatur propter comminationem, utpote injustam & naturæ contrariam. Illud qvoqve tritum, Ignem aqvæ misces, usurpatum in eos qvi vi conantur efficere qvod fieri est nefas, testari videtur igni aqvam esse hostem, ab eaqve illum perimi, & extingvendo multari. Huic illustri loco, ab se qvoqve adducto, subjicit la Sena, p. documento esse, ex Philosophiæ arcanis desumptum, qvod Homerus per ambages indicavit, ut scilicet aqva, igni contraria, sic anima, qvæ ignis est, per aqvas exstingvatur. Sed qvos protulit Septentrio, supra aliorum gentilium cæcitatem eousqve de immortalitate animæ confisi erant, ut qvam-

o. de primo frigido. p. m. 950. p. Cleomb. cap. 3.

qvamvis igneam eius crediderint naturam, aqvâ tamen non iri extinctum; unde si necessitas urgeret, non adeo letum allatum fluctibus horruisse opinor, sed vacantes metu, cum Cæsare exclamasse, qvi aqvis submergendum se opinatus, jam digna pericula credens fatis esse suis,

— — tantusne evertere dixit,
Me Superis labor est: parva qvem puppe sedentem
Tam magno petiêre mari? si gloria leti
Est pelago donata mei, bellisqve negamur,
Intrepidus, qvamcunqve datis mihi numina, mortem
Accipiam.

apud Lucanum q. his excelsi animi verbis finiens

— — mihi funere nullo
Est opus, ô Superi: lacerum retinete cadaver
Fluctibus in mediis: desint mihi busta, rogusqve,
Dum metuar semper, terraq́ expecter ab omni.

Frotho Rex Daniæ mortem in aqvis adeo non expavit, ut qvum Ericus superfusâ ter undâ subrutum pelago levasset, servatorem conviciis incesserit, qvod perire volentem servasset, vitâ, post gloriæ famæqve ut putabat, læsionem, mortem etiamsi fluctibus illatam, jucundiorem ducens; *est* enim *felix obitus, qvi succedit optatus,* ut ipse loqvitur apud Saxonem. r. Sed maximum Septentrionis futurum dominum fata servatum voluêre, ut qvatenus ipsum qvidem concernat, vera fuerit Heroica vox illa Willielmi Secundi, Angliæ Regis, cui in nova sylva venanti cum nunciatum esset, obsideri civitatem Cinomannis, festinus ad mare venit, nubilo aëre & vento contrario, nihilominus transfretare volentem orant nautæ, *ut pacem pelagi & ventorum clementiam operiatur,* qvibus Rex: *de Rege*

q. lib. 5. r. lib. 5.

ge fluctibus submerso loqui non audivi. ut memorant Malmesburiensis [s] & Huntindoniensis. [t]. Non fuit ea fiducia Ludovico Regi Francorum, qvi ex Anglia anno millesimo centesimo septuagesimo nono rediens, *quia in mari timidus erat, & timuit pericula*, dixit, *esse plus qvam humanum transfretare*; uti ad hunc annum annotavit Matthæus Westmonasteriensis. Sed veraciter admodum Satyricus: *Si bene calculum ponas, ubiqve naufragium est, At enim fluctibus obruto non contigit sepultura! Tanqvam intersit periturum corpus qvæ ratio consumat, ignis, an fluctus, an mora.* Sanè sancti Matyres, qvi de profundis maris reducturum suos Dominum [u]. & in die judicii mare qvos habebat mortuos redditurum, [x]. firmiter credebant, non adeo abhorrebant mortem in aquâ pro Christi confessione oppetere; ut insuper piæ qvædam fœminæ, persecutionum tempore, insectatores pudicitiæ suæ aliter effugere vix valentes, in rapturum atqve necaturum se flumen projecerint; eoqve modo defunctarum *martyria in catholica ecclesia veneratione celeberrima freqventata* sint, ut loqvitur Augustinus capite vicesimo sexto libri primi de Civitate Dei. Illustre habemus exemplum fœminæ Antiochenæ, qvæ duas filias virgines corporis formâ & ætatis flore præstantes Christianæ religionis præceptis instituerat; qvas Chrysostomus *Bernicen* & *Prosdocen* nominat, matrem *Domninam*. Has Eusebius [y]. memorat, in militum laqveos incidisse, sed matrem filias admonuisse, *animam servituti & obseqvio dæmonum mancipare, omni morte exitioqve peius esse*; ubi priùs exposuisset, *omnium malorum gravissimum ac maximè in-*

s. de gest. Reg Angl. lib. 4. t. lib. 7. u. Ps. 68. v. 23. x. Apoc. 20, 13. y. Hist. Eccl. lib. 8. cap. 12.

intolerabile esse stuprum, cujus minas ne auditu quidem sustinere fas esset: unicum adversus hæc omnia remedium esse, si ad opem Christi confugerent. His dictis, idem omnes consilium amplexæ; cum ad medium itineris pervenissent, veniam à militibus petunt, ut tantisper de via deflectere sibi liceret. Qvo impetrato, compositis honestè ac decenter vestibus, in præfluentem se fluvium conjecerunt. Et hæ quidem semetipsas ita submerserunt. Nihil de his temere judicare audet loco supra citato Augustinus: *Qvid si enim hoc fecerunt non humanitùs deceptæ, sed divinitùs jussæ: nec errantes, sed obedientes: sicut de Sampsone aliud nobis fas non est credere? Cum autem Deus jubet, seqve jubere sine ullis ambagibus intimat, qvis obedientiam in crimen vocet?* concludit tamen gravissimis verbis, omnes αὐτοχειρίας impios propugnatores convincentibus: *Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, qvem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præterita, propter qvæ magis hac vita opus est, ut possint pœnitendo sanari. Neminem velut desiderio vitæ melioris, qvæ post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.*

CAPUT. IV.

Martyres mortem non horrebant, qvòd via esset ad immortalitatem: inde obstinati dicebantur gentilibus. Philosophi de morte non timenda magnificè loqveban-

tur, reipsa eam horrentes. Indi spe immortalitatis seipsos comburebant. Druidæ animas docebant immortales, ut viros mortis contemptores redderent. Dani mortem ridebant, credentes animas vi emissas ad Valhallam venturas.

EX allatis facilè concluditur, falsos fuisse gentiles, qvi demergendos in aqvam martyres decreverunt, ut animabus qvoqve ipsorum exitium accerserent. Longè abfuit à piis Christi cultoribus erronea opinio, animam supra omnem corruptionem existentem, nec interire, nec ullo mortalitatis affici fato credentibus: qvæ *si supra corruptionem consistit*, ut fatur Athenagoras, a. *nihil scilicet sibi exitiale veretur, non enim famem, aut morbum, aut mutilationem, aut truncationem, aut ferrum timet, qvandoqvidem nihil cladis aut triste ab iis accipere potest, qvum nullum corpus aut corporeum ulla ex parte illam attingere valeat.* Tali proprietate præditam animam, si Servatori suo in fide ad finem firmiter adhæreret, æternâ beatitudine fruituram firmiter credentes Christiani, non minas solùm, pericula, tormenta, sed mortem qvantovis cruciatuum apparatu terribilem tantùm abest ut expaverint, ut ultro hilari animo expetierint, probè scientes eam non in humana sitam esse malitia, sed in dispensatione divina, simul firmâ spe, eam *fideli martyri instrumentum fieri, per qvod transeatur in vitam*, ut loqvitur Augustinus. b. Non multis me extendam super mirabilem & nunqvam satis laudatam prisci temporis Christianorum ad gloriam martyrii adseqvendam, fortem alacritatem, *qvippe certatim gloriosa in certamina ruebatur, multoqve avidius tum martyria gloriosis mortibus qværebantur, qvàm*

a. de Resurr. mortuor, b. de Civ. Dei lib. 13. cap. 4.

quàm nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur. Nullus unqvam magis bellis mundus exhaustus est: neqve majore unqvam triumpho vicimus, qvàm cum decem annorum stragibus vinci non potuimus; pulcherrima sunt Sulpicii Severi verba. [c] Exempla ex Scriptoribus rerum Ecclesiasticarum & Biographis notabilia congeri possent; sed nostro instituto suffecerit unicum hoc Eusebii testimonium ex capite nono libri octavi Historiæ ipsius Ecclesiasticæ depromptum: *Nos quoqve cùm in illis partibus degeremus, qvamplurimos acervatim uno die: alios qvidem capite truncatos, alios verò flammis traditos vidimus. Adeo ut gladii ipsi hebetarentur, & cædere amplius non valentes frangerentur; ipsiqve carnifices viribus fatiscentes, sibi invicem succederent. Qvo qvidem tempore mirabilem inprimis animi ardorem, vereqve divinam virtutem & alacritatem eorum qvi in Christum Dei crediderant, oculis nostris conspeximus. Etenim vixdum adversus primos lata erat sententia, cum alii aliunde ad tribunal iudicis prosilierunt, Christianos sese confessi. Et pericula qvidem, cunctaqve multiformium tormentorum genera parvi ducebant: supremi verò omnium Numinis cultum libera voce absqve ullo metu profitebantur & cum gaudio atqve hilaritate, ridentes capitalem sententiam excipiebant: adeo ut in laudem Conditoris omnium Dei psalmos hymnosq́ & gratiarum actiones ad extremum usqve spiritum concinerent.* Rapuerunt hæc ipsos in admirationem persecutores, & non potuit non scrupulum animis eorum injicere, qvæ caussa appetendæ ipsis mortis esset; qvem ut eximerent Philosophiæ inter paganos addicti, lingvâ strenui, ut in odium omnium Christianos adducerent,

c. Hist. Ecc. lib. 2.

rent, nullo judicio, sed merâ pertinaciâ ad interitum festinasse spargebant, desperatos ipsos obgannientes, qvod cùm qvietè vivere potuerint, torqveri & mori voluerint. Ita cavillatur M. Aurelius Antoninus:[d] *Qvalis est anima ea, qvæ parata est iam statim, si oportuerit, è corpore emigrare, & vel extingvi, vel dispergi, vel permanere. ita paratam dico, ut à judicio peculiari promptitudo hæc profluat, non ab obstinatione mera, pro Christianorum more: ut mortem obeas consideratè, citra tumultum, quò & aliis idem svadere possis.* Qvibus verbis eum φιλοσοφώτατος Imperator sanctorum Martyrum in morte pro Christo appetenda alacritatem & constantiam perstringat, enucleatius examinare qvid verba ista κατὰ ψιλὴν παράταξιν sibi velint, promiserat doctus ille aliena in castra transfuga Lucas Holstenius,[e] qvæ ipsius disqvisitio an in lucem emissa sit, me latet. Sed hæc Gentilium calumnia in id inserviebat, ut cum omnis criminis innoxii reperirentur Christiani, nec ipsis Romanis legibus qvidqvam tentarent contrarium, *sacramento se non in scelus aliqvod obstringentes, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati denegarent*, fatente qvi causam eorum excutere & punire debuit, Plinio Secundo; solius obstinationis prætextu ad capitale supplicium raperentur: eum ille idem Plinius Trajano Imperatori mandare non dubitaret,[f] *qvalecunqve esset qvod faterentur, pervicaciam certè & inflexibilem obstinationem debere puniri.* Verùm si mera animi obstinatio tantam incurrendæ mortis audaciam injecisset, non de nihilo apud Eusebium[g] scripsisset Porphyrius, Ori-

d. de rebus suis lib. 11. sect. 3. e. dissert. in loca qvædam Conc. Nic. f. Epist. lib. 10. g. Hist. Eccl. lib. 6. cap. 19.

Origenem ad βάρβαρον τόλμημα *barbaram audaciam* declinavisse; ast aliter ipsos sentiisse, Vi veritatis victus ipse Imperator Antoninus fateri coactus est, pro Deo qvem colebant mortem appetiisse lubentissimè, in Constitutione ad Commune Asiæ missâ, qvam Eusebius Historiæ Ecclesiasticæ libro qvarto capiti decimo tertio inseruit: *Scio eqvidē Diis ipsis curæ esse, ne hujusmodi homines lateant. Multò enim magis illis convenit punire eos qvi colere ipsos recusant, quàm vobis. Qvi eorum, adversos quos tumultuamini, sententiam ac propositum amplius confirmatis, dum eos accusatis tanqvam impios. Illis autem longè optabilius fuerit, ut in jus vocati mortem oppetere videantur pro Deo suo, qvàm ut incolumes remaneant. Ita victores evadunt, animas suas potius projicientes, qvàm ut ea facere qvæ vos jubetis, in animum suum inducant.* Verè pro Deo hæc passi, cujus spiritu mori, cum nossent se fieri salvos & gloriosissimos in æternum, cum pia securitate moriebantur, ut loqvitur Augustinus.[h] Hæc spes pia animavit pectora; hoc incentivum, mortis contemptum peperit. *Gaudium illos martyrii*, inqvit Eusebius,[i] *spesqve promissæ beatitudinis, & caritas erga Christum, & Dei Patris Spiritus recreabat.* Eâ deniqve spe salutiferæ æternitatis, athletas Christi immenso certaminis pondere fatigatos, & ad uxorum lacrymas filiorumqve suspiria mollescentes, fortissimus miles Christi S. Sebastianus corroboravit, prout capite tertio vitæ ipsius,[k] cujus authorem faciunt S. Ambrosium, legitur; *Isti, qvos plorantes attenditis gauderent hodie si possent scire qvæ nostis; putant enim qvòd ista vita sit sola, qvæ si finem acceperit, nulla vitalis animæ, corpo-*

h. de Civ. Dei lib. 8. cap. 19. i. Hist. Eccl. lib. 5. cap. 1. k. Act. SS. Jan. Boll. tom. 2. d. 20. Jan.

corpore deficiente, valeat portio remanere. Si enim scirent, esse alteram vitam ignaram mortis, tristitiæ nesciam, in quâ immortalitas regnat, & perpetua gaudia commorantur; profectò vobiscum ad illam festinarent pertingere, & vitam istam pro nihilo computantes, illam appeterent, quæ & in exultatione permanet & penitùs finiri non novit. Nil itaqve alienum à veritate scribit Eusebius, [l.] ipsas apud Christianos puellas tenerosqve pusiones, adeoqve barbaros homines, eosdemqve, si oculis æstimarentur, viles & abjectos, Servatoris nostri viribus auxilioqve fretos, hujus de animarum immortalitate doctrinæ veritatem *reipsa potius qvàm oratione* comprobasse. Qvod nec ipsi veræ fidei hostes professi inficiari ausi sunt, sed cavillationibus obnubilare; fatetur Julianus, sed atheos, sed malis spiritibus actos mentitur: [m.] *qvorum* (malorum dæmonum) *intemperiis atheorum* (sic Christianos sugillat) *pleriqve perciti mortem appetendam esse persvadent sibi, tanqvam in cœlum evolaturi, ubi per vim animam ex iis vinculis extorserint.* & cui martyrum suspicienda constantia non nisi risui est, Lucianus, in eandem sententiam calumniatur: [n.] *Etenim haud dubitanter sibi persvaserunt infelices illi, se omnino immortalitate fruituros, perpetuoqve victuros esse. Qvamobrem & mortem magno contemnunt animo, ac non pauci suâ sponte sese occidendos offerunt.* qveis adjungatur Cæcilius, qvi apud Minutium Felicem, primùm Christianos *homines desperatæ factionis* appellans, adjicit: *Mira stultitia & incredibilis audacia! spernunt tormenta præsentia, dum incerta metuunt & futura: & dum mori post mortem timent, interim mori non timent. Ita illis pavor & fallax*

l. Præp. Evang. lib. 1, cap. 4. m. fragment. oper. part. I. n. de morte Peregrini.

fallax spes solatio redivivo blanditur. Tangere crederes excellens Apostoli dictum: o. *Momentanea levitas oppressionis nostræ, excellenter æternum pondus gloriæ conficit nobis: Dum non spectamus ea quæ cernuntur, sed ea quæ non cernuntur. nam quæ cernuntur, temporaria sunt: at quæ non cernuntur, æterna. Scimus enim quod si terrestris hujus domus nostræ dissolutum fuerit tabernaculum, ædificium ex Deo habemus, domicilium non manu factum, æternum in cælis.* Eant Philosophi & Christianos irrideant, qvasi fallaci spe intoxicatos, qvos tamen certum est tam incunctanter pro pietate corpus deposuisse, *qvàm promptè Philosophus vix vestem exueret*, ut Celso pulchrè objicit Origenes. p. Neqve enim Philosophis ea futuri fiducia, aut magnitudo animi, ut doctrinæ suæ veritatem sangvine obsignare auderent. Sanè Aristoteles, cum Athenis docens impietatis arcessitus esset, clàm illinc egressus Chalcidem concessit, dicens nolle se Athenienses bis in Philosophiam peccare, qvi jam ante Socratem interfecerant; Diogene Laërtio & Ammonio in vita ipsius referentibus: qvod neqve Celso in memoriam revocare omisit Origenes. Neqve enim favor in Athenienses hanc vocem expressit, sed mortis & supplicii timor, peculsum hominem fecit fugam capessere. Sed qvid miri, exhorruisse Philosophos mortem, qvorum non nisi oppidò paucis certa immortalitatis animæ fiducia? Si verba suffecerint, eorum, vocisqve qvantum qvis velit, ingesserunt, immortalitatem ab ipsis statutum iri, & ejus desiderio flagrantes mortem in beneficio ponere. Multa in hanc sententiam pluribus in locis docet Plato, sed suffecerit differentem in Phædone ipsius Socratem audire: *Ego enim si me non existimarem ven-*

o. 2. Cor. 4, 17. 5. 1. p. lib. 7.

venturum, primùm qvidem ad deos alios sapientes & bonos, tum ad homines iam mortuos iis qvi hic sunt meliores, perperam profectò agerem, qvi propter mortem non indigner: nunc verò eqvidem spero me ad bonos viros venturum. qvanqvam nec id qvidem omnino affirmarim: cæterùm, me ad deos dominos optimos venturum, profectò si qvid certò affirmarim, hoc nimirum certò affirmarim. Qvare hac de causa minimè indignor, at præclara spe me sustento, mortuis aliqvid post mortem extare: &, qvemadmodum jam olim etiam aiunt, longè melius esse bonis qvàm malis. Neqve minori declamatione posteriorum temporum Philosophi, præsertim Stoici, similia deprædicabant & extollebant; unde Imperatorum decreto jussis mori summis viris id maximi solatii apud Tacitum aliosqve Historicos reperimus, supremum vitæ tempus Philosopho dare, immortalitatem animæ extollenti. Sed veraciter admodum Minucius Felix: *Philosophorum supercilia contemnimus, qvos corruptores & adulteros novimus, & tyrannos, & semper adversus sua vitia facundos. Nos qvi non habitu sapientiam, sed mente præferimus, non eloqvimur magna, sed vivimus: gloriamur nos consecutos, qvod illi summa intentione qvæsiverunt, nec invenire potuerunt.* Ita demùm eos seriò locutos crediderimus, si qvam verbis profitebantur fidem, operè & reipsa confirmasse deprehenderimus. Ubi enim experimentum reqviritur, titubant: & non nisi verba dedisse, mente immortalitatem neutiqvàm credidisse, palàm faciunt; exprobrante Eusebio, q. *verè pueros qvotqvot olim maximam ex philosophia laudem sibi famamqve pepererant, illamqve iactatam perdiu mortem ac Philosophorum omnium ore decantatam, nihil nisi puerilem*

q. Præp. Evang. l. 1. cap. 4.

rilem qvandam lusionem fuisse. Exemplo sit Crescens Philosophus Cynicus, qvi, eodem Eusebio [r] referente, cum alios hortaretur ut mortem contemnerent, ipse tantopere eam formidabat, ut Justino tanqvam gravissimum malum mortem concinnaverit, eò qvòd ille veritatem prædicans, Philosophos helluones & deceptores esse evicerit. Sic Ciceronem *miseram mortem* putasse, Asinius Pollio: Senecam *ut hominem imbecilli animi* discessisse è vita, Dion Cassius prodiderunt. Et generaliter cum Beverovicio in epistola ad Westerburgium concludamus, neminem Stoicorum inventum, qvi mortem vel mediocri vitæ statui prætulerit. Hæc Zeno cum probè perspecta haberet, non sine causâ malle se ajebat Indum videre conscendentem rogum, qvàm qvosvis Philosophos audire de animæ immortalitate disputantes. Illic enim in mitioribus Indorum populis, *genus celebratæ, & prope in religionem versæ sapientiæ deditum, voluntaria semper morte vitam accenso priùs rogo finit,* ut habet Plinius, [s] adstipulante Curtio: [t] *Sapientes vocant; apud hos occupare fati diem pulchrum, & vivos se cremari jubent, qvibus aut segnis ætas, aut incommoda valetudo est: expectatam mortem pro dedecore vitæ habent, nec ullus corporibus, qvæ senectus solvit, honos redditur: inqvinari putant ignem, nisi qvi spirantes recipit.* Admiratur sapientiam eorum diffusus in laudes sectæ Apulejus in Floridis; sed stupendam ad mortem dispositionem nemo accuratiùs Porphyrio descripsit, qvem audiamus libro qvarto de Abstinentia loqventem: *Ipsi vero ita ad mortem sunt dispositi, ut totum vitæ tempus, tanqvam necessariam qvandam naturæ administrationem sponte tolerent, atqve ad animæ solutionem è corporibus*

Rr pro-

r. Hist. Ecc, lib, 4. cap, 16. s, lib. 6. cap. 19. t. lib. 8. cap. 9.

properent. Plerumqve etiam cum se rectè habere viderint, nullo malo urgente, neqve impellente, è vita discedunt: qvanqvam illud non nisi priùs aliis præmonitis faciant, in qvorũ numero non est, qvi impediat: qvo fit, ut omnes apud suos fœlicitatẽ defuncti commendent, intuentes in mortuorum aliqvem: ita firmam & veram animabus vivendi inter se rationem ipsi & multi alii sibi persvaserunt. Postqvam verò audiverint sibi mandata, corpus igni committunt, ut puriorem secernant animam à corpore, atqve laudibus eximiis accumulent: facilius enim ad mortem illos impellunt amici, qvàm cives in longinqvas peregrinationes aliorum hominum singuli. Hos ipsos qvidem, dum in vita permanent, lugent, eosdem verò vitâ functos fœlices prædicant, velut immortalitatis sedem sortitos. Monstravit hoc suo exemplo Calanus Indus indoctus, ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, suâ voluntate vivus combustus; qvi ultimo sermone aperuit causam optatæ hujusmodi mortis, Cicerone [u] memorante: *ad mortem proficiscens Calanus Indus cum adscenderet in rogum ardentem, O præclarum discessum, inqvit, è vitâ, cùm, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit.* Hæc tutissima ad immortalitatem ducebatur via, qvam scandebat Hercules, mirante Seneca: [x] *Ego Herculem fleam, qvod vivus uritur: aut Regulum, qvod tot clavis configitur: aut Catonem, qvod vulnera sua fortiter tulit? Omnes isti levi temporis impensa invenerunt, qvomodo æterni fierent: ad immortalitatem moriendo venerunt.* Hanc persvasionem gentes in arma natæ penitùs imbiberant, animas immortalitatis esse capaces, qvæ cæcos in pericula mortemqve ferebat, su-

u. de Diviuat. lib. 1. x. de Tranq. an. cap. 15.

fuprà fœtulentam Epicuri fcholam fapientes, qvæ dulcedinem mortis in eo ftatuit, qvod omnibus à fuprema die eadem, qvæ ante primam: nec magis à morte fenfus ullus effet aut corpori aut animæ, qvàm ante natalem; ex qvâ haufit impia effata Plinius: y. *Qvæ (malum) ifta dementia eft, iterari vitam morte? qvæve genitis qvies unqvam, fi in fublimi fenfus animæ manet, inter inferos umbræ? Perdit profectò ifta dulcedo credulitasqve præcipuũ naturæ bonum, mortem; ac duplicat obituri dolorem etiam poft futuri æftimatione. Etenim fi dulce vivere, cui poteft effe vixiffe? At qvanto facilius certiusqve, fibi qvemqve credere, ac fpecimen fecuritatis antegenitali fumere experimento.* Sed martiis gentibus certius in præliis fecuritatis fpecimen, immortalitatis erat doctrina; qvam, qvi reliqvam difciplinam fuam efferri noluerunt, in vulgus fpargi paffi funt Druidæ. *Unum ex iis*, verba funt Pomponii Melæ, z. *qvæ Druidæ præcipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, æternas effe animas, vitamqve alteram ad manes.* confentit libro fexto de bello Gallico Cæfar: *Inprimis hoc volunt perfvadere, non interire animas, fed ab aliis poft mortem tranfire ad alios; atqve hoc maximè ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* & qvis pulchriùs Lucano libro primo canente:

— — *vobis*(Druidis)*auctoribus, umbræ*
Non tacitas Erebi fedes, Ditisqve profundi
Pallida regna petunt: regit idem fpiritus artus
Orbe alio: longæ (canitis fi cognita) vitæ
Mors media eft. certè populi, qvos defpicit Arctos,
Felices errore fuo, qvos ille timorum

y. Hift. Nat, lib. 7. cap. 55. z. lib. 3. cap. 2.

Maximus, haud urget leti metus; inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæqve capaces
Mortis: & ignavum rediture parcere vitæ.

Illud Druidarum dogma, qvasdam fuisse reliqvias traditionis a primis Noachidis acceptæ de corporum resurrectione, Vossius [aa.] censet, qvam & sibi persvasisse Democritum ex Plinio [bb.] qvis non admodum collegerit absurdè: *Similis & de asservandis corporibus hominum, ac reviviscendi promissa Democrito vanitas, qvi non revixit ipse;* certè ubi Christianæ fidei lux terris affulsit, gentilium nonnullos, qvi eam respuerunt, resurrectura tamen corpora credidisse, ex Inscriptionibus antiqvis qvidam concludunt, qvalis illa est apud Gruterum [cc.] à pagano posita: HIC. IN. SPE. RESURRECTIONIS. QNIESCENTI. an autem ex naturali ratione doctrina de Resurrectione carnis illis innotescere potuerit, nuperrimè eruditâ dissertatione discussit Joannes Fechtius. Nos ad Thracum consvetudinem progrediamur, de qvibus ad mortem paratissimis Pomponius Mela libro secundo capite secundo: *Id varia opinio perficit; alii redituras putant animas obeuntium: alii, etsi non redeant, non extingvi tamen, sed ad beatiora transire: alii, emori qvidem, sed id melius esse qvàm vivere. Itaqve lugentur apud qvosdam puerperia, natiq; deflentur: funera quoque festa sunt, & veluti sacra cantu lusuqve celebrantur.* Natales flebiles, hilaresqve exeqvias ad solos ex Thracibus Trausos restrinxit Herodotus, [dd.] sed generaliter Thracibus adtribuunt Valerius Maximus [ee.] & Solinus. [ff.] Eam hilaritatem immortalitatis spei adscribimus, qvâ ductos veteres Septentrionis incolas ubiqve magnanimum mot-

aa. de Idolol. lib. 1, cap. 35. bb. lib. 7. cap. 55. cc. pag. 1050. dd. lib. 5. cap. 4. ee. lib. 2. cap. 6. ff. cap. 10.

mortis contemptum exhibuiſſe, certiſſimum eſt, & apertiſſimum facimus. Imprimis ingentes animos accendebat opinio, animas ferro aliave qvâ vi emiſſas in alterâ vitâ melioris evaſuras conditionis; non multum ab Judæorum inſtitutis aberrantes, ſi modò vera de iis commemoraſſet Tacitus: gg. *Necare quenquam ex gnatis nefas: animasqve prælio aut ſuppliciis peremptorum, æternas putant. Hinc generandi amor, & moriendi contemptus.* Sic apud Alanos judicabatur beatus, qvi in prœlio profuderat animam: ſeneſcentes enim & fortuitis mortibus mundo digreſſos, ut degeneres & ignavos conviciis atrocibus inſectabantur, fidem faciente Ammiano Marcellino, hh. *nec quidqvam eſt quod elatiùs jactent, quàm homine qvolibet occiſo.* Noſtratibus ſane hoc erat infallibiliter perſvaſum, animas, non vulgares, neqve ſenio morbove, ſed cruenta morte, & vi è corporibus exeuntes, rectà ad *Valhallam* ferri. Ita reperi in hiſtoria Norvagica manuſcripta in membrana, qvam conſervat Bibliotheca Regiæ Academiæ Hafnienſis: Adr en Hakon felle, haf-" du ſynir Harallz ens Harfagra atta ordet vapndaudir," ſem Eyvindr ſægir Skalldaſpillir, ok kuad ſua ſem Ko-" nongrenn kæme til Valhallar. firir þui at ſa var atru-" nadr hæidinna manna, at aller þeir er af ſarom anda-" duzk skylldu fara til Valhallar. h. e. *Antequam occideretur Haqvinus,* (Rex Norvegiæ cognominatus Adalſteins foſtri) *octo Haraldi Pulchricomi filii* (Haqvini fratres) *armis fuerant interempti, veluti Eyvindus Skalldaſpillir dicit, in carmine ſuo inducens Regem ad Valhallam venientem. Id enim ethnicis perſvaſum erat, omnes vulneribus extinctos ad Valhallam migrare.* hæc optimæ

gg. Hiſtor. lib. 5. hh. lib. 30, cap. 2.

timæ notæ manuscripta historia hunc præfert titulū, *Noregs Konunga tal.* Eam de *Valhalla* tam firmam Septentrionalibus fuisse persvasionem, ut etiam in Christianismo inventisint, qvi putaverint ethnicos post mortem eò proficisci, ex Landfedgatali concludit Verelius notis in caput secundum historiæ Gothrici & Rolfi. Hæc credulitas, mortis qvantumvis horribiles cruciatus æqvo animo ab gentilibus ferri docuit. Regnero Lodbrok acerbissimum vitæ exitum irrogatum qvis negaverit? qvi ex speciosissimo victore ad miserabilem captivi sortem deductus, venenatis belluis circumfusus, eo corde, qvod adversus omne discrimen imperterritum gesserat, aspides & colubros exsatiavit: Attamen inter horrenda cruciatuum animosus permansit, cum firmiter crederet, mox in *Valhallam* se receptum iri, qvocirca ridentem se mori, ipse in Epicedio suo heroicè cecinit:

„Syter eigi drengr vid dauda
„Dirs at Fiolnis husum
„Eigi kem ek med ædru
„Ord til Vidris hallar.

& concludit:

„Lifs ero lidnar stunder
„Læiande skal ek deyia.

h. e.

Non gemit vir fortis contra mortem
Magnifici in Odini domibus.
Non venio desperabundis
Verbis ad Odini aulam.
Vitæ elapsæ sunt horæ;
Ridens moriar.

Val-

Valhallam vocat aulam Odini, qvod ibi consortio Odini cæterorumqve numinum fruerentur; qvare eorum contemptores illuc neqvaqvam admitti credebant. Cum Hrappus fanum Haqvini Potentis Norvegiæ Comitis exussisset nocturno tempore, simulacris Thori, Thorgerdæ, & Yrpæ spoliatis & extra fanum projectis; supervenientes postea Haqvinum, & Gudbrandum potentem virum fani ejusdem cultorem, ita locutos memorat Niala: þa tok Gudbrandr til orda: Mikill mattr er gefinn Godum vorum er þau hafa gingit sialf ut or elldinum. Eigi mu nu Godin þessu vallda, segir Jarl, madr mun hafa brent hosit en borit ut Godin. En God var hefna eigi allz þegar; ok mun sa madr brott rekinn or Valhollu oc þar alldri koma, er þetta hefir giort. h. e. *Tunc Gudbrandus fari orsus est: Magna Deorum nostrorum est potentia, qvi ex incendio ipsi exire valuerunt. Comes excepit: Hoc Dii ipsi nullatenùs fecerunt, sed homo qvidam fanum exussit, & Deos exportavit. Dii autem nostri lentò gradu ad vindictam sui procedunt; & homo qvi hoc patravit, Valhallá excludetur, qvam nunqvam ipsi concedetur intrare.* Sed anteqvam Valhallam ulterius describamus, & delicias ipsius, qvarum fruitionis desiderium fortia in mortem animavit pectora, proponamus, pauca de Domino Valhallæ cognitu necessaria sunt prælibanda.

CAPUT. V.

Unicuiqve regno Septentrionis, durante ethnicismo Deus fuit tutelaris; Svecis Freyus vel Fró, cum Frothone Daniæ Rege non confundendus. Norvegis atqve Islandis Thorus. Danis Odinus; furorem Berserkicum &

& res bellicas dirigens. Freya & Tyr etiam bellorum præsides. A Tyro tertius, a Thoro qvintus in hebdomada dies denominati sunt. Thuras seu Mars Rex Assyriorum.

TUtelarem Deum unicuiqve Septentrionis regno adsignatum olim fuisse, negant qvidem alii; sed mihi aliter persvadent nostræ Antiqvitates. Svecis præcipuè cultum Freyum invenio, Regem qvondam ipsorum, Niordi successorē filiumqve ita in Edda [a] descriptum: Fræyr „er hinn agiætazti af Asum. hann rædr fyrir regni ok „skini solar, ok þar med avexti iardar. ok a hann er gott „at heita til aars ok fridar hann rædr ok fesælu manna. h. e. *Freyus illustrissimus est Asarum. pluvias gubernat splendoremqve solis, & terræ annonam. Ipsum conducit invocare pro ubertate annonæ, & pace. Ille quoque divitias hominibus conferre potest.* Qvomodo successerit Niordo in dominatu Sveciæ, cultusqve ipsius post mortem, & qvâ de causâ accreverit, aperit in Chronico Norvagico Snorro Sturlæsonius, cujus narrationem ex optimo Manuscripto dabo: Freyr tok þa riki eftir Niord. var „hann kalladr Drottin yfir Sviom, oc tok hann skattgiafir „af þeim. Hann var vinsæll ok arsæll sem fadir hans. Freyr „reisti at Uppsaulū hof mikit, ok setti þar hofutstad sinn, „lagdi þar til allar skylldir sinar laund oc lausa aura. þa „hofz Uppsala audr, oc hefir halldiz æ sidan. Freyr het „Yngui odru nafni. Yngva nafn er sidan hafti hans ætt „fyrir tignar nafn; ok Ynglingar voru sidan hans ættmenn „kalladir. Freyr tok sott, oc er at honum leid sottin, „leitodo menn ser radz, oc leto fa menn til hans koma, „enn bioggu haug mikinn oc leto dyr a oc þria glugga.
„Enn

a, myth. 22.

Enn er Freyr var daudr baro þeir hann leyniliga i haug-"
inn,oc fagdo Sviom at hann lifdi oc vardveitto hann þar "
þria vetr,enn skatt ollum helltu þeir i hauginn, i einn glugg "
gullino, enn i annan silfrino, i hinn þridia eirpenningom. "
þa hellzt ar oc fridr. þa er allir Sviar vissoat Freyr var "
daudr, enn hellzt ar oc fridr, þa trudo þeirat sua mun-"
di vera medan hann væri a Suiþiod, oc villdo eigi bren-"
na hann oc kaulludo hann veralldargod; oc blotudu hann "
mest til ars oc fridar alla æfi sidan. h. e. *Post Niordum* "
Freyus regnum suscepit, qvi Svecorum Dominus dictus est, & ab illis tributa recepit. Hic non minùs patre, omnibus erat amabilis. Freyus Upsalæ ingens exstruxit fanum, ibiqve metropolim suam constituit, cui omnes suas possessiones mobiles & immobiles dicavit. Tunc divitiæ Upsalenses originem habuerunt, qvæ exinde semper conservatæ sunt. Freyus alio nomine Yngvi dicebatur, Yngviqve nomen illius prosapia pro honoris nomine usurpavit, adeo ut ejus posteri, Ynglingi dicerentur. Freyus in morbum incidens, cum ad mortem ægrotaret, consilium initum est, ut qvàm paucissimis aditus ad eum pateret; tumulusqve ingens factus est, januam habens & tres fenestras. Mortuus Freyus clam tumulo illatus est, sparso in Svecos rumore ipsum etiamnum in vivis esse. Corpus ipsius per triennium servabatur; tributa vero universa in tumulum inferebantur, injecto per unam fenestram auro: per alteram argento: per tertiam æneis nummis. Interim annonæ ubertas, & pax continuarunt. Cæterùm cum cunctis Svecorum innotuisset Freyum mortuum esse, nihil tamen decrescente annonâ, nec cessante pace; credebant hæc duratura interim dum corporis eius

reliqviæ in Svecia remanerent, ideoqve ipsas cremari nolebant; Vocarunt eum Mundi Deum, ipsi exinde perpetuò, pro annonæ præsertim ubertate & pace sacrificantes. Cruenta erant illa sacrificia victimis humanis constantia, tunc oblatis cum annonæ penuria vreret; id qvod apertissimum facit Snorro, hac de Domaldo, Sveciæ qvinto ab Freyo domino, relatione: Domalldi tok arf eftir „faudor sinn Visbur. oc red londom. a hans daugom „giordizt i Sviþiod sulltr mikill oc seyra. þo efldo Sviar „blot stor at Uppsaulom. hit fyrsta haust blotudu þeir „yxnum oc batnadi ekki arferd at helldr. annat haust „hofu þeir mannblot enn arferd var saum eda verri. hit „þridia haust komu Sviar fiolment til Uppsala þa er blot „skylldi vera. þa atto hofdinngiar radagiord sina oc kom „asamt med þeim at hallærit mundi standa af Domallda „konungi þeirra. ok þat med at þeir skylldi honom blo„ta til ars set. oc veita honom atgongo oc drepa hann „oc rioda stalla med blodi hans. oc sva giordo þeir. sva „segir þiodolfr.

„Hitt var fyrr
„At folld rudo
„Sverdberendr
„Sinom drottni
„Oc landherr
„A lifs vaunom
„Dreyrug vopn
„Domallda bar.
„þa er argiorn
„Jotadolgi
„Svia kind of

„Soa

„Soa skylldi.

h. e.

Domaldus mortuo patre Visburo, hæreditate & regno potitus est. Illius tempore Svecia ingenti fame & annonæ defectu vexabatur, nihilo tamen minus Sveci Upsalæ magnifica sacrificia fecerunt, primo autumno boves immolarunt, unde fames nihil decrescebat; secundo autumno homines immolarunt, annonæ caritate simili aut graviore durante. Tertio autumno magna Svecorum multitudo tempore sacrificiorum Upsalam confluxit, populique primates de hac re consultare cæperunt. Convenit inter eos, Domaldum regem ipsorum hanc famem causari, unde consultum ducebant eum pro annonæ ubertate immolare, comprehensumqve occidere, ac aras sangvine illius illinere. Qvod & effectum est. Sic canit Thiodulfus.

Olim factum est
Qvod terram rorarent
Gladiorum gestatores
Suo domino (ɔ: sui domini sangvine)
Et incolarum caterva
In mortuum
Sangvine madentia arma
Domaldum usurparet.
Cum annonæ ubertatem desiderans
Jutorum adversarium (sc. Domaldum)
Svecorum natio
Immolaret.

Ad hæc Svecorum sacrificia statutis temporibus Freyo oblata respexisse videtur Saxo libro primo: *Nec antè malo remedium fuit, qvàm scelere sacrificiis expiato, cum*

ſuperis in gratiam redire potuiſſet. Siqvidem propitiandorum numinum gratiâ, Fró Deo rem divinam furvis hoſtiis fecit. Qvem litationis morem annuo feriarum circuitu repetitum, poſteris imitandum reliqvit. Fróbloth Sveones vocant. qvi tamen minus accuratè heic Fròum ſeu Freyum, Deum vocat; qvem poſtea libro tertio ſatrapam Deorum, viventem adhuc inducit: *Fró qvoqve deorum ſatrapa ſedem haud procul Upſala cepit, ubi veterem litationis morem tot gentibus ac ſeculis uſurpatum, triſti infandoqve piaculo mutavit. Siqvidem humani generis hoſtias mactare aggreſſus, fœda ſuperis libamenta perſolvit.* Heic autem Freyus convenienter Snorroni deſcribitur, cum memoretur, ut Upſalæ habitans, & hoſtias humanas inſtituens; nam ſupponi poteſt, ex ipſius Freyi ordinatione, Svecos annonæ defectu arctatos, humanas ipſi victimas ſacrificaſſe. Fró enim & Freyr unus eſt idemqve, cum Frothone Daniæ Rege potentiſſimo nullatenus confundendus; qvod nimis inſcitè auſus eſt Olaus Rudbeckius, qvi à ſe commiſſum errorem, Saxoni & Eddæ Reſenianæ attribuit, Atlanticæ capite viceſimo octavo, ſectione primâ: *Hunc Froum Saxo unà cum Edda Reſenii, Regem Daniæ fecit, & fere ad tempora Chriſti retulit; verùm plane contra fidem & auctoritatem Eddæ, cujus hic vetuſtiſſimus in membrana ſcriptus codex aſſervatur, necnon contra rei ipſius indolem atqve naturam.* Impreſſam curâ Reſenii Eddam, à Manuſcriptis in variis locis diſcrepare, ob Codicū qvibus uſus eſt, varietatē, haud negaverim & in optimæ notæ ſcripto in membranâ Codice ad Optimum & Nobiliſsimū virum Wilhelmū Wormiū pertinente, mythologia in impreſſis ordine ſexageſima ſexta deeſt, qvam ab

Upsalensi qvoqve abesse reor; attamen ea mythologia est ipsissima præfatio antiqvissimæ Odæ *Grottasaungr* dictæ, qvæ nuperâ manu exarata, Codici Wormiano adsuta est. Nihilo tamen minus in vetustissima Eddâ Snorronis membraneâ, qvam Thormodus Thorfæus possidet, eadem Oda reperitur, cujus ingressum mox dabimus. Hanc si inspexisset accuratiùs dominus Rudbeckius, vel ex solis nominibus deprehendisset, Freyum Niordi filium, & Froþa seu Frothonem Fridleifi filium, longè esse diversos. Et si Eddam penitiùs pensitasset, non tam erroneè Freyo aliorum Asarum nomina adscripsisset: *Atqvi Regi Sveonum secundo imposita olim fuerunt hæc nomina Bore, Attin, Alfader, Sadur, Gro, Fro, Frei, qvæ omnia in Edda in nominibus Attini, ut & in Scaldis cantilenisqve nostris leguntur, & unius ejusdemqve plane sunt significationis.* at hoc planè commenticium est. Ut nihil de nomine Odini dicam, qvi constantissimè in omnibus manuscriptis Oþin vel Oþin scribitur, qvod malè detortum Rudbeckius *Attin* effert: ex enumeratis nominibus qvædam sunt, qvæ nusqvam in Edda apparent; cætera inter nomina Odini Eddica recenseri, falsissimum: multò magis, ita ab vetustis Scaldis misceri nomina Asarum, ut Odini nomen Freyo, Freyi Odino tribueretur. Sed progreditur ulterius Rudbeckius, & qvi nihil magis in tota operis sui mole propositum habuit, qvàm Historiam Danicam impetere, tandem Magnum Frothonem penitùs nobis auferre conatur:[b] *Et qvis Frodum à Saxone in lib. 5. descriptum negaverit primum ac verum fuisse Frodum, omnium cum nostrorum Scaldorum tum Græcorum Poëtarum testimonio, totius orbis domitorem, & Regum Re-*

b. cap. 36. sec. 11.

gem? O miseram Historiæ Septentrionalis conditionem, si qvidem ad testimonia GræcorumPoëtarum stabit aut cadet! Sed & ita antea argumentatus est in Goto ◦ Danicis Goropius Becanus: *Hactenus certè qvæ Saxo Grammaticus, & eum secuti prodiderunt, pro vanissimis deliriis habeo, propterea qvod nihil prorsus cum Græcis scriptoribus consentiant.* Et sanè magna utriusqve authoris consonantia, cum iisdem innitantur fundamentis. Qvod enim de Norvegicis atqve Cimbricis antiqvitatibus ineptit Becanus: *Profectò si qvis omnes Græcorum historias percurrat, & ea qvæ vetustissimi eorum de Italia scripserunt, examinet, deprehendet eos clarius veriusqve de maris Norwegici natura, de Bergis, de Thule, aliisqve qvibusdam ad Cimbricam antiqvitatem pertinentibus scripsisse, qvàm de Eridano, & mari Adriatico, & ipsa Roma: ita ut inde verisimile fiat, plus civilitatis, plus hospitalis benevolentiæ, humaniqve candoris, plus etiam rerum externarum cognitionis & commercii apud Cimbros illos hominum extimos, qvàm apud Romanos, illis temporibus fuisse. Qvî enim Græci hæc qvæ dixi novisse potuissent, nisi libenter Cimbri & eos admisissent, & regionum suarum notitiam communicassent?* Hoc ad Svecos restringit Rudbeckius, ᶜ illos freqventer antiqvissimis temporibus in Græciam migrasse, Græcos homines vicissim ad eos commeasse; & qvod miremini, licet his *aut itinere orientem versus directo per Moscoviam & Poloniam, aut versus austrum per Daniam & Germaniam, aut deniqve mari, circum litora Belgii, Galliæ, Hispaniæqve eundum omninò fuit*; tamen (risum teneatis amici) Muscovia, Germania, Polonia, Dania, Gallia, Hispania-

c. cap. 3. sect. 2.

ſpaniaqve antiqviſſimis iſtis temporibus *aut nullos aut rariſſimos incolas* habuerunt, *qvorumve ea eſſe debuerit rerum geſtarum tenuitas, ut Græcis* (per eas ſcilicet terras in Sveciam euntibus) *ne qvidem nomine vel famâ noti eſſe potuerint*. Sed placeant aliis hujusmodi ingeniorum luſus, neqve applauſum invidemus; miramur magis: ementitum veremur. Etenim brevi poſt evulgatam Atlanticam Rudbeckii, tenebrio qvidam in lucem protruſit diverſorum de illâ Teſtimonia; & inter alia, truncum epiſtolæ cujusdam, ad qvem, non additur, nec à qvo; ſed lucifugus ille fucum facere nobis vult, qvaſi à Dano qvodam eſſet conſcripta, tali ſuperſcriptione impreſſâ: *Dn. J. Jacob. Hafniæ 26. Febr.* 1681. Verſatum in antiqvitatibus noſtris eſſe eum neceſſe eſt, qvi judiciū de illis ferre qveat; at novimus plerosqve qvi ſe illis immerſerunt, & nemo occurrit, cui id nominis aptari valeat. Itaqve ſi ſuſpicionem criminis falſi evitare velit ater ille vel albus, ſub nomine H. Z. deliteſcens Teſtimoniorum corraſor, indicet uberiùs nomen & dignitatem perſonati illius J. Jacob. vel præſtet hoc publico officium ipſe Rudbeckius, ſi lucem alter extimeſcet; Rudbeckio enim non poſſunt eſſe ignoti J. Jacob. & H. Z. cum pleraqve Teſtimonia petita ſint ex epiſtolis ad ipſum Rudbeckium ſcriptis, qvas præter ipſum nemo alteri communicare potuit; & cujus inſuper ibidem litteræ adſpiciuntur, Gabriel Truſius Hungarus, qvem doctum virum noſtra nunc terra tenet, mihi ſincerè affirmavit, nullum ſe noviſſe in Svecia, cujus nomen litteris H. Z. reſpondeat, ſe vero ſuam Rudbeckio ipſi tranſmiſiſſe epiſtolam. Aut itaqve in cerebro H. Z. natus eſt J. Jacob. aut Danicarum antiqvitatum

nulla

nulla imbutus cognitione, si attonitus non momentis sed mole Atlanticæ effutierit: *Qvid autem de cetero Danicis fiet antiqvitatibus, parum sane liqvet.* At mihi liqvet. Constabit enim ipsis sua veneratio & illibata fides, dum illas neqve ex Argonauticis Orphei, neqve ex Ranis Aristophanis eruere tentamus, qvæ bellaria esurientibus relinqvimus; sed, etiamsi non respuentes tenuem illam obscuramqve lucem, qvam illustrationi inservientem, Græci & Latini Historici suppetunt; tanqvam ex ipsis fontibus, ex Monumentis lapideis adhuc extantibus, et veracibus Scaldorum carminibus, ex Historiarum lingvâ antiqvâ Septentrionali vel Latinâ etiam conscriptarum voluminibus; vera à falsis, fabulosa ab indubitatis, omni curâ secernentes, haurimus. Hinc certissimè edocemur, circa tempus nativitatis Christi, sceptra Danica tenuisse potentissimum Regem Frothonem, utramqve paginam libri qvinti Saxonis implentem; de qvo libro insulsum authoris Atlanticæ judicium limam meretur: *imò librum integrum de innumeris penè hujus Froi facinoribus edidit: atqvi inqvirentibus aliqvando diligentius in candorē & fidem Saxonis facile apparebit librum de Froo, communem cum Æsopicâ cornice fortunam subiturum esse. Nam & Regum, & Vilkinæ, & Olavi, & Snorronis, & Hervaræ, & Gothrici, & aliorum historiis sua repetentibus, & actiones singulas ad veros auctores suos referentibus, mox nudabitur Frous habitu peregrino, qvo illum Saxo induerat.* Demus, adjecisse aliqvid Saxonem rebus gestis Frothonis, sed id certè ex hîc enumeratis historiis excerpere neqvivit, qvarum compilatores omnes Saxonis ætate inferiores, Saxonem deflorare potuissent;

ſent; Saxo illas nullatenùs. Neqve verarum Hiſtoriarum titulum omnes merentur, cum Hervaræ & Gothrici Sagæ ritus qvidem veteres explanent, ipſam Hiſtoriam non per omnia veritati congruam exponant: Vilkina ſaga verò putidiſſimum ſit figmentum, luceq; indignum. Veraces autem in citato indice hiſtoriæ, Olafs ſaga, & optima Snorronis hiſtoria Norvagica, perhonorificam Frothonis Regis faciunt mentionem. Ut enim expeditiones magni Regis bellicas omittam, præcipuum operum ejus habetur, pax tàm ſecura ſtabilita, ut armilla aurea in rupe ſine cuſtodia relicta ab omni rapina intacta manſerit: & Regalis juſſio, ne qvis ædem vel arcam ſeris obfirmatam haberet, aut rem ullam clauſtrorum cuſtodiâ contineret, cùm nullus ab incurſu furum metus eſſet; Saxone Grammatico [d], memorante. Nihil in hac narratione non veriſimile, ab aliis qvoqve Principibus, pacis juſtitiæqve cultoribus attentatum. Namqve & Ælfredum Regem Anglorum, legum ſeveritate eam pacem infudiſſe provinciis, *ut etiam per publicos aggeres, ubi ſemitæ finduntur in qvadrum, armillas juberet aureas appendi, ut viantium aviditatem irritarent, cum non eſſet qvi eas abriperet*; Malmesburienſem ſecuti prodiderunt Matthæus Weſtmonaſterienſis [e]. & Johannes Bromton. [f]. qvod Ælfredi nepoti, Regi qvoqve Angliæ, Ethelſtano uſurpatum, atteſtantur Annales Wintonienſes: [g] *Iſte pacem fecit teneri in Anglia, qvod torqves aureus ſi exponeretur in compito, citius ibi putreſceret, qvàm furto tolleretur*. Et magnus ille Neuſtriæ domitor, Rollo Danus, memorante Dudone S. Qvintini Decano, libro ſecundo de moribus & actis Normannorum,

Tt

d. lib. 5. e. ad an. 892. f. pag. 818. g. Monaſt. Anglic. tom. 1. pag. 32.

norum, *in terra suæ ditionis bannum, id est interdictum misit, qvod est prohibitio, ut nullus fur vel latro esset, neqve assensum malæ voluntatis ei præberet. Deniqve interdixit, ut nullus ferramenta aratri domum deportaret, verùm in campo cum aratro relinqveret, & nullus post eqvum, asinumqve, atqve bovem, ne perderet, custodem mitteret. Sic qvievit terra vacua furibus & latronibus.* in tantum, ut *armillæ aureæ*, qvas Rollo ipse iuxta Maram in qvercu suspenderat, per tres annos ob timorem ipsius intactæ ibidem fuerint; ut testatum reliqvit Historiæ Normannorum libro secundo capite vicesimo Willelmus Gemmeticensis. Neqve plura exempla glomerare necesse sum, cum de Frothone Magno, qvi Saxoni se minùs credere simulant, eò qvod tantum Daniæ invideant Historicum; at credant, speramus, vetustissimo monumento Grotta saung, cujus præfatio hæc habet: Skioldr het sonr O-
„ þins, er Skioldungar ero frà komnir. Hann hafdi atse-
„ to, oc reþ laundom þar sem nu er kallat Danmaurk, enn
„ þa var kallat Gotland. Skioldr atti þann son er Friþleifr
„ het; er laundom reþ eptir hann. Sonr Friþleifs het Fro-
„ þi, hann tok Konungdom eptir fauþor sinn. I þann tid er
„ Augustus Kejsari lagdi friþ um allan heim, þa var Christr
„ borinn. Enn fyrir þui at Froþi var alla Konunga rikastr
„ à nordr laundom, þa var hanum kendr friþrinn um alla
„ Danska tungo, oc kalla Nordmenn þat Froþa Friþ. Engi
„ maþr grandaþi auþrum, þott hann hitti fyrir ser fauþor
„ bana eþr broþur bana lausan eþr bundinn. Þa var oc
„ engi þiofr ne ransmaþr, sua at gullhringr einn la a Ja-
„ langrsheiþi lengi. h. e. *Skioldus vocabatur Odini filius, ex qvo Skioldungorum prosapia descendit. Is constitutâ*

tutâ sibi sede, regionibus imperavit, qvæ nunc Daniæ nomine veniunt, tunc dictæ Gotland. Skioldo erat filius Fridleifus dictus, qvi patri in regno successit. Fridleifi filius nuncupabatur Frotho, qvi relictum sibi à patre regnum suscepit. Eo tempore Augustus Cæsar totum orbem pacavit; tunc Christus natus est. Et proptera qvod Frotho omnium Septentrionalium Regum longè ditissimus esset, adscripta est ipsi pax hæc ab omnibus Danicâ lingvâ utentibus, & Septentrionales illam Frothonis pacem indigitant. Nemo tunc alteri nocuit, etiamsi patris sui aut fratris occisorem, solutum sive vinctum inveniret. Nullus tunc erat fur vel latro adeò ut armilla aurea in tesqvis Jalangrensibus diutiùs intacta jaceret. Multa heic se offerunt notatu digna. Daniam qvondam Gothiam dictam, infallibile perhibetur testimonium, qvod aliis antiqvissimis authoribus confirmare, proclive esset. Frotho Rex divitiis cæteros Seprentrionis Reges præcelluisse narratur, unde in Grottasaung introducuntur fœminæ molentes Frothoni aurum, pacem & beatitudinem. *oc baþ þær mala gull oc friþ oc sælo Froþa.* Additur, tunc temporis, pacato orbe, Christum natum esse; cujus salutiferæ nativitati tam notabilem pacem imputandam facundè Saxo: [h] *Per idem*, inquit, *tempus publicæ salutis auctor mundum petendo, servandorum mortalium gratiâ mortalitatis habitum amplecti sustinuit, cum jam terræ sopitis bellorum incendiis, serenissimo tranqvillitatis otio fruerentur. Creditum est tam profusæ pacis amplitudinem ubiqve æqvalem, nec ullis orbis partibus interruptam, non adeo terreno principatui, qvàm divino ortui famulatam fuisse, cælitusqve gestum, ut insitatum temporis beneficium,* præ-

Tt 2

h. lib. 5.

præsentem temporum testaretur autorem. Consentit Saxo Patribus, qvi nascente Christo, pacem in orbe fuisse, concordi sententiâ tradidere: qvod non ita pridem contra Keplerum evicit vir sanè eruditissimus Henricus Norisius capite decimo dissertationis secundæ in Cenotaphia Pisana. At gentiles Dani, & Nordmanni, ut audivimus, pacem Regi Frothoni ab eâdem cognominato adscribebant: Sveci Freyo, tunc ipsorum domino, uti docet Sturlæsonius: „A hans daugum hofz Froda fridr. þa var oc ar um „aull lond, oc kendo Sviar þat Frey. var hann þui meirr „dyrkadr enn onnur godin, sem a hans daugum vard „landfolkit audgara enn fyrr af fridinom af arino. h. e. *Ejus* (Freyi) *tempore incepit Frothonis pax. Tunc & ubiqve annonæ erat ubertas; qvod Sveci Freyo adscribebant. Itaqve tanto magis cæteris Diis cultus est, quantò ejus diebus incolæ opulentiores solito essent ob pacem & abundantiam annonæ.* Consonat Olai Trygesonii Regis Norvegiæ historia, ubi ipse Olaus in pulcherrimâ ad Nidrosienses oratione ita fatur: „Eg sagda ydr fyrr at Frey „var kendr fridr sa hinn mikli er i Sviþiod-var um hans „daga. Enn Danir kendu þann frid Froda konungi er red „fyrir Danmork ok kolludu þeir þat Frodafrid. h. e. *Prius vobis dixi, Freyo magnam illam pacem, qvæ illius tempore in Svecia extitit, adscriptam fuisse. Dani vero pacem illam Regi Frothoni, qvi Daniæ præfuit vendicarunt, Frothonisqve, pacem appellarunt.* Præmittit qvædam Rex Olavus de ortu & progressu cultus Freyi apud Svecos, & ligneo ipsius idolo magnæ ibidem venerationis, qvæ hic adjungere non erit superfluum: Ek kann ydr „þat at segia glaugt at Freyr þessi er þer hafit blotat

var eigi kvikr madr helldr einn tremadr af manna hon- "
dum gorr fa er her liggr nu fundr hoggvinn i fma skidur "
ok fva buinn til elldzmatar. þat skolu þer ok vita at fa "
madr er Freyrr het hefir verit einn mikils hattar konungr i "
Sviariki. En þa er hann var daudr var giorr einn haugr "
hardla mikill ok var þar i lagdr likami Freys. ok er hañ "
var haugfettr var þat talat at nockurir menn mundo "
fara i haug med honum til skemtanar vid hann. þvi at "
monnum hafdi hann verit miog harmdaudi. En þo at "
hann væri vinfæll medan hann lifdi þa villdi þo engi ve- "
ra hia honum daudum. þui toko Sviar þat rad at þeir le- "
tu giora dyrr a hauginum ok þria glugga. helltu þeir i- "
einn glugginn gull. annan filfr. þridia eirpenningum. "
Et mox. þa er Freyr var heygdr villdi engi lifandi man- "
na vera heygdr hia honum ok þui giordu Sviar tremenn "
tua. ok fettu þa i haug hia Frey. þviat þeir hugdu honum "
mundi gaman þickia at leika fer at þeim. Enn er langar "
ftundir lidu þadan kom nokurum Svium i hug at briota "
haug Freys þuiat þa voru aptr byrgdar dyrr hans oc "
gluggar. en menn vifsu at mikit fee var i hauginum ok "
er hann var raufadr foru nockurir menn i feftum ofan "
a golfit ok fa þar gull mikit ok giorfimar margar. ok "
er þeir hugduz feet i burt bera þa vurdu þeir fva hræd- "
dir at þeir þordu engan lut med fer at hafa utan þa tva "
tre menn er Frey hofdu fengnir verit til leikna. ok medr "
þui voru þeir uppdregnir til finna manna. ok var þa "
aptr byrgdr haugrinn en tremennina toku Sviar til fin "
ok blotudu annan fialfir. h. e. *Ego vobis verè dicere* "
possum, hunc (ligneum) *Freyum quem pro Deo coluistis*
vivum hominem non fuisse; *erat enim idolum ligneum*

manibus humanis fabrefactum, quod iam in minutas partes diffissum flammæque in alimentum destinatum, heic jacet. Sciatis etiam virum quendam nomine Freyum in Sveciâ magni nominis regem quondam fuisse, cui mortuo tumulus ingens factus est, corpusq; ejus illi illatum. Cumque tumulo illatus esset, volebant quidam ei in solatium, tumulo etiam homines aliquos includi, mors enim illius ægrè ferebatur. Quamvis autem dum in vivis esset, amabilis fuisset, nemo tamen cum eo mortuo degere volebat; unde Sveci hoc consilii cœperunt, ut fores & tres fenestras in tumulo fieri curaverint, per quarum unam aurum, per secundam argentum, ac per tertiam nummos æneos dejecerunt. Cum Freyus tumulo illatus esset, nemo vivorum cum eo tumulo includi volebat, ideoque Sveci duas imagines humanas è ligno fieri fecerunt, quas cum Freyo in tumulo collocaverunt, credebant enim oblectaturum se Freyum cum illis colludendo. Elapso autem longo temporis tractu, quidam Svecorum tumulum Freyi effringere præsumebant, utpote cujus fores & fenestræ tunc occlusæ erant: sciebant enim, magnam pecuniæ vim tumulo inesse. Aperto itaque tumulo, viri aliquot, funis beneficio in fundum illius descenderunt, qui ibidem ingentem auri copiam multasque res pretiosas conspexerunt, cumque pecuniam surripere vellent, tanto timore perculsi sunt, ut rem nullam præter duas hasce ligneas imagines, quæ Freyo antea in solatium adjunctæ fuerant, auferre ausi sint, quibus secum sumptis ad suos extracti sunt, tumulumque deinde claudebant. Ligneas hasce hominum imagines Sveci reverenter exceperunt, earumque alteram ipsi pro Deo coluerunt.

Casum & ultimum fatum hujus Sveeis adorati Freyi idoli, operæ est audire, qvod lepidissima sit narratio, & cultum Freyi in multis illustrans, ex eadem Olafs Tryggvasonar sagâ deprompta: For hann (Gunnarr) sidan austr " um fiall oc um Upplond allt huldu hofdi letti hann sinni ferd eigi fyrr en han kom fram austr i Sviþiod. þar " voru blot stor i þann tima oc hafdi Freyr þar " verit mest blotadr lengi. oc sva var miok magnat " likneski Freyrs at fiandinn mællti vid menn or " skurdgodinu. oc Frey var fengin til þionosto kona ung " oc frid synum, var þat atrunadr landzmanna at Freyr " væri lifandi, sem syndiz i sumu lagi, oc ætladu at hann " mundi þurfa at eiga hiuskapar far vid kono sina, skylldi " hon mest rada med frey fyrir hofstadnum oc ollu þui " er þar la til. Gunnarr Helmingr kom þar fram um sidir " ok bad konu Freys hialpa ser ok beiddi at hun mundi " hann lata þar vera. hun leit vid honum oc spurdi hverr " hann væri. hann kuedz vera brautingi einn litils hattar " oc utlendr. hun mællti. eigi muntu vera i alla stadi giæfu madr. þviat freyr litr eigi vinar augum til þin. Nu hvil " þik her fyrst þriar nætr. oc vitum þa hversu frey þokniz " til þin. Gunnarr svarar. Miklu þickir mer betra at þiggia " þina hialp oc hollostu en freyrs. Gunnarr var gladr oc " skemtanar madr mikill. Enn er þriar nætr voro lidnar " spurdi Gunnarr konu freyrs. hversu þa skylldi vera um " þarvist hans. Eigi veit ek þat giorla segir hun þu ert " madr felausf. ok kann þo vera at þu ser godra manna. " væri mer um þat meira at veita þer nockura asea. en " frey er litit um þik. oc uggi ek at hans reidi liggi aa. " Nu ver þu her halfan manat oc seam þa hvat i gioriz. "

Gun-

„ Gunnarr mællti. Sva ekiptir her til fem ek mundi kiosa
„ at freyr hatar mik en þu hialpar mer. Þviat ek ætla
„ hann cigi medalfianda vera. Gunnar þockn adiz mon-
„ num þvi betr fem hann hafdi þar lengr verit fyrir skem-
„ tan finaoc annan vaskleik. kom hann enn at mali vid konu
„ freyrs oc fpurdi um fina hagi. hun fvarar. Vel likar
„ monnum til þin oc þickir mer rad at þu fér her i vetr
„ oc farir aa veitzlur med ockur frey þa er hann skal giora
„ monnum aarbot. en þo er honum illa vid þik. Gunnarr
„ þackadi henni vel. fidr nu at þeirri ftundo er þau buaz
„ heiman. oc skylldo þau freyr oc hona kans fitia i vagni.
„ en þionofto menn þeirra skylldo ganga fyrir. þau attu
„ langt at fara yfir fiallveg nockurn; þa giordi at þeim
„ hrid mikla. giordiz þa ferdin þung en Gunnarr var til
„ ætladr at fylgia vagninum oc leida eykinn. en um fidir
„ kom fva at alt folkit dreif fra þeim fva at Gunnar einn
„ vard eptir oc þau freyr i vagninum tok Gunnarr þa at
„ mædaz miok er hann leiddi eykinn. ok er fva hafdi fa-
„ rit um ftund þa gefr hann upp fyrirgonguna, ok fetz
„ i vagninn en lætr eykinn rada leidinni. litlu fidarr mæll-
„ ti hon til Gunnars. dugi þu enn oc leid heftinn. ella
„ man freyr ftanda at þer. hann giorir fva um hrid. en er
„ hann mæddiz enn miok mællti hann til mun ek nu hæt-
„ ta at taka i moti Frey ef hann rædr aa mik. Freyr redz
„ þa or vagninum oc taka þeir fang oc verdr Gunnarr
„ miok aflvani hann ferr at eigi man fva buit duga hug-
„ far hann þa fyrir fer ef hann getr yfir komit þenna fi-
anda. oc verdi honum audit at koma aptr til Noregs. at
„ hann skal hverfa aptr til rettrar truar oc fættaz vid O-
„ lafkonung. ef hann vill vid honum taka ok þegar eptir
þefsa

þessa hugsan tekr Freyr at hrata fyrir honum ok þvi nærst "
fellr hann. hleypr þa or likneskinu sa fiandi er þar haf- "
di i leyndz ok var þa trestokkr einn tomr eptir, braut hann "
þat alt i sundr. Sidan giordi hann konunni tva kosti at "
hann mun laupa fra henni oc leita fyrir ser ella skal hun "
segia er þau koma til bygda at hann se freyr. hun kvadz "
þat vilia giarna segia helldr, for hann þa i bunat skurd- "
godsins en vedrit tok at birta komo þau um sid til veitzlu "
þeirrar er þeim var buin vat þar fyrir mart þeirra manna "
er þeim skylldu fylgt hafa. þotti folkinu nu mikils um "
vert hversu freyr syndi matt sinn er hann skylldi komaz til "
bygda med konu sina i vedri sliku þar sem allir menn hofdo "
laupit fra þeim. oc þat med at hann matti nu ganga med "
odrum monnum oc aat oc drack sem adrir menn. foru þau "
at veitzlum um vetrinn var Freyr iafnan fataladr vid adra "
menn, en sva kom at eigi vill hann lata kvikvendi sæfa fy- "
rir ser sem fyrr ok engi blot vill hann þiggia oc engar for- "
nir eda offur utan gull oc silfr klædi god eda adrar giorsi- "
mar. En er stundir lida fram. þickiaz menn finna at ko- "
na Freyrs er med barni. þat verdr monnum all aagiætt oc "
þotti Svium nu allvænt um þenna gud sinn. var oc vedrat- "
ta blid oc allir lutir sva aar vænir at engi madr mundi slikt. "
h. e. *Deinde* (Gunnarus, qvi homicidii falsò suspectus, Nor-vegiam liqverat) *per montes orientem versus iter tetendit, Uplandiamqve* (Norvegiæ) *occultè pertransiens, non prius subsistit qvàm orientem versus in Sveciam deveniret: Ibi tunc temporis religio ethnica impensè vigebat; Freyusqve diu ibi maxime cultus fuerat, cujus sculptile tanto vigore præditum erat, ut ex eo dæmon hominibus verba faceret. Puella qvædam ætate juvenili facieqve de-*

Vv *cora*

cora ad famulitium Freyo præstandum deputabatur, credebantqve Sveci Freyum vivum esse, veluti & in qvibusdam apparuit, ac cum uxore suâ res venereas exercere; illa cum Freyo circa fanum resqve ad fanum pertinentes maximam potestatem habuit. Tandem Gunnarus Helmingus eò pervenit, Freyiqve uxorem rogavit ut sibi opem ferret, seqve ibi manere permitteret. Illa eum intuens interrogavit qvisnam esset? dixit ille, se vilem & extraneum viatorem esse. Illa pergit: Conjicio te per omnia non esse fortunatum, Freyus enim parum amicè te intuetur, nihilo tamen minus per triduum heic te refice, & videbimus qvomodo Freyo præsentia tua placebit. Respondit Gunnarus; tuum auxilium & favorem multò magis qvàm Freyi exambio. Gunnarus hilaris & facetus erat, cumqve fluxisset triduum, Freyi uxorem interrogavit qvid de sua ibidem mansione decernere vellet? Illa ait, Non exactè scio; tu pecuniæ egenus es, attamen præclarâ forsitan stirpe oriundus, ideo tibi suppetias ferre vellem, Freyus vero parum tibi favet, unde metuo ne ipse irascatur, nihilominus permaneas per binas septimanas, & videamus qvid tunc de te fiat. Gunnarus ait: Hæc res ex voto mihi cedit; Freyus me odit, tu vero auxilium præstas, illum enim qvovis dæmone pejorem esse arbitror. Gunnarus hilaritate suâ & promptitudine omnium favorem tanto majorem contraxit, qvanto longiorem ibi moram fecit. Deinde Freyi uxorem iterum allocutus de sua conditione interrogavit: Illa respondit, populus valde tibi favet, ideoqve consultum mihi videtur, ut hanc hyemem hîc transigas, mihiqve cum Freyo, annonæ ubertatem incolis largituro, convivia freqventanti comes sis, qvamvis te odio habeat. Gunnarus illi

illi gratias egit. Instabat tempus quo se ad iter accingerent; Freyo cum uxore suâ currui insidendum erat, quem famuli illorum anteire debebant; iter autem non exiguum per loca montana iis faciendum erat. Deinde tempestas exorta est, adeout viam progredi difficile esset, Gunnaro vero munus demandatum fuerat, ut currui adesset, jumentumqve duceret. Tandem omnes illorum comites eos deserebant, solo Gunnaro apud Freyum uxoremqve ejus in curru constitutos remanente; qui qvod eqvum duceret, valde lassari cœpit. Cumqve aliqvamdiu hoc modo iter fecissent, Gunnarus currum anteire desiit, at in currum escendens, jumentum qvoqvò vellet currum trahere permisit. Paulopost Freyi uxor ad Gunnarum dixit: Utere adhuc viribus, ducqve jumentum, aliàs enim Freyum te invasurum credo: Gunnarus monitis exiguo temporis spatio paruit, cumqve valdè iterum fatigaretur, dixit, jam periculum faciam, Freyum, si me invadat, excipiendi. Tum Freyus curru descendens in eum irruit. Gunnaro vires ad contranitendum non sufficiebant; unde se in periculo versari videns, tacitum votum secum vovit, si hoc dæmonio superato salvus in Norvegiam redire posset, se veram fidem iterum sincerè amplexurum, ac cum rege Olao, si copia daretur, in gratiam rediturum. Vix votum animo conceperat, & Freyus ei cedere cœpit, tandemqve penitus cecidit. Tum dæmon qvi in sculptili latitaverat, illud deseruit, nudo trunco ligneo remanente, qvem Gunnarus in minutas partes diffregit. Deinde mulieri binas conditiones proposuit, utrum ab eo, sibi soli provisuro, deseri, an cùm ad habitata hominibus loca devenerint, eum Freyum esse profiteri mallet. Cumqve illa eum Freyum simulare se malle

affirmaret, idoli ornatum induit. Tum tempestas sedari cœpit, adeo ut ad convivium ipsis paratum serò dsei venirent; ubi multi qvi eorum comites esse debuerant, adfuerunt. Stupebat populus Freyum *potentiam suam adeo manifestasse, ut in tanta tempestate, qvæ omnes ejus comites ab eo dispulerat, cum uxore suâ eò pervenerit: nec minus mirabatur, eum more aliorum hominum incedere, ciboqve & potu vesci. Hac hyeme* Freyus (sev Gunnarus, sub nomine Freyi imponens) *cum uxore convivia freqventavit, cumqve aliis hominibus pauca loqvebatur. Tandem animalia sibi mactari noluit, qvod antea consvetum erat, nullaqve sacrificia, hostias, vel oblationem admisit, nisi aurum & argentum, vestes pretiosas, aliave clenodia. Labente vero ulterius tempore,* Freyi *uxorem uterum ferre, cœpit apparere, qvo emanante, gaudebant Sveci, & hunc suum Deum impensè diligebant: aëris etiam constitutio placida erat, tantaqve uberis futuræ annonæ indicia, qvanta hominum memoriâ non extiterant.* Demum Gunnarus cum muliere Norvegiam fugâ repetiit. Altera Freyi, in tumulo ipsius reperta imago, in Norvegiam ad Nidrosienses transmissa est; Freyo & illi nomen dederunt: cujus in frusta discectæ occasione, piam illam atqve elegantem Olaus Rex habuit orationem. Neqve modò in Norvegiam propagatus est Freyi cultus; transiit etiam in Islandiam, ibiqve dicata sibi fana invenit, qvod Vigaglums saga manifestum facit:

„ Adrenn þorkell for a brott af þvera þa geck hann til hofs
„ Freys ok leiddi þagat uxa gamlan ok mællti sva. Freyr
„ sagdi hann er lengi hefir fulltrui minn verit ok margar
„ giafar af mer þegit ok vel launat, nu gef ek þer uxa þenna
„ til þess at Glumr fari eigi unaudgari af þverar landi en ek

fer

fer nu. ok lattu ſia nockurar iartegnir hvart þu þiggr eda "
eigi. En uxanum bra ſva vid at hann qvad vid ok fell "
nidr daudr ok þotti vel hafa vidlatid ok var nu hughægra "
er honum þotti ſem þegit mundi heitit. h. e. *Ante-* "
qvam Thorchillus (à Glumo coactus) *e prædio Thvera di-
ſcederet, fanum* Freyi *acceſſit, taurumqve eò ducens, hæc
verba concepit:* Freye, *cui diu confiſus ſum, & qui multa
dona à me accepiſti, ſemperqve benè remuneraſti; Hunc
taurum tibi do, ut Glumus non æqviori animo ex hoc præ-
dio diſcedat, qvàm ego nunc diſcedo; ſigno aliqvo monſtra,
utrum accepta tibi ſit oblatio, nec ne? Taurus vero è veſti-
gio cum mugitu mortuus cecidit. Ille lætabatur animoqve
placidior fiebat, cùm Deum hoſtiâ propitiatum eſſe crede-
ret.* Decoctis mactati Tauri carnibus Freyum propitiare,
in eadem inſula Oddus conabatur, memorante Droplau-
garſona ſagâ: Enn er Oddr bio ferd ſina i brott. þa let "
hann hoggva gradung ok ſioda. Enn hinn fyrſta fardag "
þa er Oddr var a brott buinn lætr hann bord ſetia med en- "
dilongum ſetum ok var þetta allt gradungs ſlatr a bord "
borit. geck þa Oddr ſvo talandi. Her er nu vandliga bord "
buit. ok ſvo ſem hinum kæruztum vinum varum. þeſſa "
veitzlu gef ek alla Frey at hann lati eigi þann med minna "
harmi brott fara af Oddſtodum er i minn ſtad kemr. enn "
ek fer nu. h. e. *Cum autem Oddus* (e prædio ſuo, co-
actus) *abitum pararet, taurum mactari fecit, mactatum-
qve coqvi; Adveniente autem removendi die, cum ad iter
paratus eſſet, menſam longitudinem cubiculi adæqvantem
erigi curavit, cui carnes taurinas impoſuit dicens: Heic
menſa tanqvam cariſſimis amicis parata eſt; Epulum hoc
Freyo do, ut ſucceſſorem meum faciat cum non minore tri-*

 ſtitiâ

stitiâ hinc abire, qvàm ego nunc discedo. Sed Sveciæ, ut multis insinuavimus, peculiare Numen Freyus credebatur, Thorus Islandiæ; qvod arguere videntur nautarum qvorundam votivæ preces, qvas sic commemorat Historia Olai „Regis Tryggonis filii: Urdu Skipveriar allir a þat sattir, „at þeir skylldo heita a Gudin til þess, at þeim gæfi byr at „sigla brott af Noregi noekut til heidinna landa. Sva var „heitit stofnat at þeir skylldi gefa se ok þriggia sallda aul „Frey, ef þeim gæfi til Sviþiodar: en þor edr Odni, ef þa „bæri aptr til Islandz. h. e. *Nautæ omnes unanimi consensu concluserunt, votis Deos sollicitare pro optato vento qvi ipsos è Norvegia ad ethnicarum terrarum aliqvam deveheret. Votum hoc modo conceptum erat, ut pecuniam & tres cerevisiæ saldas* (mensuræ genus) *Freyo offerrent, si in Sveciam navigare possent: Thoro autem vel Odino, si ventus eos in Islandiam reportaret.* Invexerant in Islandiam, adorationem Thori Norvegi, qvi eum præ cæteris coluerunt: cujus cultus originem ipse Thorus, personam hominis vultumqve indutus, Olao Tryggonis Regi Norvegiæ creditus est indicasse, ita Regem, memorante Olafs „Tryggvasonar sogu, affatus: Herra, land þetta er ver si„glum fyrir var bygt fordum af Risum noekurum. Enn þat „barst at, at þeir Risarnir fengu noekurn bradañ bana oc dou „þeir. svo at eigi var fleira eftir enn Konur tvær. Sidann gior„dist þad Herra, at menn toku ad byggia land þetta þeir er „menskir voru or austuralfu heimsins, oc þessar hinar „miklu konur, Herra, þa veittu monnum mikinn yfirgang „oc þrongdu þeirra radi a marga vega; oc þa toku menn „þad til rads, Herra, ad heita a þetta hit rauda „skegg til fulltings ser. og þegar jafnskiott tok ek ha-

mar

mar or ferk mer., oc lauft ek þær til bana. h. e. " *Domine, Terra hæc* (Norvegia) *qvam præternavigamus, ab gigantibus qvondam inhabitata erat: qvibus subito qvodam casu deletis & mortuis, non nisi binæ mulieres ex eo genere supererant. Deinde homines, Domine, ab Oriente venientes, hanc regionem incolere cœperunt, qvibus binæ illæ feminæ, virium ingentes, magnas molestias facessebant, eosq; ad duras conditiones adigebant. Tunc homines ad id auxilii confugerunt, hanc rubicundam barbam in adjutorium invocare, Et ego protinus malleo ex marsupio meo deprompto illas in mortem adegi.* Malleum inter præcipua Thori insignia Edda recenset; & simulachrum ipsius, publicæ Norvagorum venerationi expositum, malleum manu complectebatur, in S. Olai Regis historia ita descriptum: þat var merkt eptir Þor.hefir hann hamar i hendi ok mikill vexti,sua at ecki" ero þeir meñ at honum se meiri.Hañ er holt innan ok giorr" undir honum sua sem stallr se.ok stendr hann þar a ofan þa " er hann er uti. Eigi skortir hann gull a ser ok silfr. Fiorir " hleifar ero honum færdir huern dag ok þar med slatr at " þui skapi. ok lesir hann þess ecki. h. e. *Idolum ad Thori similitudinem factum erat, malleum tenens, & statura, cujus magnitudinem nemo virorum superaret. Intùs erat cavum, arâ subtus positâ, cui sub dio positum insistebat. Non deerat ornatui ipsius aurum vel argentum. Qvatuor panes ipsi qvotidie apponebantur, & carnis qvantitas panibus congrua; qvæ omnia penitùs consumebat.* Non tamen soli Norvegiæ; Daniæ qvoqve Thorus in pretio erat,cui,ut *Deo suo*,Danos humanum sangvinem libasse,refert Willelmus Gemmeticensis [i.] licet qvi Gemmeti-

i. lib. 1. cap. 5.

meticenfis veſtigia preſſe ſeqvitur Walſinghamus, circa initium Hypodigmatis Neuſtriæ ita efferat, Haſtingum *Deo ſuo pro thure humanum ſangvinem* delibaſſe. Sed cum Norvegis præcipuè Thori numen in veneratione fuerit, alius tutelaris Daniæ qværendus; qvem ab Svecico diverſum fuiſſe, ex Saxonis libro primo concludo, ubi *duo ſenes humano habitu tetriores, inter ſiderum micatus, contrariis votorum ſtudiis, monſtriferos diviſêre conatus. Siqvidem alter Danorum partibus intendebat, alter Sveonum ſtudioſus extabat*. Svecorum opitulatorem, Freyum intelligo; ejus enim iram ſentiit Hadingus, usqvedum hoſtiis eum placaſſet. Danorum fautorem, famoſum ipſum capio Odinum; qvem, licet Ethelwerdo [k] libenter largiar, ab omnibus Aqvilonaribus ut Deum cultum fuiſſe, attamen Danos *paternâ ſemper pietate* coluiſſe, Saxo [l] obſervat; Haraldum qvoqve Hyldetand Regem Daniæ, Othino, familiari ipſi numini, obnixiùs ſupplicaſſe memorans, *uti Danis, qvibus antè clementer affuerat, ſupremam victoriam tribueret, complementumqve beneficii origini exæqvaret*. Idem Haraldus ordinandi agminis doctrinam ab Othino ſe percepiſſe credebat, cum *ſenex præcipuæ magnitudinis, ſed orbus oculo, qvi hiſpido etiam amiculo circumactus, Othinum ſe dici, bellorumqve uſu callere teſtabatur, utiliſſimum ei centuriandi in acie exercitus documentum* porrexiſſet. Qvid in bellis præſtare valuerit Othinus, ſic commemorat in Chronico Norvagiæ Snorro Sturlæſonius: Odinn kunni ſua at giora ati
„ oroſto urdo uvinir hans blindir eda daufir eda ottafullir, enn vopn þeirra bito eigi helldr enn vendir. enn
„ hans menn foro bryniolauſir ok voro galnir ſem hundar

k. Chron. lib. 3. l. lib. 8.

dar eda vargar, bito i-skiolldo sina enn voro sterkir sem" birnir eda gridungar. þeir drapo mannfolkit, enn huartki" elldr ne iarn orti a þa. þat er kalladr Berserksgangr." h. e. *Odinus efficere valuit, ut hostes ipsius inter bellandum cæci vel surdi vel attoniti fierent, armaqve illorum instar baculorum obtusa essent. Sui vero milites sine loricis incedebant, ac instar canum vel luporum furebant, scuta sua arrodentes: & robusti ut ursi vel tauri, adversarios trucidabant; ipsis verò neqve ignis neqve ferrum nocuit. Ea qvalitas vocatur furor Berserkicus.* Hujusmodi furore afflatos Syvaldi filios Saxo [m] describit: *Hic septem filios habebat tanto veneficiorum usu callentes, ut sæpe subitis furoris viribus instincti solerent ore torvum infremere, scuta morsibus attrectare, torridas fauce prunas absumere, extructa qvævis incendia penetrare; nec posset conceptus dementiæ motus alio remedii genere, qvàm aut vinculorum injuriis, aut cædis humanæ piaculo temperari. Tantam illis rabiem sive sævitia ingenii, sive ferocitas inspirabat:* taliumqve innumera exempla ex aliis decerpi possent. Illis autem, qvos furor iste invadebat, non honori, potiùs erat dedecori, memorante Vatzdæla: A þori kom stundum beserksgangur, þotte þat" þa med storum meinum um þuilikan mann, þui at honum". vard þat at engum frama. h. e. *Thorus furore Berserkico" nonnunqvam corripiebatur, qvod in tali viro probrum ducebatur; neqve enim illud ipsi gloriosum erat.* qvam infamiam ut evitaret, & ut hujusmodi furiis agitari cessaret, Thorsteinū fratrem qvid facto opus sit, consulit: þorir qvez minst hattar af þeim fyrir þui at a mik kemr berserksgangur i a fnann. oc villda ek brodir med þinum radum ok vitz-"

Xx mu-

m. lib. 7.

„ munum at þu giordir þar at nockud. h. e. *Ego ex nobis fratribus minimi ſum precii, cum furor berſerkicus me multoties invadat: Et vellem, frater, mihi tuâ prudentiâ & ſollicitudine in hoc debellando aſſiſteres.* Thorſteinus autem Deo Solis creatori votum vovit, ſe in ipſius honorem, filium Thorgrimi expoſitum educaturum, modò fratri ſuo opitularetur. Cumqve puerum aſſumpſiſſet, in honorem ſummi Numinis liberaliter educandum, ceſſavit furor a Thoro vexando. Hinc prorſus apparet, non naturalem eum furorem, nempe pro lubitu adſcitum, ipſos crediidiſſe; ſed ab ſuperiori qvadam potentiâ immiſſum, de qvo ſcita eſt Verelii [n] obſervatio: *Ita prorſus comparatus videtur, ut hominum dæmonicorum furor, qvi cum maligno implentur ſpiritu, tanto pollent robore qvanto vix decem alii ſimul. Rurſus cum malignus abceſſit genius, infirmi ac debiles jacent. Ita prorſus hi berſerki.* qvod exemplo ex Hervarar ſagâ deprompto confirmat;. „ & planè confirmatur in Egils ſagâ: Suo er ſagt ad þeim „ monnum være varet er hamrammer voru oc þeim er „ Berſerksgangur var a; medan þat var framit þa voru þeir „ ſvo ſterkir at ecki ſtodz vid þeim: enn ſyrſt er af þeim „ geck hamremmin, þa voru þeir omatkare enn at vanda. „ Kuelldulfr var oc ſvo þegar af honum geck hammremmin, þa kende hann mædi af ſokn þeirri er hann hafdi „ veitt oc var hann omattugr ſvo hann lagdiſt i reckiu. h. e. *Dicitur, cum rabioſis hominibus, & qvos furor Berſerkicus agitabat, ita comparatum fuiſſe; Furore durante, tantarum erant virium, ut ipſis nihil obſiſtere poſſet: ubi autem furor remiſerat, tum ſolito erant debiliores. Qvod & Kveldulfo accidit; ubi rabies ipſum reliqverat,* defeſ-

n. not. in cap. 27. Gothr. & Rolfi ſagæ.

defessus labore qvem illâ obsessus sustinuerat, adeo labefactatus erat viribus, ut lecto recumbere necessum haberet. Odini itaqve præstigiis ille imputabatur furor, ut ex Snorrone audivimus; & potentiam suam circa arma & res bellicas ipse in Oda Eddæ Sæmundi, qvæ Havamal inscribitur & Odino ut authori tribuitur, his rythmis declarat:

„ Þat kann ek it Þridia
„ ef mer verdr Þaurf mikil
„ haptz vid mina heiptmaugo
„ eggiar ek deyfi
„ minna andskota
„ bitat Þeim vapn ne veler.

h. e.

Illud tertium novi
si mihi valde necessum sit
contra meos hostes,
acies hebeto
meorum hostium,
ut arma illorum non valeant.

„ Þat kann ek hit fimta
„ ef ek se af fari skotinn
„ flein i folki vada
„ flygra hann sva stint
„ at ek staudvigak
„ ef ek hann sionum of sek.

h. e.

Illud qvintum novi.
si videam hostili animo emissam
sagittam aciei imminere,

illa tanto impetu non fertur
qvin sistere possim,
si modo oculis conspiciam.

„ þat kann ek hit ellifta
„ ef ek skal til orrosto
„ leida langvini
„ undir randir ek gel
„ en þeir med riki fara
„ heilir hilldar til
„ heilir hilldi fra
„ koma þeir heilir hvadan.

h. e.

Illud undecimum novi.
si ad prælium mihi sint
ducendi antiqvi amici,
sub scutis incantamenta profero.
illi vero cum potentia accedunt
incolumes prælium,
incolumes prælio abeunt,
incolumes undecunqve veniunt.

„ þat kann ek hit þrettanda
„ ef ek skal þegn ungan
„ verpa vatni a
„ munat hann falla
„ þott hanni folk komi
„ hnigra sa halr fyrir hiorom.

h. e.

Illud Decimum tertium novi,
si tyro mihi sit
aqvâ aspergendus,

ille

ille non occumbet
qvamvis in aciem veniat,
nec ferro cadet.

Hujusmodi præstigiis cum partes suorum promoveret Odinus; qvamvis multis ante prælia cum hostibus conferenda apparuisse, victoriamqve promisisse Sturlæsonius scribat: verè tamen judicavit ethnicus adhuc Finnus, magnanimus idolorum contemptor, Odinum non potentiâ sed dolis victoriam ad suos inclinavisse, qvod notabile patri suo dæmoniorum vires extollenti datum responsum Historia Olai Tryggvesonii commemorat: Lofadi hann eigi go-" dinn, helldr hæddi þau i hueriu ordi; sagdi þau eigi me-" ga hialpa odrum er þau hefdi eigi afl til at hreinsa saur " af ser. Optliga greip hann til þeirra ok svipti þeim af " stollunum. Fadir hans sagdi þat mundi honum fyrir þri-" sum standa, at hann var illa vid þau, suo mikil þrekvir-" ki sem þor hafdi unnit, farit igegnum biorg ok brotit ham-" ra:enn Oþiñ radit sigri manna. Finnr segir. þat er mattr litill " at briota steina edr gnipur, edr gefa sigr suo sem Oþinn gaf " med velum eñ ongu valldi, enn mer virdiz sa mattugr sem " sett hefir i fyrstu biorginn ok heimiun ok allann sioinn. h.e. *Ille Deos non deprædicavit, sed qvovis verbo irrisit, dicens eos aliis opem ferre non posse, qui sibi ipsis immunditiem abstergere neqvirent. Sæpius eos arripiens, è sedibus dejecit. Pater ejus dixit, contemptum eorum ipsi infortunium allaturum; cum Thorus tanta facinora patrasset, rupes transiisset, petrasqve diffregisset: Odinus autem victoriam hominibus dedisset. Finnus regessit: exigua est potentia lapides & scopulos frangere; & dolis non potentia victoriam dare, qvemadmodum fecit Odinus. Mihi autem is potens æstimatur, qvi in principio consti-*

tuit rupes, mundum & universa maria. Præter Odinū tamen, alii adhuc gentilibus venerabantur, qvasi bellorum regiminis consortes. Freyam præliis nonnunqvam interesse, & cæsorum participem fieri, Eddæ mythologia vicesima secunda memorat; licet præcipuam ejus curam circa amores versari addatur: *a bana er gott ad heita til asta.* h. e. *ipsi pro amore vota facere bonum est.* Eam itaqve Adamo Bremensi *Fricconem* nominatam crediderim, cui immolatum memorat, *si nuptiæ celebrandæ*; nam qvi ibi Fryggam intellexerit, simulqve Fryggam & Freyam confuderit, in tricesimam Eddæ mythologiam impingit. Freyæ autem imaginem cum armis expresserunt Johannes & Olaus Magni, ob cæsorum in bellis participationem, qvibus ipsa interesse credebatur. Demum in moderando victoriarum cursu, non minimum sibi vendicabat Tyr, cujus mythologiâ vicesimâ tertiâ Edda injicit mentionem: Sa er enn Ass er Tyr heitir, hann er diarfazer ok bezt hugadr. ok hann rædr miog sigri i orrostum. a hann er gott at heita hray sti monnum. þat er ordrak at sa er Tyraustr er umframm er adra menn, ok ekki siez fyrir. h. e. *Unus Asarum Tyr nominatur, qvi audacissimus est & multùm animosus, victoriæ in bellis tribuendæ valdè potens. Illum votis supplicationibusqve fatigare viris militaribus conducit. Unde in proverbium abiit, eum instar Tyri esse, qvi audaciâ præ aliis hominibus eminet, de seipso non admodum sollicitus.* Hic cum Thoro neqvaqvam confundendus, ad exemplum Schefferi, qvi dicta in litteris ad Stephanium Arngrimi o. de Tyro, qvod animositate præstiterit, ad Thorum rapit; p. discretos enim expresse, ut conveniens erat, ab Arngrimo; patet ex nominibus dierum, qvæ inde deducit, ter-

o. not. in Saxonem p. 141. p. Upsal. cap. 6.

tertium in hebdomada a Tyro *Tyrsdagur* (vel *Tyssdagur*), qvintum à Thoro appellatum *Thorsdagur*, rectissimè statuens. Qvi analogiam Septentrionalium deorum, atqve aliis qvondam nationibus adoratorum amat, observet, *Nino in Assyriorum regno successisse Thuran, cui Zames pater, ex Rhea frater, Martis nomen indidit à Planeta. Hic acerrimus bellator, qvi expeditione adversus Aqvilonis plagas susceptâ, Caucasum qvendam è stirpe Japheti filii Noe ortum, bello aggressus interfecit, ejusqve regnum invasit, atqve in Thraciam progressus, ibi extinctus jacet. Cui Marti primam Assyrii excitarunt columnam, & pro Deo coluerunt, qvem hodieqve Persicâ voce Baalem nuncupant, qvod Græcè translatum, Deum belli sonat, qvi est Aris seu Mars.* ut loqvitur ex versione Raderi, author Chronici, q. Alexandrini Radero dicti; sed qvâ de causâ, nescire se fatetur doctissimus Henricus Valesius, r. Antiochenum vocare malens, cum res Antiochensium ibidem diligentissimè commemorentur.

CAPUT. VI.

Odinus Valfaudr, seu pater cæsorum dicebatur. Freya cæsorum animas participare voluit. Islandi Thoro montes sacrabant, qvò se post mortem venturos credebant: Inde origo fabulæ, in Heclamonte infernales esse pœnas.

Sed cæterorum, qvibus regimen bellorum credulus Septentrio attribuebat, memoriam qvasi obfuscavit Odini celebritas, qvi in Edda non modò *Vera Tyr* h. e. *virorum Deus*, & *Valgautur* h. e. *stragis custos*, seu *cædendos in bello decernens*, cognominatur; sed & augustiori nomine, summum in omnium militantium vitam mortemqve imperium

q. pag. 89. r. not. in Euseb. lib. 2. cap. 23. & Theodor. lib. 2. cap. 10.

rium exprimente, dicitur *Valfodr* h. e. *ftragis Pater*; cau- „ fam addente mythologiâ octavâ decimâ : þuiat hans „ oska fynir eru aller þeir er i val falla. h.e. *qvoniam ipfius dilecti filii funt omnes in præliis cadentes.* Conabatur qvidem Freya participare cum eo cæforum animas, ut Ed- „ dæ mythologia vicefima fecunda fubindicat: Freyia era- „ giætuz af Afynium, hon a þann bæ a himni er Folkvangr „ heitir. ok huar fem hon ridr til vigs, þa a hon halfan val „ enn halvan Odinn. Sva er her fagt.

„ Folkvangr heitir enn
„ en þar Fræyia rædr
„ feffa koftum i fal.
„ halfan val hon kyfs
„ hværian dag
„ enn halfan Odinn a.

h. e.

Freya Afniarum eft maximè infignis. Hæc habitaculum in cælo poffidet, qvod Populorum vaftum receptaculum nuncupatur. Vbicunqve in pugnam eqvitat, mediam fibi partem cæforum vendicat, Odino verò altera cedit. Sicut heic dicitur.

Folkvangr adhuc vocatur,
Vbi Freya moderatur
Jus fediliorum in palatio.
Dimidium cæforum illi pertinet
Qvovis die,
Dimidium verò poffidet Odinus.

„ additur ibidem: Salr hennar Sefrumnir er mikill ok fagr. h.e. *Palatium ejus dictum Laxa Seffio, magnum eft & pulchrum*, qvò, fecundum aliorum opinionem, recipiendæ cre-

de-

debantur eorum animæ, qvi ipsam præcipuè coluerant; & nobiliores mulieres ac vim vitæ suæ inferentes, observante in manuscriptâ veterum cantilenarum enucleatione Magno Olavio: *Freya una ex Asiniis dignitate proxima Frygge: apud qvam post mortem honorificè excipi se omnes matronæ sperabant.* Qvod confirmare videtur Thorgerdæ Egilli filiæ dictum, in Eigla recensitum, qvæ exaudiens, patrem ob mortem filii Bodvari inediâ semet consumere statuisse, eum adiit, & inter alia rogata, an hesternâ vesperâ cœnasset, reposuit: Engan hefi ek nattverd haft, ok engan mun ek fyrr en at Freyiu. kann ek mer eigi betra rad en fadir minn, vil ek ecki lifa eptir fodur minn ok brodur. h. e. *Neqve cœnavi, nec cœnam prius, qvàm apud Freyam sumam; neqve enim mihi melius patre meo consulere novi: nec patri fratriqve supervivere desidero.* Ex Norvagis oriundi Islandi cum Thorum impensiùs colerent, apud eum animas è corporibus migrantes sedem inventuras credebant. Attribuit qvidem Edda [a] capacissimum Thoro palatium: Hanna þar riki er Þrudvangar heita en holl hans heitir Bilskirnir. I þeim sal eru V. hundrad golfa ok XL. þat er hus mest sua ad menn hafi gort. Sua segir i Grimnis malum.

„ Fim hundrad golfa
„ ok um fiorum togum
„ sua hygg ek bilskirni med bugum
„ ranna þeirra
„ er ek rept vita
„ mins veit ek mest magar.

h. e.

Regnum ibi habet qvod Thrudvangar (ab Stephano Olai red-

[a] myth. 19.

redditur: *virgineæ genæ*; credo qvòd Thorus dicatur pater virginis Thrudæ.) *nominatur*: *aula ejus Bilskirnir*, (rursum Stephanus Olai vertit: *terroris præsidium*; fundamentum me latet.) *in qva qvingentæ qvadraginta contignationes. Illa domus maxima est omnium ab hominibus ædificatarum. Sic dicitur in Grimnis malum* (seu sermonibus Odini, qvæ oda in Edda Sæmundi locum tenet):

Qvingentæ contignationes
Et præterea qvadraginta
In Bilskirno, ut credo, sunt sinuosô.
Domuum illarum,
Qvas contignatas novi,
Mei scio maximam filii.

Nihilo tamen minùs Islandorum qvidam Thoro montes sacraverunt, receptacula animarum suarum. Præcipuus nobilitatur ille perditissimi idololatræ Thorulfi Mostrarskeggii, cujus Arngrimus Jonæ [b] meminit: *Situs est in isthmo Thornes, monticulus humilior, Helgafell, i.e. mons sacer, Thorulfo dictus, ipsi autem & suis longe habitus sacerrimus; ubi etiam defunctorum suorum fore receptaculum credebant miseri Ethnici.* Sed, unde Arngrimus hauserat, bibamus ex ipso Landnamæ fonte: þorolfr son Aurnolfs fiskreka bio i Mostr þvi var hann kalladr Mostrarskegg. hann var blotmadr mikill oc trudi a þor. hann for fyrir ofriki Harallz konungs hins harfagra til Islandz oc figldi fyrir funnan land. Enn er hann kom vestr fyrir Breidafiord skaut hann aundvegis súlum sinum fyrir bord. þar var skorinn a þor. hann mællti sva fyrir at þor skylldi þar a land koma sem hann villdi at þorolfr bygdi. het hann þvi at helga þor allt landnam sitt oc kenna vid hann

b. Spec. Island. pag. 36.

hann. þorolfr figldi inn a breida fiord oc gaf nafn firdi-“ num. hann tok land fyrir funnan nær midiu , þar fann “ hann þot rekinn a neſi einu þar heitir nu þorsnes þeir “ lendtu þar inn fra i voginum er þorolfr kalladi Hofsvog. “ þar reiſti hann bæ ſinn ok giordi þar hof mikit oc helgadi “ þor. þar heita nu Hofſtadir. fiordrinn var þa ecki nær “ bygdr. þorolfr nam land fra Stafsa inn til þorsar. oc kal-“ ladi þat allt þorsnes. hann hafdi mikinn atrunad a fialli “ þvi er ſtod i neſinu at þangat skylldi engi madr oþveginn “ lita oc ſva var mikil fridhelgi at þar skylldi engu granda “ i fiallinu hvarki fe ne monnum nema ſialft gengi i brott. “ þat var trua þeirra þorolfs frænda at þeir dæi i fiallit allir. “ h. e. *Thorolfus Ornolfi Fiskreki* (piſcium pulſoris) *filius in inſula Moſtr habitavit, ideoqve Moſtrarskegg* (barba Moſtrina) *dictus eſt. Hic devotus numinum cultor erat, ac in Thorum credidit. Is Regis Haraldi Pulchricomi vim fugiens, in Iſlandiam ſe contulit, auſtraleqve inſulæ littus navi radebat; Cumqve verſus occidentem navigando ad ſinum Breidafiord perveniſſet, columnas qvæ ab utroqve aræ latere, in fano illius antea ſteterant, in mare projecit; his Thori effigies inſculpta erat. Ille votis expetiit, ut fluctus Thori effigiem eò terrarum pellerent, ubi ipſe Thorus habitare Thorolfum vellet, addita promiſſione, ſe territorium ſuum Thoro conſecraturum ac ab eo denominaturum eſſe. Thorolfus ſinum Breidafiord navi intravit, eiqve nomen dedit, territorium circa medium ferè auſtralis ſinus latus ſibi vendicavit, ibiqve Thori effigiem ad terram appulſam in lingula qvadam invenit, ubi jam Thorsnes(* Thori lingula *) dicitur. Deinde navem in exiguum qvendam ſinum, qvem Hofsvog (* fani ſinum *) nomina-*

minavit, deduci fecit, ad qvem sibi habitaculum exstruxit, fanumqve ingens ibidem ædificavit, qvod Thoro sacrum esse voluit. Ibi nunc Hoffstadir (locus fani) *dicitur. Tunc temporis loca finium ambientia magnam partem inculta jacebant; Thorolfus territoriū inter amnes Stafsa & Thorsa situm sibi assumpsit, ac Thorsnes* (Thori lingulam) *nominavit. Montem in hac lingulâ situm tam religiosè habuit, ut nulli illoto illuc oculos convertere liceret; tamqve sacram pacem ei imposuit, ut sive hominibus sive pecoribus ibidem manentibus nocere illicitum esset, nisi sponte sua inde discederent. Credebant Thorolfus illiusqve cognati, se singulos, post obitum, in montem illum receptum iri.* Denominationem hujus montis, qvæ tamen nil nisi *sacrum montem* significat, per levissimam litterarum permutationem & vix perceptibilem sonus distantiam, dedisse originem vulgatæ putidissimæ fabulæ, qvam plurimi Islandiam describentes cumulatim vulgaverunt, non à vero absona mihi videtur conjectura; nempe in Hecla monte Islandiæ infernales pœnas esse, & damnatarum animarum carcerem. Vetus ea est traditio, memorata qvoqve authori libri priscâ nostrâ lingvâ conscripti, qvi *Speculum Regale* intitulatur, Is de igne in visceribus Islandiæ, ad Heclam montem dirigitum intendens, in hunc modum disserit: Enn um ofgang elldz þess sem þar er þa veit ek sidr hvat ek skal þar um ræda þvi þat er undarlig nattura um þat er ek hefi spurt i Siciley at þar er mikill elldz ofrgangr ok er mer svo sagt fra þeim elldi at hann brennir bædi tre oc iord. oc er svo sagt i Dialogo at hinn helgi Gregorius hafi svo mællt at pislarstadir se i Siciley. oc i þeim elldi er þar er. .. enn draga þo meiri likindi til þess i þeim

þeim elldi er a Islandi er at þar se vist pislarstadir fyrir "
þvi at sa elldr sem i Siciley er dregr til sinnar næringar "
kvika luti þar sem hann brennir iord oc tre. þviat treit er "
kvikr. þat vex oc gefr grænt lauf oc svo hrofnar þat oc "
þornar þegar þat tekr at deyia. enn fyrir þvi ma þat "
kvikt kalla medan þat er grænt. af þat deyr þa er þat hror- "
nar. iordina ma oc vist kvika kalla. hon gefr stundum "
mikinn avoxt enn þegar sa er nidrfallinn þa gefr hon "
enn nyiann avoxt. svo oc oll likamlig skepna su sem "
kvik er þa er af iordu gior. oc ma hana þui kvika kalla. "
enn hvarntveggia þenna hlut treit oc iordina þa brennir "
Sicileyiar elldr oc dregr til sinnar næringar. enn sa elldr "
er a Jslandi er þa brennir ecki treit þott i se kastar oc "
ecki iordina. enn steina oc hart berg dregr hann til sin- "
nar næringar oc kveykiz þar af svo sem annar elldr kvey "
kiz af þurrum vidi. oc er alldri svo hardt steinn edr biarg "
at hann bradni ecki sem vax. ok brenni sidan sem feitt "
olium. en þo at þu skiotir trenu i elldinn þa svidnar þat "
at eins oc vill eigi brenna. Nu med þui at þessi elldr vill vid "
ecki annat fædaz enn vid dauda skepnu. þviat ver vitum "
at steinar oc biorg eru daud skepna. enn hann hafnar allri "
skepnu þeirri sem annarr elldr fædiz a. þa ma þat vist kal- "
la. at sa elldr er daudr. oc er hann til þess likaztr at hann "
se helvitis elldr. þvi at þar eru allir lutir daudir. Svo vir- "
daz mer oc votn þau sum sem þar eru at sumri natturu, "
um daudleik svo sem elldr sa sem nu ræddum ver um. "
þviat þar eru þær kelldur sem æ oc æ vella a kafliga bædi "
vetr oc sumar. nu er stundum svo mi kill akafi a vellu þeir- "
ra at þær spyia langt i lopt upp or ser vatninu. enn hvat "
sem menn leggia þar i hia kelldunum a þeim tima sem "

þær

„ þærſpyia upp þvi hinu heita vatni hvart ſem þat er klæ„ di edr tre edr hvat lind ſem þat er. ef þat vatn kemra „ nidr falli ſinu er kelldann hefir adr uppſpytt ſyrir oſt „ hita ſakar þa verdr þat allt at ſteini ok þiki mer þauli„ kindi meſt til draga at vatnit mun daudt vera at þat „ dregr til daudrar natturu þat ſem þat vætir med ſinu ad„ riſi. þvi at ſteininn heſir dauda natturu. h. e. *Cæterum de impetu ignis, qvi ibi* (in Iſlandia) *eſt, qvid dicendum ſit mihi, non æqve novi. Qvod enim de Sicilia audivi, mirandum naturæ eſt, ibi nempe ignem impetuoſè graſſari, qvi, ut mihi relatum eſt, ligna & terram conſumit. In Dialogo autem Sanctus Gregorius dixiſſe perhibetur, in Sicilia, igneqve ibidem ardente pœnarum locum eſſe; in igne verò qvi in Iſlandia flagrat, multò majori veriſimilitudine colligitur, pœnarum certiſſimè eſſe locum. Ignis enim Siciliæ cum terram & ligna conſumat, vivas res ſibi in alimentum trahit. Lignum enim vitam habet, utpote qvod creſcat, virentiaqve folia progerminet, ac tandem mori incipiens flacceſcat & areſcat; ideo autem dum viret, vivum dici meretur, qvod cum flacceſcat, moriatur. Terra autem viva meritò dicitur, cum interdum ingentem fructuum copiam ferat, qvibus decidentibus, novos fructus producit: neqve minus vivere dicenda eſt, qvod ex ipſa factæ ſint omnes corporeæ creaturæ qvæ vitâ gaudent. Hæc utraqve, ligna nempe & terram, ignis Siciliæ urit, iisqve alitur. Ignis autem Iſlandiæ ligna vel terram, etiamſi in eum injiciantur, non comburit; lapides verò & duriſſima ſaxa, ut alimentum conſumit, iisqve nutritur, non ſecus ac alius ignis aridis lignis. Neqve tam dura cautes aut lapis invenitur, qvin ceræ ad-*

in-

instar liqvescere, ac deinde more pingvis olei flagrare faciat; ligna vero injecta dictus ignis exteriùs tantùm adurit, penitùs nunqvam consumit. Idcirco qvoniam hic ignis mortuis solùm creaturis, cujusmodi lapides & saxa esse novimus, amat accendi: & rebus ab alio igne consumi consvetis nutriri recusat; mortuus jure dici meretur, ideoqve de ipso præ aliis verisimiliter concluditur, qvod sit ignis infernalis, cum mortuæ sint omnes res, qvas infernus habet. Idem judicium fero de qvarundam aqvarum, qvæ ibi conspiciuntur, qvalitatibus, mortuæ nempe eas esse naturæ: Ibi enim fontes sunt, qvi continuò hyeme juxta ac æstate fervidè ebulliunt: nonnunqvam eo impetu, ut aqvas suas sublimè in aëra eructent. Qvicqvid autem fontibus hisce tempore eructationis aqvæ ferventis adjacet, pannum sit seu lignum, seu qvæcunqve alia materia, si ab fervente aqvâ ex fonte projecta madescat, totum in lapideam transit substantiam. Verisimile itaqve mihi videtur, mortuam esse hanc aqvam, cum res suâ aspersione humectatas in mortuã transire faciat naturam, qvâ lapidem præditum esse satis constat. Recentiores Cosmographi Arngrimo Jonæ notati, Frisius, Munsterus, Zieglerus, Heclam montem sordidarum esse carcerem animarum, omnes ineptiunt, qvibus jungatur Olaus Magni: [c] *Primus mons Hecla*, inqvit, *valde horribilis igne, fumo & profunditate, destinatus locus Dei judicio, ad tormentandum defunctorum animas.* qvod ibidem addit: *Glacies itidem miserabilem humanæ vocis gemitum emittit, significans in illo frigore Dei inimicos tormentari, non aliter ac in calore superiùs nominato.* ex Saxone [d] depromptum, cujus verba sunt: *Huic insulæ, certis sta-* *tutis*

c. descript, Tab. region. Septentr. litt. A. d. in præfat.

tutisqve temporibus, infinita glaciei advolvitur moles; qvæ cum adventans scabris primùm cautibus illidi cœperit, perinde ac remugientibus scopulis fragosæ ex alto voces, ac varii inusitatæ conclamationis strepitus audiuntur. Qvamobrem animas ob nocentis vitæ culpam suppliciis addictas, illic algoris magnitudine delictorum pendere pœnas existimatum est. Similia alii de diversis locis protrudere figmenta non erubuerunt, qvæ propudia responso indigna sunt, quod tamen si qvis fortè desiderat, inveniet in Arngrimi Commentario de Islandia; [e.] unde modò delibabimus judicium eius de allato antea *Speculo Regali*, in qvo primam de infernali in Islandia incendio factam reperi mentionem: *Exstat tamen liber veteri Norvagorum linguâ scriptus, in qvo terrarum, aqvarum, ignis, aëris, miracula aliqvot confusa reperias, pauca vera, plurima vana & falsa. Unde facile apparet à Sophis quibusdam, si diis placet, in Papatu olim esse conscriptum: Speculum Regale nomen dederunt, propter vanissima mendacia, quibus totus, sed plerumque sub religionis & pietatis prætextu (quo difficilius est fucum agnoscere) scatet, speculum minimè Regale, sed Anile & Irregulare. In hoc speculo figmenta qvædam de Heclæ incendio, his qvæ nunc tractamus non multum dissimilia habentur, nullo experimento magis qvàm hæc stabilita, ideoqve explodenda.* Itaqve, ut brevis sim, cùm in Helgafell, animarum receptaculum esse, gentiles adhuc Islandi dispersissent, invectâ religione Christianâ, sed illatis simul sæculi istius erroribus, eorum disseminatores ad qvestum suû callidi, non adversum avaritiæ suæ intelligentes, imponi vulgo, animas defunctorum ibi receptas fuisse, confundebant

e. par. 1. sec. 7.

bant utrumqve montem, & opinionem hanc sustinuerunt, impiorum in Hecla esse cruciatum. Et ut eò faciliùs crederent incolæ, majores idolis addictos in infernum descendisse; in Hecla monte infernale baratrum finxerunt, cum mons ille ob flammarum eructationem, altero fabulæ cudendæ aptior esset. Verum enim vero non unicus ille mons Helgafell tantâ dignabatur reverentiâ, ethnicorum judicio: & alii animis defunctorum recipiendis destinati credebantur; de qvibus rursus Landnama: Hon (Audr) " hafdi bæna halld a krofsholum. þar let hon reysa krossa " þvi at hon var skyrd oc veltruud. þar hofdu frændr hen- " nar sidan atrunad mikinn a holana. var þar gior horgr er " blot toku til. trudu þeir þvi at þer dæi i holana. h. e. " *Audura ad colliculos Krosshola* (ɔ: Crucium colliculos) *dictos preces fundere consvevit, ibique cruces erigi fecit, cum baptizata esset, verâqve religione imbuta. Illius posteri hos colliculos postea religiosè habuerunt, ubi & ara diis erigebatur, cum sacrificia ethnica inciperent, credebantqve illi se post obitum in colliculos hosce migraturos.*

CAPUT VII.

Heroës Odino promittebant animas occidendorum. Odinus omnes vi mortuos sibi vendicabat. Manium fuit dominus, Mercurio comparandus. Odini effigies an exstet in Monumento Hunestadensi? Odinus defunctis propitius optabatur, præsertim in Laudationibus funebribus. Odinus Valhallæ dominus, idem cum Plutone. Septentrionales strenuè dimicabant, ob spem in Valhallam post mortem veniendi. Eâdem spe qvidam vitæ suæ vim inferebant. Servi Valhallâ exclusi, à Thoro recepti. Senio & morbis extincti in Valhallam

non recepti. Odino humanas hostias offerebant Norvegi, Sveci, & Dani.

Ea de Thoto persvasio intra Islandiæ territorium mansit. Minus de potentiâ ejus in animas defunctorum, atqve in res bellicas, præsumebant Dani; unde parca ejus in prælio apparentis mentio occurrit, freqventissima Odini: cui etiam propitiando magni bellatores animas à se occidendorum peculiariter assignatas promittebant, qvod votum magni ducebatur. Ita Saxo [a] de Haraldo Hyldetand: *Qvi qvum eximiæ formæ, præcipuæqve magnitudinis esset, coævisqve robore & staturâ præstaret, tantam Othini, cujus oraculo editus videbatur, indulgentiam expertus fuerat, ut integritatis ejus habitus ferro qvassari non posset. Qvo evenit ut vulnifica aliis tela ad læsionem ei infligendam inhabilia redderentur. Nec præmii inops beneficium fuit. Animas qvippe ei, qvas ferro corporibus ejecisset, pollicitus proditur.* Sed ipse Odinus, morti vicinus, omnes vi atmorum mortuos aut morituros sibi vendicavit, lauto hospitio excipiendos, Freyæ prætensam in mediam partem jurisdictionem annihilans, vel non nisi deteriorem sexum illi relinqvens; generaliter enim loqvitur in Chro-„ nico Sturlæsonius: Odinn vard sottdaudr i Suiþiod, oc er „ hann var at kominn bana., let hann marka sig geirs oddi, „ oc eignadi ser alla vapndauda menn. h. e. *Odinus ad mortem in Svecia ægrotare cœpit; quâ jam instante, cuspide gladii se notari fecit; & omnes viros armis cæsos sibi appropriavit.* Nimis audacula est interpretis Danici paraphrasis vocabuli *Geirsoddr*, dum, nescio qvid mysterii intendens, reddidit: Hand lod skiere nie Hul paa sit Kiød udi nie Odder. h. e. *novem incisuris novem punctis acuminatis*

a. lib. 7.

natis corpus suum discindi fecit. Notissimum enim est ex veteribus rythmis, qvid *Geir* significet; qvamvis ejus vocis vim, tenui meo judicio, non recte expresserit in Lexico Runico Magnus Olavius, inqviens: *Geir, verutum vel nomen gladii in mucronem acuminati, qvalem describit Tacitus de moribus Germanorum, Hastas vel ipsorum vocabulo frameas gerunt angusto & brevi ferro, sed ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent.* Hic enim *kesia* vel *spiot* apertè describitur, hastæ genus, qvo telo majores & cominus pugnabant, & pro occasione eminus. Qvod ita delineat Eigils saga: Kesiu hafdi hann (þorolfr) i hendi fiodrin var" tveggia alna laung ok fleginn framm broddr ferstrendr" en upp var fiodrin breid. falrinn bædi langr ok digr." Skaptid var eigi hærra en taka matti hendi til fals ok" furduliga digrt, iarnteinn var i falnum ok skaptid" allt jarnvafir. þau spiot voru kollut brynþvarar." h. e. *Thorolfus hastam manu tenuit, cujus ferrum duas ulnas longum in mucronem qvatuor acies habentem desinebat, pars vero qvæ manubrium propior erat, lata fuit: interstitium inter mucronem & hastile, longum & crassum erat. Hastile non longius erat, qvàm ut prædictum interstitium attingi posset manu* (erectâ, extremo hastilis in terram defixo.) *Interstitium oblongum fuit & ferreum. Lignum laminis ferreis circumdatum erat. Istiusmodi hastæ dicebantur Brynthvaræ.* An ita formata hasta, missile fuerit telum, non facile erit definire; aliter enim formatum invenio genus illud, qvod in hostem jaculabantur, Grettis sagâ manifestum faciente. Hann (Grettir) hafdi" hialm a hofdi ok gyrdr saxi ok spiot mikit i hendi ok"

„ engir krokatnir a oc var faltinn silftrekinn. hann „ fettiz nidr oc dro ut geirnaglann þvi hann villdi eigi at „ þorbiorn mætti aptr senda. Et paulo post: oc þegar hann „ kemr i skotmal vid þa skaut hann spiotinu ar þorbirni. „ enn þat var lausara a skaptinu enn hann ætladi oc gei- „ gadi a fluginu oc hliop af skaptinu i iordina nidr. h. e, *Gretterus galeam capite gestavit, breviori gladio cinctus; hastam manu tenuit ingentem, cujus ferrum nullos habuit uncos: interstitium inter mucronem & hastile auro ornatum erat. Gretterus confidens, clavum quo hastili connectebatur mucro, extraxit, quod nollet Thorbiornum hastam in se retorquere posse. Cumque intra teli jactum venisset, hastam in Thorbiornum jaculatur: ferrum autem non tam firmiter ac credidit, hastili inhærens, inter volandum deflectit, & ab hastili divulsum, terræ immergitur.* Heic missilis hasta *spiot* vocatur, sæpissime etiam *Kesia.* unicus ex Olafs Tryggvasonar sagâ locus abunde „ satisfacit: Olafr Konungr þa er hann sa at Eirikr Jarl „ var kominn i fyrirrumit a Orminum, skaut konungr til „ hans þrimr kesium skamskeptum. h. e. *Rex Olaus Comitem Ericum in navim suam, Serpentem dictam, ascendisse conspiciens, tres hastas brevioris ligni in eum emittit.* Hæc ut clariora evadant, subjiciam oculis delineationem hastæ *Brynthvaræ* dictæ, qvalem, secundū Eiglæ descriptionem, eam concipio. lit. A. Et qvæ hastam Gretteri illustrabunt, depictas adjungo binas in Islandiâ repertas, unam cum manubrio, lit. B, alteram ligno destitutam: lit. C. Ejusmodi telum, & fortè nonnunqvam gladium, *Geir* Scaldis designat; ut in Haconarmalum, ubi Haqvinus Rex in Valhallam introductus, arma


A
B
C

ma sua qvibus in fatali prælio usus fuerat, retinere gestiens, ita loqvitur:

„gott er til geirs at taka.

h. e.

Conducit geir in promptu habere.

ubi *geir*, *hastam* non minus qvàm *gladium* designare valet, cum utroqve telo instructum in pugnam processisse, „Snorro subindicet: Konungr steypir brynio a sig oc gyrdi „sig Kuernbit. setr a hofut ser hialm gullroþinn. tekr kesio oc skiolld a hlid. h. e. *Rex loricam induitur, gladioqve qvi molæ dissiffor dicebatur, accingitur: capiti galeam auro ornatam imponit: hastam capit, & clypeum à latere suspendit.* Qvocirca istiusmodi telo moriturus Odinus se vulnerari fecit, qvò majori veri specie Valhallam se repetere credulitati Septentrionalium imponeretur, qvibus persvaserat, vi emittendas animas, si Valhallæ obtinendæ desiderium esset: neve mortis genus vererentur, qvod Deus ipsorum (sed miserabilis, utpote duræ mortis naturalis legi subjectus) subire non formidaret, viam æternitatis monstrans. Neqve ulterius qvicqvam in illa vulneratione mysterii latêre, concludo ex Niordi facto. Is post Odini obitum, præfectus sacrorum factus, & qvasi summus Pontifex, instante fato, se vulnerari fecit, vel gladio notari; eo facto assignans se Odino. Ita enim „explicanda veniunt hæc Snorronis verba: Niordr varþ „sott daudr. let hann oc marka sig Odni adr hann do, h. e. *Niordus in morbum letalem incidit, notari se Odino fecit anteqvam descederet.* Neqve enim ad consortium Odini, Valhallæqve gaudia aspirare poterat, nisi siccam mortem ferro prævertisset, cum illac sine cæde &

san-

sangvine anhelare nefas, etiam divinis honoribus mactato vel mactando, qvibus Niordus afficiebatur, qvi annonæ proventum, opumqve dispensationem, Chronico Sturlæsoniano & mythologiâ Eddæ vicesimâ secundâ referentibus, suâ in potestate tenere credebatur; exsors tamen omnis in res bellicas animasqve mortalium jurisdictionis. Odino enim, qvi animam homini dedisse putabatur, soli reservabatur potestas, ipsam pro lubitu auferendi, qvod extimescens Onus Svecorum Rex, filios, unum post alterum ipsi obtulit, vitæ productionem infando piamento sollicitans. Huic hominum credulitati stabiliendæ, memorat Snorro, eum magiæ artibus sæpius qveis malè vellet, privare vita, sanitatem auferre, infortunium addere svetum. Oþinn kunni þa iþrott sva at mestr mattr fylgdi ok framdi sialfr er Seidr heitir. enn af þvi matti hann vita aurlug manna ok oordna luti. sva ok at giora monnum bana eda uhamingio eda vanheilindi sva ok at taka fra monnum vit eda afl ok gefa odrum. h. e. *Odinus artem illam efficacissimam novit, & ipse peregit, quæ Seid dicitur; illius verò ministerio de fatis hominum, rebusqve futuris certior fiebat: hominibusqve mortem, infortunium, vel morbos attulit: necnon rationem vel robur uni auferens, alteri concessit.* Demum, qvod ibidem refertur, callidissimum ipsius commentum fuit, qvo Manium regimen inconcussum sibi assereret: Stundum vakþi hann upp dauda menn or iordu eda settiz undir hanga þui var hann kalladr drauga drottin eda hanga drottinn. h. e. *Interdum homines mortuos ex tumulis excitavit, vel sub suspensis considebat* (suspensos ad vitam revocavit). *Ideo nominatus est Dominus cadaverum è sepulchris*

ex-

excitatorum, vel Dominus suspensorum. Qvi versionem Snorronis Danicam adornavit, legit *Hauga drottinn.* h. e. *Dominus tumulorum*; Sed mihi fidem veteris membranæ secuto, vel litterulam mutare religio est, cum inter appellationes Odini Eddicas etiam observem, eum *Hangagud* h. e. *suspensorum Deum* dictum, in carmine qvodam Havardi Hallti, cujus segmentum Edda conservavit; & similiter ibidem *Hangatyr* h. e. *suspensorum Deus* vel *dominus* ab Vigaglumo cognominatur, insigni Poëta, qvi canit:

„Lattiz herr med hottu
„hangatys at ganga
„þottiþ þeim at hætta
„þekkiligt fyrir brekku.

h. e.

Fatigabatur exercitus cum galeris
Suspensorum domini (Odini) *incedendo.*
Non videbatur illis audere
Tutum, è superiore loco descendere.

Creditus est itaqve potentiam habuisse suspensis vitam restituendi, & reseratis terræ intimis tumulatos dias in luminis auras revocandi; specimenqve nefandæ artis dedisse, per vim carminum & characterum fatidicam mulierem à mortuis excitando, dicit Vegtams qviþa:

„Red hann vitri
„valgalldr qveþa.
„leit i nordr.
„lagdi a stafi.
„fræþi toc þylia.
„fretta beiddi.


„unz

„unz naudik red
„nas ord kveda.
h. e.
Sapienti cœpit
Carmina mortuos resuscitantia cantare:
Aqvilonem inspexit:
Characteres (tumulo) *imposuit:*
Sermones proferre cœpit:
Sortes qvæsivit:
Donec invita inciperet
Mortua sermonem proferre.

Hujusmodi facti latè deditâ in omnes famâ, ut Manium & Tumulorum Dominus suspiciebatur, hâc ratione cum aliarum gentium Mercurio paria faciens, cui *Duci animarum* à Phornuto dicto, ducere & reducere animas, adscribebatur potestas. Odini itaqve in defunctos regimen ornamentis sepulchrorum nostri exprimere voluerunt; si Scheffero accedimus, qvi effigiem ipsius extare in Monumento apud Vormiū[b] Huncstadensi, valdè inclinat: [c] *nam qvi monstro illi insidet*, inqvit, *alterâ manu tenet velut sagittas, alterâ velut arcum: unde viri saltem bellicosi effigiem repræsentare patet. Qvod si ita esset, posset qvis censere Odinum, vel saltem eqvum ejus, priscos consvevisse sculpere in monumentis, cum adhuc essent pagani, sicut postea facti Christiani insculpsere crucem.* Delineationem istius lapidis Eqvitem repræsentantis adjungimus, ubi tamen expressus eqvus, Sleipnerum Odino in Edda attributum non repræsentat, qvi octo pedes habuisse fingitur;

Aaa neqve

b. Monumen. Dan. lib. 1. p. 188. c, Upsal. cap. 5.



neqve Odinus monoculus depingitur, qvantum conjicere licet; ita tamen ipsius atqve eqvi formam apertissimè profert Getspeki Heidreks Konungs:

„ Gestom blindi.
„ Hverir ro tveir
„ er til þings fara
„ þriar hafa þeir sionir saman.
„ tio fætr oc
„ tagl eitt badir
„ oc lida sva lond ifir
„ Heidrekr konungr
„ hygg þu at gato
„Heidrekr.
„ God er gata þin
„ Gestom blindi.

„ getit

„getit er þeirrar
„þat er Oþinn
„þa Sleipni ridr framm
„eitt a hann auga
„enn marr bædi
„dregr skeid fotum
„draufull atta
„Yggr tveimr
„hestr a hala einn.

h. e.

Gestus Cæcus (interrogat):

Qvinam duo illi sunt
qvi conventum adeunt,
tres illi simul oculos habent
decem pedes &
ambo unam caudam
ac hoc modo terram peragrant.
Rex Heidrice
attende ad ænigma.

Heidricus (respondet).

Pulchrum tuum est ænigma
Geste cæce,
solutio eius hec est.
Odinus hic est
cum in Sleipnero eqvitat;
Ille unum habet oculum,
Eqvus vero duos.
Currit pedibus
eqvus octo,

Odinus duobus.

Eqvus unam habet caudam.

Neqve certiùs Odino arcus & sagitta conveniunt, Ullo alteri ex turmâ Asarum designando, magis inservientia, qvem eximio sagittandi usu callentem Edda deprædicat: „ Ullr heitir æinn; son Siviar. stiupson þors. hann er bog„madr sua godr ok skidfærr at eingi ma vid hann keppaz. „hann er fagr alitum ok hefir hermannz atgiorsi. a hann „er gott at heita i einvigi. h. e. *Unus vocatur Ullus, filius Siviæ, privignus Thori. Ille artibus sagittandi & xylosoleis cursitandi adeo excellit, ut nemo ipsi æqvari valeat. Facie est decorus, & militari apparatu. Ipsum in singulari certamine conducit invocare.* Qvicqvid sit de figuris monumentorum; Inscriptiones lapidum sepulchralium defunctos curæ, fidæqve Odini custodiæ commendabant, si ad Verelii mentem tritas in illis occurrentes ceperimus formulas, ᚼᛡᚱᚦᛡ. ᚠᚢᚦᛡᚴ. ᛏᚱᚢᚠ. *birdi Guden tryg.* ᚼᛡᚱᚦᛡ. ᚠᚢᚦᛡᚴ. ᚦᛁᛅᚠᚴ. *birdi guden þiagn.* ᚼᛁᚱᚦᛡ. ᚠᚢᚦᛡᚴ. ᚴᛅᚴ. *birdi guden kan.* Has Verelius [d] sic reddidit: *Servet Deus fidum, servet Deus famulum, servet Deus notum sibi*; adjungens: *Ubi nomine Gud ipse etiam intelligitur Odinus, ad qvem ex hac vita abeuntes commigrare credebantur: Hirda autem servare & custodire est.* Vormius noster licet in explicatione formularum allararum aliqvantulum a Verelio dissentiat, nihilo tamen minus colligit [e] hanc monumentis additam notam designare, sepultos in Idolorum obiisse cultu, ac noluisse veri Dei agnitionem admittere, unde Diis suis fidos fuisse habitos. Mihi non levis esset suspicio, qvædam Monumentorum has formulas præferentia a Christianis

d. not. in cap. 1. Hervar. S. p. 192. e. Monum. Dan. lib. 3. p. 180.

ſtianis poſita, qvi illis defunctos Dei cuſtodiæ deputabant, ipſos cuſtodire potentis; illa enim, *birdi guden kan*, vix aliam tranſlationem patitur, qvàm, *ſervare Deus poteſt*. Niſi forſitan magis momenti habeat inſcriptio lapidis Veſtrogothici Hærenhedenſis apud Verelium, [f] ex qvâ Jonas Rugman colligere tentavit, Odinum non perinde recepiſſe virum ut fœminam, in qvorum memoriam illud erectum erat monumentum, cum ſolùm alter eorum ethnicæ religioni addictus fuiſſet: ſed verbis miſerandum in modum detortis eum affinxit ſenſum, qvem genius veteris lingvæ nullo modo admittit. Magis convincit lapis Fóreſtadenſis, in Territorio Vesbo, in Smalandia, hâc literarum ſerie exaratus: ᚢᚾᚢᛚᚠ. ᛅᚢᚴ. ᛅᛋᚴᛁᛅᛚ. ᚱᛁᛋᛏᚢ. ᛋᛏᛁᚾ. ᚦᛅᚾᛋᛁ. ᛁᚠᛏᛁᚱ. ᛚᛁᚠᛋᛏᛁᚾ. ᚠᛅᚦᚢᚱ. ᛋᛁᚾ. ᛒᛅᚱᚦᛅ. ᚴᚢᚦ. ᚮᚦᛁᚾ. *Unulf aug Askiel riſtu ſtin þenſi iftir Lifſtin fadur ſin birdi gud Oþin.* explicat Verelius: *Unulfus & Aſkilus erexerunt lapidem Lifſtino patri ſuo. Durum Deum Odinum!* legerat enim *barda gud Odin*, ubi ſi *birdi* reſtituerimus, feliciter ſenſus redundat, *ſervet Deus Odinus*, ſcilicet Lifſtinum, patrem Unulfi & Askili, qvi monumentum ſtatuerunt. In aliis lapidibus ad tumulos ſepultorum erectis non ſolum Odinum, ſed jam Fream, jam & Thorum propitium defuncto, additam litteraturam precari, memorat qvidem Stiernhöök libro ſecundo de jure Sveonum & Gothorũ vetuſto, capite ultimo; at dolendũ qvod integras non addiderit inſcriptiones, tantum antiqvitatis theſaurũ continentes; qvales mihi necdũ videre contigit, à Verelio ſanè, diligenti ſcriptore omiſſas. Soli Odino cura Manium adſignabatur, cui & *Alfruner* ſeu *Runas emortuales* conſecratas fuiſſe, ex la-

f. not. in cap. 7. Hervar. S.

ex lapide Salmungensi Verelius definit, qvem priùs capite septimo Notarum in Hervararsagam, deinde Runographiæ Scandicæ capite sexto, hâc explicatione & descriptione adducit: *Sub Malrunis veteribus etiam comprehenduntur Alfruner, h. e. Runæ emortuales, vel Diis manibus consecratæ, qvarum in titulis sepulcralibus usus. Lapis Salmungensis.* ᛁᚢᛒᚱᚿ· ᚢᚴᚢᛁ· ᚱᛁᛏᛁ· ᛁᚦᚢᚿ· ᛁᚠᛏᛁᛆ· ᛁᛆ-ᛒᚱᚿ· ᚠᛆᚦᚢᚱ· ᛌᛁᚿ· ᚦᚢᛚᛆ· ᛆᛚᚠᚱᚢᚿᛆᚱ· ᚦᛁᛌᛁ· ᛆᛌᛁ· ᚴᚢᚦ· *Jubern Ukvi ritiidun iftir Irbern fadur sin: þulir Alfrunar þisi Ast Gud, h. e. Jubernus Ukvi memoriæ Irberni Patris sui lapidem inscripsit, dedicavitqve Runas emortuales Odino Deo. Nihil in his Alfrunis magici, licet Odino, animarum, ut credebant, receptatori consecratæ fuerint.* Concinnam, sed nimis audacem hujus lapidis expositionem sicco pede prætereo, ne tanqvam criticus judicare videar. Ubi nullum monumentum erigebatur, defunctum Odino insinuans inscriptione; vivâ voce nonnunqvam propitius adoptabatur. qvò referre imprecandi formulas, *far þu til Odens & Odinn eigi þig*, h. e. *abi ad Odinum, Odinus te habeat*, dubito. Fuit enim consvetudo vetusta, per Deos jurare, qvam declarat juramentum Ingvari & Hubbæ, qvi de morte patris ipsorum Regneri Lodbroci audientes, *inconsolabiliter perturbati, juraverunt per omnipotentes Deos suos, qvod mortem illam non relinqverent impunitam*, Mathæo Westmonasteriensi g. referente. Qvæ numina intellexerint, colligimus ex potentis in Anglia qvondam Danici militis Onalafbaldi jurejurando; eum Historia sancti Cuthberti introducit, intrantem in Ecclesiam Cutberti, atqve astante episcopo Cuthheardo, & totâ congregatione, intonantem: *Qvid in me potest homo ille mortuus Cuthbertus cujus in*

g ad an. 870.

me quotidie minæ opponuntur ? Juro per Deos meos potentes Thor, & Othan, quod ab hac hora inimicissimus ero omnibus vobis. Qui locus suppetias doctissimo Wormio ferat, asserere per familiarem hodie formulam tentanti, [h]. per Thorum solennia juramenta præstitisse veteres; etiamsi nulla ipsius mentio occurrat in solennissimo illo juramento, quod in foro judiciario Islandorum ita conceptū, ex vetustissimæ legis ibi in ethnicismo latæ fragmento in Landnama ab interitu vindicato, quæ per Ulfliotum & Thorleifum Spaka digesta, *Ulfliotzlog* denominata est, edocemur: Hver sa madr er þar þurfti logskil af hendi at leysa at domi skylldi adr eid vinna at þeim baugi. oc nefna ser vatta tva edr fleiri. Nefni ek i þat vætti skylldi hann segia at ek vinn eid at baugi. logeid. hialpi mer sva Freyr oc Niordr oc hinn Almatki As sem ek mun sva sok þessa sækia. eda veria edr vitni bera kvidu eda doma sem ek veit rettaz ok sannaz ok hellz at logum ok oll logmæt skil af hendi leysa. þau er undir mik koma medan ek er a þessu þingi. h. e. *Unusquisque cui negotium aliquod forense, ibidem coram judice peragendum erat, ad hunc annulum jurare tenebatur, duobus pluribusve testibus nominatis. hac formulâ. Ad hoc testes advoco, me ad annulum, juramentum præstare, & quidem juramentum legitimum. Ita Freyus & Niordus & Omnipotens ille Deus me adjuvent, prout causam hanc egero vel defendero, testimonium perhibuero, judicia tulero, vel alia quævis negotia forensia, quæ mihi, dum in hoc conventu versor, creduntur, peregero secundum quod justissimum, verissimum, legibusque maximè conforme, mihi visum fuerit.* Omnipotentem Deum, exponunt communiter Odinum, Asarum antesignanum; cujus quo-

h. Mon. Dan. lib. 1, cap. 4.

qvoqve, non minùs ac Freyi atqve Niordi, iram & indignationem Egillus Scallagrimi filius Erico Blodoxo Norvegiæ Regi, à qvo se hæreditate qvadam privatum angebatur, hoc carmine, in Historia ipsius recensito imprecatur:

„Sua skylldu god giallda
„gramr reki lynd af laundum
„reidr se Rogn ok Odinn
„ran mins fiar hanum
„folkmygi lat flyia
„Freyr ok Niordr af iordum
„leidiz losda styri
„land Ass þann er ve grandar.

h. e.

Sic Dii rependant,
Rex è regione fugiat,
irascantur ei Dii & Odinus,
spoliationem meæ pecuniæ illi;
Populi osorem fugere compellant
Freyus & Niordus è terris:
odio habeat Regem
Regionis Deus, illum qvi jus violat.

per regionis Deum, intellige Thorū, & sic conjunctos vides omnes summi ordinis Divos, in imprecatione malorum viventi factâ: si Manibus qvis imprecabatur, solum Odinum advocabat. Sic Hervora fecit, qvæ flagrans desiderio gladii in paterno tumulo reconditi, cum vox ex sepulchro reddita esset, dudùm ablatum, illa paternos manes falsi arguens, sic replicabat:

„Satt mæler þu ecki
„so lati As þig

„heilan

„ heilan i haugi
„ sem þu hafir eigi
„ Tirfing med þier.
h. e.
Verum non loqveris,
sic Deus (Odinus) *te sinat*
salvum in tumulo,
ac tu non habes
Tirfing (gladium *) penes te.*

Optat Odinum ita propitium in tumulo experiantur Manes, si veraciter in tumulo gladius non retineatur. Apud Odinum enim etant tumulati, modò ferro cæsi; ad qvem imprecatione *far til Oþens,* aliqvem mitti, optare, utut nunc in Islandia, ubi in usu infreqventi est, sensu deteriori accipiatur, in paganismo tamen solennis erat peroratio, nullatenus neglecta in Laudationibus funebribus; in qvarum conclusione, faustis acclamationibus, defunctus Odino consecratus, ad Valhallam ablegabatur. Habuisse qvidem Eas hoc commune cum Romanorum Laudationibus crediderim, ut in laudandis defuncti gestis maximè versarentur, & ab amicis aut proximioribus, vel aliis summæ dignationis viris haberentur; qvod Romanorum verus inventum vocat Dionysius Halicarnasseus, [i] nec à Græcis primum institutum, apud qvos mos ille incepit à Marathonensi pugna, qvæ sedecim annis funere Bruti erat posterior. Et Athenienses qvidem iis tantum qvi in bellis periissent, funebres laudationes instituerunt, Romani omnibus claris viris eum honorem habuerunt: qvi mos an à Regibus Romanis traditus, certo affirmare Dionysius non potest, an à Valerio Publicola tunc primum institutus, cum *pullatus ipse Bruti* *cor-*

Bbb

i. lib. 5.

corpus in foro proposuit in lectica ornatissima, advocatoqve in concionem populo, & conscenso tribunali funebrem orationem habuit. Apud Livium[k] non invenies, nisi *collegæ funus, qvanto tum potuit apparatu* fecisse Publicolam; ut ex ipso constituens, qvod apud Romanos Valerius Publicola primus Bruti laudes accuratâ oratione prosecqvutus sit, levi errore memoriæ lapsus sit Jacobus Gutherius, qvi facilè veniam meretur, plurima non vulgaria de his Laudationibus in publicum protrahens libri primi de Jure Manium capite vicesimo qvinto. Apud Hispanos similem qvendam morem obtinuisse, ex Appiano[l] nonnulli colligunt, qvi ubi Viriatum in altissima pyra crematum notasset, addit qvod *tum eqvites tum pedites per turmas in orbem decurrentes cum armis*, βαρβαρικῶς ἐπῄνουν. h.e. *barbarico more laudabant.* ubi Cluverius[m] designari credit carmina à Bardis composita, qvæ statim ad exeqviarum pompam decantabantur. Nostrates adhuc gentiles, veteri ritu, exeqviis peractis, super tumulos Regum & præcellentium virorum ferro cæsorum, sermonem vel laudationem funebrem habebant, cujus summa erat & præcipuum argumentum, defunctum ad Valhallam mittere, & Valhallæ dominum, seu Odinum, ipsi propitium precari; testante in Chronico Norvagiæ Snorrone. Cum enim morti vicinum Regem Haqvinum, anxium jam & conscientiæ mœstum ob amissam benè cœptam fidei Christianæ prædicationem, rogarent amici, vellet juberetne corpus suum in Angliam, ubi educatus erat, deferri, Christiano ibi ritu humandum, ille pio saucius dolore regessit, se ethnicam vitam traduxisse, neqve idcirco nisi ethnicâ sepulturâ dignum. Itaqve defunctus, ethnicis decoratur exeqviis, & laudationem parentalem nan-

k. lib. 2. cap. 7. l. in Hispan. m. Germ. ant. lib. 1. cap. 53.

nanciſcitur, qvæ ethnicum decebat: Mælto þeir yfir gref-" ti hans ſem ſidr var til heidinna manna ok viſodo ho-" num til Valhallar. h. e. *Super ſepulchrum ejus, prout gentiles ſolebant, ſermonem habuerunt, eumqve ad Valhallam transmiſerunt.* ibi recipiendum, qvia ex vulneribus, qvæ ex prælio cum nepotibus commiſſo letalia reportavit, deceſſerat. Ad Valhallam enim nullus niſi per cædem & ſangvinem aditus, qvibus ejus loci ſeverus Dominus delectabatur; qvi Odinus fuit, non Soli modò, atqve Marti, & Mercurio comparari potens, ſed & Plutoni, uti ex dominio ejus in ſedes mortuorum ſponte fluit: deditqve qvasdam rationes non inefficaces Upſaliæ antiqvæ capite ſeptimo Johannes Schefferus. Sanè antiqvitatum ſecretiorum callentiſſimus Saxo Odinum ſæpiùs reddidit Plutonem, qvemadmodum libro octavo, ubi inſuper ſuppeditat exemplum juſtorum Haraldo Hyldetand, parentationis curâ per Ringonem perſolutorum, qvi mortuum precabatur, *uti fati conſortes ad tartara antecederet, atqve apud præſtitem Plutonem ſociis hoſtibusqve placidas expeteret ſedes.* Sic apud eundem, [n.] Grimo patrem ad fortiter præliandum hortatur,

Ut qvum nos Stygius Pluto receperit,
Olonem qvoqve par exitus occupet.

Deſignari Odinum, patefacit Eddæ mythologia decima octava: Odinn heitir Allfodr þuiat hann er fadir allra " guda. hann heitir ok Valfodr. þui at hans oska ſynit eru " aller þeir er i Val falla. þeim ſkipar hann Valholl ok " Vingolf. h. e. *Odinus vocatur Pantopater, qvia pater eſt omnium deorum: dicitur & Stragis pater, qvia ipſius dilecti filii ſunt omnes in præliis cadentes; illos conſide-*

Bbb 2 re

n. lib. 7.

re facit in Valhalla & Vingolfo. Huic opinioni Brynolfus o. imputat, qvod non ulla ferè virtus togata perinde qvondam in pretio fuerit, atqve animi corporisqve robur, & qvæ ad hostiū ingentem stragem faciendam spectabat: Cæteræ magnâ ex parte contemptim habitæ, & ut viris principibus indignæ, vulgares, mollicellæ, ac rejiculæ videbantur. *Qvam opinionem, qvo firmius agrestium animis imprimeret Odinus, priscæ simplicitatis atqve ruditatis interpolator,* σοφὸν φάρμακον *excogitavit, svadens post animæ à corpore separationem, eos demum apud se, & alios divos, qvi, à morte, Valicæ aulæ imperitarent, perpetuâ voluptate fruituros esse, qvi sangvinariam mortem intrepidè oppeterent, nec per ignaviam lecto affixi exspirarent, velut convivas Asianorum epulationis deceret.* Hæc Brynolfi verba tanti fecit etiam conterraneus ipsius, tempore non doctrinâ inferior, Thormodus Thorfæus, ut in opus suum de Serie Regum Daniæ, p. illa transtulerit, subjungens: *Hac religione persvasos posteros qvis amplius miretur ad omnia pericula obeunda præfracto & obstinato animo præditos, imperium suum latè propagasse.* Sanè loqvuntur antiqvæ Historiæ, strenuissimè Danos aliosqve Septentrionis accolas dimicasse, qvod, si occumberent, in Valhalla se hospitium habituros scirent. Hialto in ultimo sibi Regiqve suo Hrolfoni Krakio certamine strenuè fungens, *summis*, inqvit, *viribus adnitar, cum in Valhalla hospitium hac vesperâ habituri simus. ef vær skulum i valholl leuda i kuelld*, ut loqvitur Hrolfs Kraka saga. In Hervarar sagâ q. memoratur, Hialmarum & Oddurum adversus duodecim Arngrimi filios, omnes Berserkos, pugnaturos perrexisse; Hialmarus autem victoriam desperans, cantilenam cecinit, se ac socium, ut viros

o. not. in Sax. lib. 1. p. par. 1. cap. 1. q. cap. 5.

viros magnanimos, Odinum, si à Berserkis prosternerentur, eâ die invisuros; contrà Oddurus spei plenus, Berserkis id farum instare, ipsos verò vitæ reservandos. Hialmarus sic incipit.

„Ganga haler hrauster
„Af herskipum
„Tolf saman
„Tyrar giarner:
„Vid muno i aftan
„Odin gista
„Tueir fullhugar,
„Enn þeir tolf lifa.

h. e.

Progrediuntur viri fortes
ex navibus bellicis
duodecim simul,
virtute assueti.
Nos duo hâc vesperâ
apud Odinum hospitabimur,
ambo audaces;
illi vero duodecim vivent.

Excipit certus victoriæ Oddurus:

„þui mun eg ordi
„Andsuor veira:
„þeir skulu i aptan
„Odin gista
„Tolf berserker.
„Enn vid tueir lifa.

h. e.

Ad illud verbum

dabo responsum:
illi hâc vesperâ
apud Odinum hospitium habebunt
duodecim Berserki;
nos bini verò vivemus.

De Regnero Lodbroko antea audivimus, ridentem mori voluisse, neqve tristem ad Valhallam venire; qvò certus erat se receptum iri, qvod, etiamsi non in prælio, violentâ tamen morte extingveretur. Hinc multi, qvibus obitum in bellis sors negabat, ex rupe se præcipites dabant, vel alio modo vitæ suæ vim adferebant. Qvod ex rupibus se dejecerint, spe æternitatis asseqvendæ, non aliud in nostris antiqvitatibus nunc mihi occurrit exemplum, qvàm qvod memorabile suppeditat Gothrici & Rolfi histo-
„ria. Illic rupis primùm [r] describitur: Her er sa hamar vid
„bæ vorn er heitir Gillingzhamar. ok þar i hia er stapi sa
„er ver kollum ætternis stapa hann er sva har ok þat flug
„fyrir ofan at þat qvikendi hefir eigi lif er þar gengr fyrir
„nidr. þvi heitir þat ætternis stapi at þar med fæckum ver
„vort ætterni þegar oss þickir stor kynsl vid bera. ok deyia
„þar allir vorir forelldrar fyrir utan alla sott ok fara þa til
„Odins. ok þursu ver af engu voru forellri þyngsl at hafa
„ne þrotsko. þviat þessi sælldar stadr hefir ollum verit
„iafnfrials vorum ættmonnum. h. e. *Heic prope nostrum habitaculum rupes est, Gillingi rupes dicta; illi scopulus qvidam contiguus est, qvem nos Prosapiæ scopulum dicimus. Hic tantæ altitudinis est, ut nullum animal inde descendens, ob arduum præcipitium vitam retineat. Ideo autem Prosapiæ scopulus dicitur, qvod ibi prosapiam nostram diminuamus, cum inopina aliqva mala acciderint. Omnes nostri majores, ibi sine morbo obeuntes, ad Odinum*

r. cap. 1.

mi-

migrant ; ideoqve parentum nostrorum causâ nulla pati gravamina, vel expensas sustinere debemus, cùm beatitudinis hicce locus omnibus nostris majoribus aditu liber fuerit. Inde vitæ pertæsum Skapnartungum, ejusqve imitatos fatum liberos, se præcipites dedisse, ulteriùs perseqvitur caput secundum. Non abludit ab hac narratione qvod comminiscitur Apulejus, [s] Psychen connubio Cupidinis jungendam in scopulo cum feralis thalami solemnibus sistendam, cecinisse Apollinis sortem:

Montis in excelsi scopulo desiste puellam
Ornatam mundo funerei thalami.

qvod ubi effectum, *Psychem paventem ac trepidam, & in ipso scopuli vertice deflentem, mitis aura molliter spirantis zephyri, vibratis hinc inde laciniis, & reflato sinu sensim levatam, suo tranqvillo spiritu vehens, paulatim per devexa excelsæ vallis subditæ florentis cespitis gremio leniter delapsam reclinat.* Cujus loci voluptuosas delicias fusè perstringit: simul memorans exitium sororum Psyches, qvæ vesanis potiundæ similis felicitatis stimulis agitatæ, navi ad eundem scopulum pergentes, inde saltu sese maximo præcipites dabant; cæcâ spe, immortali in consortio Cupidinis gaudio inhiantes. Qvod si tutò præfatæ Gothrici & Rolfi historiæ, in multis fabulosæ, in hac causâ fidere possemus, cùm rei tam memorabilis nullibi alia in indubitatis monumentis nostris, ne minima qvidem mentio occurrat: &, si sufficienter priùs convincatur Matthias à Michovia, acriter negans, [t] esse uspiam in rerum natura montes Riphæos, & Hyperboreos, & fictum esse urgens, qvod Cosmographi & Historici tradunt de temperatissima Boreæ regione, ubi homines propter auram placidissimam beatè, & diutissimè vivant,

s. Metam. lib. 4. t. de Sarmatia lib. 1. cap. 14.

vant, donec tædio affecti, de montibus sese in Oceanum præcipitent: Tunc locum haberet illa suspicio, Scandinaviæ optimè convenire, qvæ de Hyperboreis memorant veteres; qvam sine dubio pleniùs illuminaret Hecatæi volumen, qvod fata nobis inviderunt, de Hyperboreis, memorante Plinio, [u] conditum. Qvod rupem attinet, ita Mela: [x] *ubi eos*, inqvit, *vivendi satietas magis qvàm tædium cæpit, hilares redimiti sertis, semetipsi in pelagus ex certâ rupe præcipites dant*. & Plinius: [y] *Mors non nisi satietate vitæ, epulatis delibutisqve, serio luxu, ex qvadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturæ beatissimum.* Uti corruptum locum, in Plinianis Exercitationibus emendavit Salmasius. Non dissonum huic est instituto, qvod de Cantabris habet Silius Italicus: [z]

Mirus amor populo, cùm pigra incanuit ætas,
Imbelles jam dudum annos prævertere saxo.

Mirabile inprimis est, & heic legi dignissimum, qvod annotat Alsheriph Aldrisius autor Geographiæ Nubiensis, climatis secundi parte decima: *Porrò flumen Chamdan Sinicum maximum est, & habitationibus adiacentibus non infreqvens. In hoc memorat Auctor libri memorabilium, esse arborem ingentem, sublimem, qvæ ex ferro constare dicitur, vocatam lingva Indica, Barsciul, fabricatam, firmatamqve in profundo fluminis, elevatam ab aqva decem ferè cubitis, & plùs cubito latam, tres habentem in summitate ramos crassos, acuminatos, & qvasi ignem acutos. Prope ipsam sedet homo qvidam legens librum, ac fluvium his verbis compellans, O plene benedictionum, & semita Paradisi, qvem & hominibus ostendis. Beatus qvi hanc arborem conscenderit, seqve super columnam istam dederit* præ-

u. Hist. Nat. lib. 6. cap. 17. x. lib. 3. cap. 5. y. lib. 4. cap. 12. z. lib. 3.

præcipitem. Hisce sermonibus aliqvis, vel aliqvot ex astantibus commoti conscendunt arborem, seqve super columnam projicientes incidunt in flumen & necantur; & qvi ibi circumstant homines, deprecantur illis beatitudinem, assecutionem Paradisi, & gaudia æterna. De Cleombroto Ambraciota notissima est historia, eum lecto Platonis de immortalitate animi libro, in mare se de muro præcipitem dedisse. Cicero testatur: [22] *Callimachi qvidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est: qvem ait, cùm nihil ei accidisset adversi, è muro se in mare abjecisse, lecto Platonis libro.* Callimachi epigramma apud Obsopœum visitur. Non modò autem murum vel rupem, sed qvodvis præcipitium vitæ finem respicienti monstrat uterqve Seneca. Tragicus in Thebaide:

Hic alta rupes arduo surgit jugo,
Spectatqve longè spacia subjecti maris.
Vis hanc petamus? nudus hic pendet silex,
Hic scissa tellus faucibus ruptis hiat:
Vis hanc petamus? hic rapax torrens cadit
Partesqve lapsi montis exesas rotat,
In hunc ruamus.

alter libri tertii de Ira capite qvinto decimo: *Vides illum præcipitem locum? illac ad libertatem descenditur. Vides illud mare, illud flumen, illum puteum? libertas illic in imo sedet.* Qvam præcipitio dari Libertatem clamat, asseqvebantur etiam servi, qvibus de *Prosapiæ scopulo* dejici concedebatur, simul cum Dominis in Valhalla permanendi. Multiqve alii servorum, futuri gaudii spem præsenti vitæ præferentes, ut communem cum Dominis tumulum sortiri possent, propriâ manu cadere festinabant; qvod de Asmun-

[22] Tusc. Qvæst. lib. I. cap. 34.

di servo ex Landnama antehac indicavimus, se ipsum, ne Domino superviveret, interficientem, proræ navis, qvi Domino fuit pro sarcophago, impositum. Properato leto, Valhallam in comitatu domini recipi servum, fides erat: qvo majus non potuit præstari beneficium. Ita enim in Gautreksfagâ Snotra de Skapnartungo memorat, qvod servum suum beati obitus participem facere vellet, ampliori munere fidelem ejus operam recompensare non inveniens, causam addit: þikiz hann oc vist vita, ad Odinn muneigi ganga a moti þrælinum, nema hann se i hans foroneyti, h. e. *Certissimè enim novit, servitium ad Odinum non admitti, nisi in suo fuerit comitatu.* Solum adventantem respuisset Odinus, utpote vilem animam; qvales dedignabatur, canente apud Saxonem [bb]. Biarcone:

Non humile obscurumve genus, non funera plebis
Pluto rapit, vilesqve animas; sed fata potentum
Implicat, & claris complet Phlegethonta figuris.

ubi Brynolfus annotat: *Non Biarco dicit, tenuiores, & pauperes non mori; verùm, ut opinor, nullam eorum apud inferorum regem Odinum, atque ejus contubernales Heroas alios, rationem futuram.* Hospitaliorem servitiis se præbuit Thorus, qvorum in præliis cadentes possessionem acqvirebat; qvam humanitatem probro ipsi objicit Harbardus in Harbardz lioþum:

„ Var ek a Vallandi
„ ok vigom fylgdak
„ atta ek iofrom
„ enn alldri fættak.
„ Oþinn a Jarla
„ þa er i val falla

„ enn

bb. lib. 2.

„ enn þorr a þrælakyn.

h. e,

Fui in Vallandia,
præliisqve interfui,
odia inter Reges concitavi,
nunqvam vero eos reconciliavi.
Odinus Comites possidet
qvi in prælio cadunt,
sed Thorus habet servile genus.

neqve inficiari videtur Thorus, hoc modò regerens:

„ Ojafnt skipta þu mundir
„ med Asom lidi
„ ef þu ættir vilgi mikils valld.

h. e.

Injustè, credo, divideres
viros inter Deos,
si multum potestatis haberes.

Cæterum non servos modò respuebat Odinus, sed & Valhallæ voluptatibus arcebat senectâ & morbis oppressos, Edda attestante: Hel kastadi hann i Niflheim ok gaf henni valld yfir niu heimum at hon skylldi skipta ollum vistum med þeim er til hennar voru sendir. enn þat ero sottdaudir men ok ellidaudir. h. e. *Helam* (mortem) *in Niflheimum dejecit, ejusqve dispositioni novem mundos concessit, ut mansiones divideret inter omnes qvi ad eam mitterentur; illi verò erant morbo & senio extincti.* Qvæ idcirco computabantur pudibunda exitia, & indecori obitus; non Septentrionalibus solis, sed & aliis gentibus in odio & horrore, Alanis, Borcæis, Bactrianis, Derbicibus, Indis. Herulorum ritum eleganter describit Procopius: [cc] *Ne-*

cc. Goth. Hist. lib. 2.

Neqve ſenibus neqve morbidis permiſſum vivere, ſed ubi gravis ætas aut valetudo deterior, tenebantur ipſi ſupplicare propinqvis, ut ſe ærumnis rebusqve humanis eximerent. Illi alta lignorum congeſta ſtrue, ſuperqve eam collocato homine, alium cum pugione in eum immittebant, Herulum qvidem, ſed alienum ſangvine, qvod propinqvos propinqvi cæde inqvinari pium non arbitrarentur. Ubi ille acceſſerat peragendæ cædi electus, omnia ſubito ligna ab imo orſi incendebant, & poſtqvam flamma deſierat, oſſa congeſta abdebant humo. forte ſenes, priusqvam comburerentur, pugione transfodi voluerunt, ut Diis ſacrarentur; nam de Maſſagetis, eos qvidem qvi è morbo decederent, abjeciſſe tanqvã impios, & dignos qvi à feris vorarentur, Strabo [dd] teſtatur, qvi autem admodum ſenuerant, illos immolaſſe, Herodotus [ee] notat; unde ſagaciter Sheringham: [ff] *Morbo perire, apud Maſſagetas ignominioſum fuiſſe Herodotus etiam refert; hinc Grandævi admodùm Diis à cognatis ſui immolabantur. Qvam ex Turcia conſvetudinem in Germaniam Wodenus advexit, cui omnes Diarii ante mortem immolati ſunt.* Immolatos qvandoqve in Septentrione ſenes, ex hiſtoria Olai Tryggonis colligo; cum enim incolæ ſuperſtitioſi Olaum Regem, ut impiis eorum ſacris, qvibus hominem immolare deſtinaverant, intereſſet, cogere vellent: Ille, occiſo celeriter Jarnskeggio, duce multitudinis & præſide ſacrorum, cæteros metu perculſos ſic alloqvitur: „Minnumk nu ſveinar at ver aukim blotin, oc blotum eigi þrælum ne gamalmenni er enskis ero verþir. takit nu Konur ydrar oc gofugmenni oc gefit gudunum. h. e. *Mementote, viri, noſtrum eſſe, ſacrificia augere; neqve ſervitia, vel effætos ſenes immolare, qvi nullo*

dd. lib. 11. ee. lib. I. cap. 216. ff. de Angl. gen. orig. cap. 14.

nullo in pretio habendi sunt. Uxores vestras sumite, & primarios viros, atque Diis offerte. Qvæ vox tantum universæ multitudini terroris injecit, ut ad baptismum certatim convolaverint. Præparasse illud sacrificium Norvegos Jarnskeggium qve, præsertim qvidem Thoro exinde conjicere datur, qvod ad Thori fanum esset celebrandum, at cæteris Diis non posthabitis, ut verba Olai Regis convincunt. Certè Odino horridum humanarum victimarum honorem neqve Norvegi, neqve Svcci, neq; Dani denegabant. Qvod Norvegos attinet, illustre Odino oblati Vikari regis piratarum exemplum, sic enarrat Gautreks saga: Um morgi- "
ninn eptir gengu radgiafar konungs a stefnu til umrada "
kom þat asamt med þeim at þeir skylldu giora nockura "
minning blotzins. ok segir Starkadr upp radagiordina. þar "
stod fura ein hia þeim ok stofn einn har nær furrunni. ne- "
darliga af furrunni stod ein kvistr miorr ok tok i limit upp. "
þa biuggu þionustu sveinar mat manna. ok var kalfr einn "
skorinn ok krufdr. Starkadr let taka kalfs þarmana. Si- "
dan steig Starkadr uppa stofninn. ok sveigdi ofan þann "
hinn miosa kvistinn ok knytti þar um kalfs þormunum. "
þa mællti Starkadr til konungs. Nu er þer buinn her gal- "
gi konungr. ok mun synaz eigi allmannhættr. nu gaktu "
hingat ok mun ek leggia snoru a hals þer. konungr mællti. "
Se þessi umbud eigi meirr hættilig en mer syniz þa vænti "
ek at mik skadi þetta eigi. en ef odruvis er þa mun audna "
rada, hvat at gioriz. Sidan steig hann uppa stofninn. ok "
lagdi Starkadr virgilinn um hals honum ok steig sidan of- "
an af stofninum. þa stack Starkadr sprotanum a konungi "
ok mællti. Nu gef ek þik Odni. þa let Starkadr lausan "
furu kvistinn. reirsprotinn vard at geir ok stod i gegnum "

„ konunginn. ſtofninn fell undan fotum honum enn kalfz
„ þarmarnir urdu at vidu ſterkri enn kviſtrinn reis upp. ok
„ hofupp konunginn vid limar ok do hann þar. h. e. *Luce craſtina Conſiliarii Regis* (Vikari) *ad conſultandum convenerunt, concluſeruntqve ſpeciem aliqvam ſacrificii peragere velle; qvod concluſum Starkadus publicavit. Stetit juxta illum locum abies, cui ſuccisæ cujusdam arboris truncus adſtabat: inferiori abietis parti tenuis ramus inhærebat, ad cacumen usqve ſummum arboris ſe extendens. Famuli cibum parantes, mactatum vitulum exenterarunt, cujus inteſtina Starkadus aſſumens, truncum aſcendit, & tenuem prænominatum ramum deflectens, illum vituli inteſtinis implicuit. Tunc Regi dixit: Hic tibi patibulum paratum eſt, qvod tamen periculoſum non apparet; nunc propiùs accede, ut collum tuum laqveo inſeram. Rex reſpondit: ſi hic apparatus non magis eſt periculoſus, qvàm mihi videtur, nullum ex eo diſcrimen expecto: ſi aliter eveniat, fortunæ res committenda eſt. deinde truncum ſcandit. Starkadus collo illius laqveum circumdedit, & trunco deſcendit. Tunc Starkadus bacillo Regem tangens, fatur: Nunc te Odino do. & cum dicto, ramum dimiſit. Bacillus in haſtam mutatus Regem transfixit, & trunco cui Rex inſiſtebat everſo, vitulina inteſtina in laqveum validum transformantur. Ramus ſemet extollens Regem ſimul ad frondes usqve exaltavit, qvi hoc modo vitam amiſit.* Narratio hæc, in qvibusdam fidem vix inventura, maximam partem deſumpta eſt ex carminibus per ipſum Starkadum ſeu Starcatherum de cæde Regis Vikari compoſitis; qvorum in impreſſa Gothrici ſaga omiſſorum hanc particulam dabo:

þa

þa orti Starkadr kvædi þat er heitir Vikars balkr. þar segir sva fra drapi Vikars konungs.

„Fylgda ek fylki
„þeim er framaz vissak
„þa unda ek bezt
„æfi minni
„adr færi ek
„enn þvi slaugd ollu
„hinnzsta sinni
„til Haurdalandz.

h. e.

Tunc composuit Starkadus cantilenam, quæ dicitur Vikari sectio, ubi cædes Vikari Regis sic memoratur:

Comitabar Regem
Qvem præstantissimum novi,
tunc optimè contentus fui
vitâ meâ
anteqvam irem,
causabantur autem id genii,
ultimâ vice
ad Hordalandiam.

„þess eyrendis
„at mer þar umskop
„nidingz nafn
„naud margs konar.
„hlaut ek ohrodigr
„illt at vinna.

h. e.

In eum finem
ut mihi ibidem imponeret

per-

perfidi nomen
infortunium multiplex,
contigit mihi infami
malum facere.

„ Skyllda ek Vikar
„ i vidi hafum
„ Geirþiofs bana
„ godum um ſigna
„ lagda ek geiri
„ gram til hiarta
„ þat er mer harmaz
„ handa verka.

h. e.

Ego Vikarum
in arbore alta
Geirthiofi occiſorem
diis addixi;
confodi haſtâ
Regem usqve ad cor.
id maximè doleo
meorum operum.

„ Þadan vappadi ek
„ villtar braurir
„ Hordum leidr.
„ med huga illan
„ hringa vanr
„ ok hrodz kveda
„ drortins laufs
„ dapr allz hugar.

h. e.

h. e.
Inde erravi
incertas vias,
Hordalandis exosus,
animi anxius,
pecuniâ orbus
& famâ bonâ,
Domino privatus,
tristis valdè.

Svecos hominem Odino sacrificii loco obtulisse, pro annonæ caritate propellenda, qvod singulare fuit, ut etiam Jacobo Geusio gg. mirum videatur, qvod hanc hostiam humanam non Frejo Deo obtulerint; Snorro Sturlæsonius in Chronico Norvegico affirmat: Drogu Suiar her saman ok " foro at Olafi konungi, ok toku hus a honum, ok brendo " hann inni ok gafo hann Odni ok blotudo honum til ars ser. " h. e. *Sveci collecto exercitu Regem Olaum* (Tretelgiam) *aggrediuntur; & intra domum constitutum cremarunt, Odinoqve dederunt, ad annonæ ubertatem impetrandam eum pro victima offerentes.* Danos demum adhuc paganismo detentos, summo huic suo Numini, eâdem de causâ, ad conciliandam sibi annonæ ubertatem, victimam humanam obtulisse, ex Hervarar sagâ hh. discimus: þa kom hall- " æri mikid a Reidgotaland, so horfdi til landeidu. þa var " qvadzt þings upp, er giort var um alt landid. Sem folk " kom saman, var þa eflt blot mikid, oc sparfelldar, oc gein- " gid til frietta vid visenda menn: Enn þaug feingust and- " svor, ad blota skilldi sueini þeim sem gofguastr væri i land- " inu; oc þa mundi araptr koma. h. e. *Tunc fames ma-* " *gna Reidgothiam invasit, adeo gravis, ut terræ vastitas im-*

gg. Vict. Hum. par. 1. cap. 14. hh. cap. 11.

mineret. Tum universi regionis incolæ ad Conventum convocabantur. Confluente populo sacrificia instituta sunt, oraculaqve consulebantur, ac fatidicorum responsa expectebantur. Data sors est, puerum totius regionis nobilissimum sacrificandum esse, & redituram annonæ ubertatem. Erat tunc temporis partitum Reidgothiæ imperium, nam Haraldus Rex in societatem regni Heidrekum asciverat, filiâ suâ ei in matrimonium collocatâ. utriqve filius erat, HaraldoHaldanus, HeidrekoAngantyr9. Inde gravis orta contentio, cujus filius sangvine suo Deos propitiaret, cum utriqve grave videretur, dilectâ sobole & spe successoris carere. A verbis ad verbera diffidium processit, cæde Regis Haraldi
„ finitum. Heidrekr kongr liet þa rioda stalla med blodi
„ Haralldar oc hans sonar Haldanar, oc gaf þa Odin, oc val
„ þan allan er fiell. h. e. *Heidrekus Rex aras sangvine Haraldi filiiqve ejus Haldani aspergi fecit, eosqve Odino dedit, necnon omnes qvi in pugna ceciderant.* Reidgothiam dictam fuisse Jutiam, Daniæ provinciam, luce meridianâ clarius est ex antiqvissimis monumentis, ut mirari subeat doctissimum Verelium aliò trahere voluisse, cujus operosas conjecturas discutere non est animus, cùm præsertim modestè concluserit, se nemini aliqvid præscribere velle, sed suam cuiqve sententiam liberam relinqvere; nec gravatè ei accessurum, qvi rationibus firmioribus & certioribus documentis diversum astruere poterit. Qvænam autem certissima credat documenta, ibidem pandit, inqviens: *E domesticis gentis documentis multo certior & verior haberi potest ratio nominum propriorum, qvàm ex scriptoribus externis, qvi in istis nominibus detorqvendis & corrumpendis plus satis audaces sunt.* Bina itaqve clarissima dabo

bo testimonia ex septentrionalibus documentis petita. prius, cujus ipse meminit Verelius, ex præfatione Eddæ depromptum: þa byriadi Odenn ferd sina nordrok kom i " þat land er þeir kolludu Reidgotaland ok æignadiz i þui " landi allt þat er hann villdi. hann setti þar til landa son " sinn er Skiolldr het. hans son var Fridleifr. þadan er su " ætt komin er Skiolldungar heita þat eru Danakonungar. " ok þat heitir nu Jotland er þa var kallat Reidgotaland. " h. e. *Deinde Odinus boream versus iter suscepit, ac in regionem qvandam devenit, qvam illi* (Odinus & seqvaces) *Reidgothiam nominabant. In ea regione, Odino qvicqvid voluit, in ditionem cessit, cui & filium suum nomine Skioldum præfecit. Illius filius erat Fridleifus. Hinc illa prosapia descendit, qvæ Skioldungorum* (Skioldi posteronem) *dicitur; Reges Danorum illi sunt, terraqve illa nunc Jutia dicitur, qvæ tunc Reidgothia vocata est.* Exceptiones ad tam illustrem locum planè ficulneas, non minus docto qvi eas opposuit calamo, qvàm responsione nostra prorsus indignas, nihil moror, cùm luce spretâ, tenebras potiùs palpare velle videatur, qvi fidem denegaverit patulo testimonio. Alterum suppeditat Historia Regis Olai Tryggonis filii, qvod sine præjudicio & amore partium, sincerè explicatum, omnem dubitationem tollet, divisionem regnorum aqvilonarium inter filios potentissimi Daniæ Regis Regneri Lodbrocki, ita enarrans: Tok Biorn Jarnsida " Uppsalariki Sviþiod alla ok huarttueggia Gautland ok " oll þau lond er þar liggia til. Sigurdr Ormr i auga hafdi " Eygotaland ok allar eyiar Skani ok Halland. Hvitserkr " hafdi Reidgotaland ok þar med Vindland. h. e. *Biorno " ferreum latus accepit regnum Upsalense, Sveciam totam, &*

utramqve Gothiam, omnesqve eò adjacentes terras (qvas inter fuit Smalandia.) *Sigvardus serpentini oculi obtinuit Eygothiam* (Gothiam insularem,) *& omnes insulas, Scaniam & Hallandiam. Huitserko cesserunt Reidgothia & Vandalia* Jutiæ nostræ contermina. Itaqve ubi satis constat Jutiam dictam esse Reidgothiam, liqvidum est, Odino totius Septentrionis incolas nefanda sacrificia obtulisse, ut verè scripserit Matthæus Westmonasteriensis, Scanzianos sangvine humano Martem Deum placasse. Qvas execrabiles hostias non Scanzia modò exercuit, sed totus ferè terrarum orbis. Eas autem *idcirco excogitaverunt ipsi hostes humani generis, ut qvàm multas devorarent animas*, ut pulchrè pronunciat Lactantius Divinarum Institutionum libro secundo capite decimo septimo.

CAPUT VIII.

Gaudia Valhallæ. Valhalla unde dicta. Valhallæ synonyma. Valhalla erat in Asgardia, Asgardia in Scythia sive Gudheim. Eqvi simul tumulati, qvibus Animæ ad inferos eqvitarent: iisdem etiam in Valhalla usuræ. Qvibus eqvus deerat, iis calcei Letales alligabantur, qvibus ad Valhallam irent, & in Valhalla uterentur. Asæ calceati erant. Fionia unde dicta. Canes hominibus contumulati. Corvus Odino sacer.

At nunc tempus est, qvale id fuerit in Valhalla gaudium, cujus dulci desiderio horrenda mortis spernebantur, introspicere. Corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingebant, qvæ sine corporibus nec fieri possent, nec intelligi. animos enim per se ipsos viventes non poterant mente complecti: formam aliqvam figuramqve

qvæ-

qværebant. Nihil enim animo videre poterant, Tullio [a]. docente: ad oculos omnia referebant. Omnes autem sapientiores horrorem mortis excutere hominibus conantes, ne terribiles inferos crederent, summopere cavebant. qvâ in parte peccavit Græcorum Poëta, qvi Heroum animas non in cœlum remittit, sed ad loca horrida, ubi nulla beatitudo fuit, cum & Achilles, cui tamen imperium in mortuos jungitur, nihilominus animitùs revocare gradum & hominibus interesse exoptet; qvod fi assеqvi potuisset, non meliorem bubulco reqvirens conditionem. Adeo contemnit vitam illam extra corpus constitutam; qvam neqve minùs horruit Hadrianus Imperator, exeuntem animam ita alloqvutus:

Animula vagula, blandula,
Hospes, comesqve corporis,
Qvæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut soles, dabis jocos.

Hinc judiciosè Plato censuit, removendas à civibus narrationes, qvæ mortis metum incutiunt, qvo qvi occupatus sit animus, non est possibile fortem fieri. *Itaqve*, inqvit, [b]. *ea qvæ apud inferos esse perhibentur, vera, & formidabilia nullatenus credantur.* & nomina omnia, qvæ formidinis aliqvid, & horroris in se continent, repudianda esse; *ut cocytos, & stygas, & manes, & inferos, & qvæ ejusdem sunt generis.* Et vehementiùs apud Ovidium [c]. exclamat Pythagoras:

O genus attonitum gelidæ formidine mortis,
Qvid Styga, qvid tenebras, & nomina vana timetis,
Materiem vatum, falsiqve pericula mundi.

a. 1. Tusc. Qvæst. b. de Republ. lib. 3. c. Metam. lib. 15.

Statuêre autem Poëtæ animarum hæc receptacula, ut plurimùm loca subterranea, ut apud Homerum & Virgilium legere est. Unde Infernus vel Inferi dicebantur, qvos finxisse ignorationem, qvâ in sede animæ corpore solutæ maneant, observat Cicero; & illâ ignoratione, ut omnem denegaret animarum immortalitatem, permotus Plinius *Quæ deinde sedes*, inqvit, [d.] *quantave multitudo tot seculis animarum velut umbrarum? puerilium ista deliramentorum, avidæqve nunqvam desinere mortalitatis commenta sunt.* Regem qvondam Daniæ Gormonem anxiè hæc ignoratio vexavit, & ad divinam opem exploratum recurrere impulit. Nam, referente Saxone, [e.] *vitâ per summum securitatis usum exactâ ad ultimum ætatis suæ finem provectus, qvum probabilibus qvorundam argumentis animos immortales esse compertum haberet, qvasnam sedes esset exuto membris spiritu petiturus, aut qvid præmii propensa numinum veneratio mereretur, cogitatione secum variâ disqvirebat. Hæc volventem subeunt qvidam parum benigni in Thorkillum animi, docentes divino opus esse consultu, tantæqve rei certitudinem humano altiorem ingenio, nec mortalibus cognitu facilem, cœlestibus expetendam oraculis. Qvamobrem propitiandum esse Ugarthilocum, neminemqve id Thorkillo aptius executurum.* Reversum autem Thorkillum, & qvæ viderat qvæqve exploraverat referentem, Rex *cum per cætera avidis auribus excepisset, exprobratam Ugarthiloci fœditatem exaudire non sustinens, adeo indignitatis ejus vicem doluit, ut impatientem dictorum spiritum inter ipsa narrantis recitamenta deponeret.* In teterrimâ namqve conditione & sede Ugarthilocum offenderat Thorkillus, Ugarthilocum autem ut *suum*

d. Hist. Nat. lib. 7, cap. 55. e. lib. 8.

suum numen peculiariter colens Gormo, non potuit mitiora post obitum sperare domicilia, qvàm qveis Deus gaudebat; cum persvasum omnium mentibus insideret, post mortem in Deorum consortio se permansuros, qvomodo Romulum cum Diis agere ævum, famæ assentiens Ennius dixit. Promiserat summus boreæ deaster Odinus, cum cæde morientes in suum domicilium recipiendos, qvæ Valhalla erat. hann heitir ok Valfodr. þuiat hanns oska synir eru aller " þeir er i Val falla. þeim skipar hann Valholl ok Vingolf. " h. e. *Odinus vocatur etiam Stragis pater, nam dilecti ipsius filii sunt omnes in præliis cadentes; illis sedes distribuit in Valhalla & Vingolfo:* ut loqvitur Edda. [f] Huc recipi credebantur omnes ab ipsâ usqve rerum creatione in bellis cæsi, mythologiâ tricesima tertiâ docente: þat segir " þu at aller þeir er i orrosto hafa fallit fra upphafi heims " eru nu komnir til Odins i Valholl. h. e. *dicis, omnes qvi " ab initio mundi in præliis occubuerunt, jam venisse in Valhallam ad Odinum.* Erat ab hâc cæsorum turbâ nomen sortita. *Valr* enim cæsos in prælio significat, qvod aptissimo loco Egilssaga confirmat. Memorato enim, Thorolfum Kvelldulfi filium in conflictu cum Haraldo Pulchricomo ad prædium Sandnes commisso, multosqve ejus seqvaces occubuisse, addit: þeir brædr Aulver hnufa oc " Eyvindr Lambi dvaulduz um hrid a Sandnesi, letu þeir " bua um val þann er þar hafdi fallit. h. e. *Olverus Hnufa & Eyvindus Agniculus in Sandnesi aliqvandiu remanserunt, corporaqve eorum qvi ibi ceciderant, sepeliri curaverunt.* Hinc occurrunt apud scriptores composita, *Walbrynda*, qvod, explicante Saxone, [g] *Latinè cadaverum vel stragis puteus appellatur. Valstole* h. e. *sedes stragis*, in Chro-

f. Mythol. 18. g. lib. 7.

Chronologia Anglo-Saxonica: *and his sunu forlet on val-stole.* h. e. *filiumque suum in sede stragis reliquit.* *Val-kostr* struem cadaverum bello cæsorum denotat, observante etiam Stephanio notis in librum Saxonis secundum; unde Hromundus Claudus in carmine qvodam, qvod in Olafs so-gu Tryggvasonar legitur:

„ Modr krefr morgin braþar
„ mar valkastar baru.

h. e.

Defessus postulat matutinam escam
gavia undæ cadaverum struis (i. e. corvus sangvine ex cæsis profluente delectans.*)*

Kostr enim struem denotat, unde *briskostr* strues e ramis & frondibus arborum congesta. *Walruf* dicitur *spoliatio occisi*, in libro Legum Scaniæ, qvem latinè Andreas Lundensis Ecclesiæ Archiepiscopus composuit: *Si corpus occisi vestimentis suis vel armis, qvod crimen Walruf in lingva patria nominatur, accusetur aliqvis spoliasse.* Ita enim in manuscripto membranco habetur, cùm qvi imprimi fecit *Wallroth* substituat, inter errata corrigenda emendans *Walroff.* qvod etiam occurrit Legum Cimbricarum libro tertio capite vicesimo qvarto: qvas cum advocet Lindenbrogius in Glossario ad Codicem Legum antiqvarum, miratur non sine causa Loccenius,[h] eum *wala* interpretari *caput*, in capitulo tertio tituli decimi octavi Capitularis tertii Dagoberti Regis, sive Legis Baiwariorum: *De vestitu mortuorum. De vestitu utrorumqve qvod wala-raupa dicimus; si ipse abstulerit qvi hos interfecit, dupliciter componat.* qvæ absona Lindenbrogii expositio nihilo minus seduxit etiam Carolum du Fresne. Deniqve obser-vat

h. Ant. Sveo-Goth. lib. 2. cap. 25.

vat ibidem Loccenius, ab eadem origine esse *Walstad*, stragis, vel in prælio cæsorum locum; & *walfart*, peregrinationem ad sepulchra Sanctorum defunctorum. Verùm *Holl*, altera compositioni vocis Valhallæ inserviens syllaba, *palatium*, *aulam*, vel *augustam domum* significat. qvalem fuisse Valhallam, indicio sunt fores, qvibus innumeris patulam sic Edda describit: "þa mællti Gangleri. þetta eru undarleg tidindi er nu sagdir þu. gæysi mikit hus mun Valholl vera. allþrongt mun þar opt fyrir dyrum vera. þa segir Haar. hui spyrr þu ægi þess huersu margar dyrr eru a hollenni eda huersu storar. ef þu hæyrir þat sagt. þa muntu segia at hitt er undarlegt ef ægi ma ganga ut ok inn huerr er vill. Enn þat er med sonnu at segia at ægi er þrongra at skipa hana en ganga i hana. her mattu hæyra i Grimnis malum:

„Fimm hundrat dyra
„ok of fiorum tugum
„sua hygg ek a Valholl vera.

h. e.

Dixit tum Ganglerus, Mirabilia hæc sunt, quæ jam enarrasti; magnam domum Valhallam esse oportet, & est credibile turbam ante fores illius propter introitum sæpius oriri. Respondit Harus, Cur non qværis qvot qvantasve fores aula habeat: qvo præcognito, incredibile duceres, non patere viam cuivis exire vel intrare volenti. Illud autem tibi verè refero, sedes inibi foribus non esse angustiores. Hic exaudire potes ex sermone Grimneri,

Qvingentas fores
& insuper qvadraginta
Valhallam habere puto.

Fruebatur autem Valhalla & aliis in Edda appellationibus. Mythologiâ decimâ qvintâ *Valaskialf* occurrit, descripta hoc modo: þar er enn mikill staþr er Valaskialf „ heitir. þann stad a Odinn. þann giordu guþin ok þoktu „ skiru silfri. ok þar er Hlidskialfin i þessum sal. þat hasæti „ er sua heitir. ok þa er Alfodr sitr i þi sæti. þa sier hann um „ alla heima. h. e. *Ibi adhuc ingens locus est, qvi Valaskialf dicitur; hunc locum Odinus possidet: eum Dii fabricarunt, argentoqve defæcato texerunt. In hoc palatio est solium Hlidskialfa, cui insidens Pantopater per omnes mundos prospicere potest.* Ab impresso Eddæ interprete *Valaskialf* exponitur *falconum tremor*: potiùs *cæsorum tremorem* exposuerim. Eundem autem locum ac Valhallam indicari, ex eo colligo, qvod Odino adscribatur, & præsertim qvod Odini solium continere dicatur; qvod simili modo descriptum, in Asgardia collocat Mythologia septima: „ þar næst giordu þeir sier borg i midium heimi er kollod „ er Asgardr. þat kallaz Troia. þar bygdu Gudin ok ættir „ þeirra ok giorduz þadan af morg tidindi ok græinir bædi „ a iordu ok i lopti. þar er æinn stadr er Hlidskialf heitir. „ ok þa er Odinn settiz þar i hasæti. þa sa hann of alla hei„ ma. ok hvers mannz athævi. ok vissi allaluti þa er hann sa. h. e. *Deinde in meditullio mundi urbem sibi fecerunt, qvæ Asgardia dicitur: ea Troja vocatur. Ibi Dii & eorum genus habitarunt, atqve exinde multæ relationes in terra & aëre divulgatæ sunt. Ibi unus locus est qvi Hlidskialf dicitur; ubi in solio residens Odinus per omnes mundos visum circumfert, & cujusvis hominis actus videt; qvæqve videt, cognoscit.* Itaqve *Hlidskialf* sive solium Odini erat in *Valaskialf*, *Valaskialf* seu *Valhalla* erat in *Asgard*, & per

& per consequentiam, *Hlidskialf* erat in *Asgardia*. Asgardia autem urbis instar describitur, in qva situm erat Animarum palatium seu Valhalla, mythologiâ secundâ, ubi de Gylfo ad Asgardiam veniente : Ok er hann kom inn i" borgina sa hann þar hava holl sua at varla matti sia y fir ha-" na, þak hennar var lagt gylldum skiolldum sem spanþak." Sua segir þiodolfr enn Hvinverski at Valholl var skioll-" dum þokt. h. e. *Cumqve urbem (* Asgardiam *) intrasset,* " *aulam ibi tam altam conspexit, ut cacumen illius ægrè conspici posset. Pro tecto habebat aurata scuta disposita ad instar segmentorum ligneorum ad tegendas domus usitatorum. Testatur Thiodulfus Hvinicus Valhallam scutis tectam fuisse.* Causa autem in manifesto est, cur Valhalla in Asgardia constituta dicatur. Heroës enim in Valhallam venturos audivimus; redire autem credebant Animam ad Deum qvi eam dederat,id est,ad Odinum; qvem Valhallæ dominum, ex Asgardia in Septentrionem venisse antiqvitates nostræ tradunt. Rursùs Asgardiam qvoqve in Edda sub nomine *Gladsheimi* intelligi, suspicari possemus, qvòd qvam in Asgardia statuerunt, in Gladsheimo etiam constituatur Valhalla : & qvoniam Valhalla inhabitatoribus suis, qvæ desiderari ad perfectum militiæ assvetorum gaudium possent, largiter suppeditaret, pulchrè dicitur in *Gladsheimo* seu *lætitiæ mundo* fuisse, mythologiâ duodecimâ : þa mællti Gangleri. hvat hafdiz Allfodr þa ad. er" giorr var Aasgardr. Haar svarar. I upphafi setti hann " stiornarmenn i sæti ok beiddi þa at dæma med ser orlog" manna ok raada um skipun borgarennar. þat var þar sem " heiter Idavollr i midri borginni. Var þat hid fyrsta" þeirra verk at giora hof þat er sæti þeirra tolf standa i on-"

„ nor en hafætid þat er Allfodr a. þat hus er bezt gort a „ iordu ok mest allt er þat utan ok innan sem gull æitt. i „ þeim stad kalla menn Gladsheim. h. e. *Tunc infit Ganglerus, Qvod negotii fuit Pantopatri post perfectam Asgardiam. Harus respondit, inprimis rectores in sedibus locavit, jubens secum de hominum fatis arbitrari, urbemqve simul regere. Agebantur hæc in meditullio urbis, ubi Idæ campus dicitur. Primum operum illorum fuit fanum fabricare, cui præter solium Pantopatris, duodecim illorum sedes insunt. Hæc domus omnium in terrâ optima est & maxima; nitens ut aurum intùs & exterius. In illo loco Gladsheimr vocatur.* Apertius loqvuntur Grimnis mal:

„ Gladsheimr heitir inn fimti
„ þars en gullbiarta
„ Valhaull vid of þrumir
„ enn þar Hroptr kys
„ huerian dag
„ vapndauda vera.

h. e.

Lætitiæ mundus nominatur qvinta mansio,
ubi auro corusca
Valhalla tignis innititur;
ibi Odinus recipit
qvovis die
ferro cæsos viros.

Ubi autem Asgardiam, eiqve inclusam Valhallam statuamus? In mundo, in confinio ætheris Mythologia septima collocat. Itaqve qvemadmodum, teste Macrobio, [i.] *Inferos Platonici non in corporibus esse, item non a corporibus in-*

i. lib. I. cap. II.

incipere dixerunt; sed certam mundi ipsius partem, ditis sedem, id est, inferos vocaverunt. de loci vero ipsius finibus inter se dissona publicarunt. Sic nostrates certam qvidem mundi partem, ditis sedẽ fecerunt, de loco ipso non sibi semper constantes. Nunc enim cœlestes fortium virorũ animas, vi corporibus emissas, in cœlestia loca, necessariâ vitam contempturis doctrinâ transponi docebant, Rursùm æthera ipsis deputant. nonnunqvam ad loca subterranea delegant. Demùm, ad sensus omnia referentes, Animas, res qvas vivi exercuerant, etiam post corpus exercituras, in separatum qvendam voluptuosum terræ locum abducunt, Odini delitiis gavisuras. Talem Septentrionales conceperant Scythiam. Etenim Odinus ille qvi nomen & honores veteris Numinis in se transtulit, ex Scythia se venisse, non obscurum præ se tulit; & metropolim ejus illic fuisse in eâ parte, qvæ Orientem versùs fluvio Tanai alluitur, Asgardiam dictam. Sic orditur Historia Hogni & Hedini: Fyrir " austan Vanakvisl var kallat Asialand edr Asia heimr. enn " þat folk var kallat Æsir er þar bygdu. enn hofudborgina " kolludu þeir Asgard. Oþinn var þar nefndr konungr yfir. " þar var blotstadr mikill. h. e. *Tanai ad orientem adja- " cet Asia terra, vel Asianus mundus, & habitantes ibi populi Asiani vocabantur. Metropolim vero Asgardiam nuncupabant. Ibi regnavit Rex nomine Odinus. sacrificia ibi magna celebrabantur.* Ab ea metropoli incolas dictos *Asgardianos*, eosdem esse qvi Græcis *Aspurgiani* vocantur, tum ex nominis convenientia: tum ex Stephano Byzantio qvi Aspurgianos paludis Mæotidis accolas facit, & Strabone qvi eosdem circa Syndicam collocat, & regionem circa Syndicam appellat Asiam, doctè colligit Ro-

bertus Sheringhamus [k] in antiqvitatibus borealibus non perfunctoriè versatus. Neqve omittit, Turcas à Mela [l] vocatos esse, qvi trans Tanaim, prope Mæotim considebant; qvemadmodum in monumentis nostris regio, unde Wodenus seu Odinus exiit, Turcia qvoqve appellatur. Asgardiam autem eandem cum Troja inculcantem Eddam, multamqve Trojanorum absonam à vero facientem mentionem, non aliter, qvomodo excusem, invenio, qvàm si dicamus, versutum Odinum, cùm mira de metropoli suâ Asgardiâ, & in miraculum detorta Septentrionalibus inculcaret, qvò majorem fidem inveniret, licet alibi terrarum sitam, Trojam tamen fuisse, persvadere voluisse: Ejus enim forsitan fama Borealibus innotuerat, Asgardia ignota, cui celebritatem tanti nominis conciliare voluit apud non nimis gnarum earum terrarum populum, crediturum non ignobilem Regem esse, qvi urbis Trojanæ propriis Grajisqve cladibus nobilitatæ tenuerat habenas. Vel conjicere liceat, Mythologiarum Eddicarum compilatorem ea de Troja Trojanisqve adsuisse, qvò primordia Odini augustiora faceret, nihil aliarum gentium Scriptorum ineptiis cedere volentem, qvi tanqvam gentes suas nobiliores facturi, Francorum atqve Britannorum origines à Trojanis reliqviis arcessere, imperitè tentabant. Cæterum Odinus stabilitâ jam firmâ sui veneratione, ut cælo delapsum Numen crederetur, sedes unde advenerat, repetiturum sese, morti vicinus dicebat, & ibidem animas amicorum recepturum; illic enim beata gaudia pugnacium animarum æternùm duratura. sic „ loqvitur Chronicon Snorronis : sagdi hann sig mundo fa- „ ra i Godheima oc fagna þar vinum sinom. Nu hugdo „ Sviar at hann væri kominn i forna Asgard oc mundi þar lifa

k. de Angl. gen. orig. cap. 13. l. lib. 1. cap. 21.

lifa at eilifu. hofz þa af nyio atrunadr vid Odin oc aheit. "
h. e. *dixit se migraturum in Gudheimum, & amicos ibi benignè amplexurum. Sveci nunc credebant eum venisse in antiqvam Asgardiam, in perpetuum illic victurum. Incepit tunc qvasi de novo veneratio Odini & cultus.* Vocabulum *Gudheimi* Scythiæ, patriæ suæ, indi antea fecerat, qvasi *Dei mundum* diceret, ut & semet ex cœlesti orbe advenisse, & animas cæsorum in Dei patriam sedesqve reverti crederetur. in eundemqve finem, mira & divinitatem redolentia inde qvotidie referri sparserat. Þessa Sviþiod koll- "
udo þeir Manheima. Enn hina miklu Sviþiod kolludo "
þeir Godheima. or Godheimum saugdo þeir morg tiþindi. "
h. e. *hanc Sveciam appellabant Hominum mundum: illam vero majorem Sveciam* (Scythiam) *nominabant Deorum mundum. Ex Deorum mundo multæ venerunt relationes.* Hanc credulitatem mirè confirmavit Sveigderus ab Odini tempore non multos annos remotus, qvi, forsan de promisso Odini dubitante Septentrione, suscepit in semet, invisere Gudheimum, & investigare veterem Odinum. Salvus rediens documento fuit, beatas defunctorum mansiones supra terram constitutas esse: retulitqve fuisse se in Scythia & multos vidisse amicorum & cognatorum ∵ illos sine dubio, qvi antea vitâ excesserant. Snorronis hæc sunt:
Hann strengdi þess heit at leita Godheims ok Oþins hins "
gamla. hann for med tolfta mann vida um heiminn. hann "
kom ut i Tyrkland ok i Sviþiod hina miklo ok hitti þar "
marga frændr sina. ok var i þeirri faur fimm vetr. þa kom "
hann aftr til Sviþiodar. h. e. *Sveigderus votum fecit,* "
Godheimum, antiqvumqve Odinum qværendi; itaqve undecim viris comitatus, mundum latè peragravit, ac in Tyrk-

Tyrklandiam & in Scythiam venit, ubi multos cognatos suos invenit. Huic itineri qvinqve annos impendit: deinde in Sveciam rediit. Ulterius in vetitas viventibus sedes inqvirere iteratâ profectione conantem, delusum præstigiis nani cujusdam, ibidem additur. Illud autem observandum, qvod iter Sveigderus, utpote vivens, non nisi qvinqvennio confecit, id morientium animas, corporeis vinculis expeditas, celerrimè transacturas credidisse; confirmantibus à Saxone [m] prolatis, Reginæ verbis, qvæ Hagbarrhum ad stipitem damnatum, tali minarum inflictione sollicitavit:

Ob hoc metum refutans,
Vitæ supremo tempore,
Audacibus labellis
Lethale liba poculum;
Qvo potus inferorum
Mox applicêre sedibus,
Iturus in reclusam
Ditis severi regiam.

Sic, memorante Hervarar sagâ, cum Hialmarus manibus Berserkorum se prostrandum auguraretur, eâdem vesperâ Odinum se invisurum canit: Oddurus autem superiorem semet evasurum confidens, Berserkos illâ vesperâ apud Odinum cœnaturos vaticinatur; non multùm abludente Leonidæ dicto, qvi milites ad strenuè dimicandum incitans, *hodie*, ajebat, *apud inferos cœnabimus*. Sed & hoc ulteriorem meretur discussionem. qvando qvalitatem animæ è corpore emissæ considerabant, non potuêre non animadvertere ejus eam esse naturam, ut momento temporis etiam longè dissita spacia, & sedem, qvam habitura esset æternam, petere posset: qvo respectu, eâdem ipsas vesperâ Odinum præsagiebant invi-

m. lib. 7.

invifuras; protinùs autem, qvod fupra ex Tullio monuimus, animas per fe ipfas viventes complecti non valentes; ea fingebant, qvæ nifi corporibus non competerent, ficut infit apud Minucium Felicem Cæcilius: *fine corpore, qvod fciam, neqve mens, neqve anima, nec vita eft.* Inde ortæ mythologiæ, ad fedes fibi deftinatas Animam certo temporis fpacio eqvitaffe. Et ut pervia via eqvinis veftigiis eò facilius crederetur, non defuere ex viventibus, præter Sveigderum, alii, qvos illac penetraffe fingerent. Ut Hadingum omittam, fub terras, narrante Saxone,[a] abductum, primùm vapidæ cujusdam caliginis nubilum penetrantem, perqve callem diuturnis adefum meatibus incedentem, *diis*, ut credit Saxo, *infernalibus ita deftinantibus, ut in ea loca vivus adduceretur qvæ morienti petenda fuerant.* Hermodum Odini filium Eddæ mythologia qvadragefima qvarta fuggerit, qvi Sleipnero, eqvo paterno, injectus, novem noctes continuas, per opacas & profundas valles, *dokkva dala ok diupa*, curfu concitato iter habuit, donec ad amnem Giallam, qvam Stygem effe volunt, perveniret, in cujus pontem, lucente ftratum auro, eqvum fine mora adegit: *ok reid a Giallarbruna hon er þokt lyfi gulli.* Tranfire eqvitando eundem pontem animas defunctorum, Modguda virgo pontem cuftodiens indicat, Hermodum fic affata: hon fpurdi hann at nafni ok at ætt. ok fagdi at hinn fyrra" dag ridu um bruna fimm fylki daudra manna. eñ eigi dynr" bruen minnr undir æinum þer. h. e. *illa de nomine ac ge*" *nere ejus percontatur, inqviens: nudius tertius qvinqve mortuorum cohortes per pontem eqvitarunt, neqve magis pons fub ipfis concuffus eft, qvàm fub te folo.* Ad amnem itaqve ponte meabilem pertranfeundum, additi mortuorum

a. lib. 1.

combustioni & sepulturæ eqvi. Veteribus ille usurpatus erat Scythis mos, qvi cum Regibus eqvos humabant, Herodoto o. observante; unde Odinus arqve Asiani, Balderi pyram eqvo ipsius injecto auxerunt, uti Eddæ mythologia qvadragesima „ terria docet: hestr Balldrs var leiddr abalit med ollu reidi, h.e. *eqvus Balderi cum omni apparatu pyræ injectus est*. Itaqve datum est ab illis Septentrioni hujus consvetudinis exemplum; post eorum enim adventum, hic terrarum tractus, sive integri tumulabantur mortui, seu consumebantur igne, eqvum jungebat honoratioribus: & qvi non multo ab famosâ illâ immigratione effluxo tempore, summâ potentiâ regnabat Rex Frotho, post prodigiosam pugnarum cum Hunnis pugnam, *convocatis qvas vicerat gentibus, lege cavit, ut qvisqvis paterfamilias eo conciderat bello, cum eqvo omnibusqve armaturæ suæ insignibus tumulo mandaretur*, memorante in libro Historiæ Danicæ qvinto, Saxone; qvi eodem libro Asvitum defunctum, scribit *cum cane & eqvo, terreno mandatum antro*. Ad Danum Mikillata igitur perperàm ejus in Dania moris originem reducit Snorro in „ Chronici præfatione: Enn sidan er Danr enn Mikillati „ Danakonungr let ser haug giora oc baud at bera sig þan- „ nig daudan med konungs skrudi oc herbunadi oc hest „ hans vid ollu sodulreidi. h. e. *postqvam autem Danus Mikillati Daniæ Rex tumulum sibi fieri fecit, & illuc se mortuum inferri jussit cum Regio ornatu & armatura, atqve eqvo suo sellâ instructo*. Plurima aliorum exempla cum eqvis sepultorum veteres historiæ suppeditant, Kari Grettis saga, Svadi Olafs saga Tryggvasonar, Scallagrimi Eigla; neqve vicinis nostris illum morem incognitum Tacitus subindicat, Germanorum *qvorundam igni adjectum* *eqvum*

o. lib. 4. cap. 71.

eqvum, libro de moribus Germanorum testatus. Immò usurpavit Hellen eam consvetudinem, docente Homero, p. ubi Patrocli sumptuosum funus ab Achille ductum extollit.

- - *qvatuor autem procera cervice eqvos*
Festinanter injecit pyræ, graviter suspirans.

Credibile, seqvens sæculum mitiori doctrinâ imbutum, cùm eam ut gentilem damnaret consvetudinem, tumulare eqvum, Christiano defuncto nihil profuturum omisisse, instar tamen ejus ceremoniæ exprimens, exeqviis magnatum decorandis eqvos, qvasi luctum sentientes, pullatos ducere, instituisse; cujus moris jamdiu abhinc usurpati, observatum est meminisse Joannem Chrysostomum homiliâ tertiâ ad Antiochenos: *sicut divite aliqvo mortuo, non servos solos & ancillas, sed & eqvos necessarii sacco amicientes, & agasonibus tradentes ad sepulchrum seqvi jubent, calamitatis magnitudinem ostentantes, & omnes ad misericordiam allicientes.* Cæterùm adductum nuper ex Edda locum, mortuis idcirco junctum eqvum, ut pontem Stygium superarent, & orcum expeditiùs peterent, mirificè confirmat apud Saxonem q. Ringo, qvi Haraldi funeri eqvum adjiciens, *precatur, uti Haraldus eo vectore usus, fati consortes ad tartara antecederet, atqve apud præstitem orci Plutonem sociis hostibusqve placidas expeteret sedes.* Neqve tamen exclusos putemus, qvibus eqvum sors vel inopia negaverat: sed longius tempus tanto viarum spacio impendisse, qvod pedites conficerent. Prodit Gregorius Abul Faraj, ex Arabibus adhuc in ignorantiæ statu fuisse, qvi resurrectionem mortuorum agnoscerent, *asserentes si cujus Camelus super ipsius sepulchrum mactatus fuerit, ipsum,*

p. Iliad. lib. 23. q. lib. 8.

cùm ad judicium resurgat, eqvitaturum, at qvi hoc fieri non curaverit, peditem futurum. Sic Septentrionales, simul tumulatis eqvis, ad destinata Animis receptacula eqvitaturos se credebant: iis destitutos, pedibus viam emensuros; cui calcando ut sufficerent, calcei letales firmissimè pedibus mortuorum alligabantur, qvibus fulti, ad Valhallam firmiori gradu properarent. Hujus ritus salivam moverat mihi Stephanius, mortuos *diligenter calceatos* scribens, in notis ad tertium Saxonis librum, nec illi illustrando qvidqvam ultra ex antiqvitate adjecit; sed satisfecit desiderio pulcherrimus in Gisla Surssonar sogu locus, de Vesteini ab „ Thorgrimo occisi exeqviis: Enn sem þeir hofdu veitt „ Vesteini umbunad geck þorgrimr at Gisla oc mællti. þat „ er tidska at binda monnum helsko sem menn skulu a gan„ ga til Valhallar oc mun ek Vesteini þat giora. oc sem „ hann hafdi þat giort mællti hann. Eigi kann ek helsko at „ binda ef þessir losna. h. e. *Cum vero Vesteini corpus ad sepulturam parassent, Thorgrimus Gislavum adiit, dicens: mos est calceos letales hominibus alligare, qvibus iter ad Valhallam calcent; hoc officii Vesteino præstabo. Qvo impleto, adjecit: Calceos letales adstringere non calleo, si hi solvantur.* Corrigiis enim calceos, veteres pedibus alligabant, indicante Saxone [r]: *Ea tempestate Rex insulæ Hugletus extabat. Qvi cùm freqvens opibus ærarium haberet, adeò tamen avaritiæ obnoxius extitit, ut datis aliqvando calceis, qvos studiosi manu commendasset opificis, ligamenta detraheret, submotisqve loco suo corrigiis, donum ad injuriam transferret.* Detracta loramenta deforme etiam calceorum munus Gothrico Regi ab Skapnartungo præstitū reddebant, canente ipso Rege in historiæ suæ capi-

r. lib. 6.

capite primo. Erant autem ista ligamenta longa atqve firma, adeo ut eorum ministerio etiam suspensum Hiorleisum memoret Saga af Halfe oc Halfsreckum. Mansisse qvoqve Langobardis, ex more patrio, corrigiarum usum in Italia, testis est Paulus Diaconus:[s] *Calcei eis erant usqve ad summum pollicem penè aperti, & alternatim laqveis corrigiarum retenti.* De corrigiis calcearibus veterum Francorum, meretur audiri Monachus Sangallensis libro primo de Gestis Caroli Magni: *Erat antiqvorum ornatus vel paratura Francorum, calceamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita, fasciolæ crurales vermiculatæ, & subtus eas tibialia vel coxalia linea, qvamvis ex eodem colore, tamen opere preciosissimo variata. Super qvæ & fasciolas in crucis modum intrinsecus ante & retrò longissimæ illæ corrigiæ tendebantur.* Corrigiis itaqve calceos letales firmavit Thorgrimus; & benignum tulisse homines judicium de ultimo hoc officio defunctis impenso, declarant seqventia hæc in Gisla Sursfonarsogu verba: Var „ þat nu vitra manna mal at allikliga hefdi farit af þui hann „ hafdi rædt um helskona Vesteins, h. e. *Sapientes dixe- „ runt eum convenienter illa verba fecisse, qvæ de letalibus Vesteini calceis fuerat locutus.* Non fuit insvetum aliis gentibus, calceos sepeliendorum pedibus supponere; qvemadmodum Joæ Regis Judæorum filium sub pedibus Zachariæ Prophetæ humatum, habuisse auream coronam in capite, aurea item calceamenta & vestem preciosam, narrat Sozomenus.[t] & cur Judæi cum calceis sepeliri voluerint, indicat jussio R. Irmihæh in Beresit Raba, apud Menassem Ben-Israel de resurrectione mortuorum libri secundi capite sexto: *Vestite me amictu puro & candido, & induite me cali-*

Fff 3

s. de gest. Lang. lib. 4. cap. 23. t. Hist. Eccl. lib. 9. cap. 17.

caligis, & date mibi in manibus baculum, & calceis includite pedes meos, ut qvando Deus me vocat, promptus ac paratus sim. Nostrorum superstitiosam rationem audivimus, cui forsan secundaria causa accessit. Asas nempe, seu Deos ipsorum, calceatos Edda nobis depingit. Ut de Skada Niordi uxore nihil dicam, qvam ligneis soleis multùm gaudere mythologiâ vicesimâ primâ habetur, illas enim venationi aptissimas credibile, qvâ impensè delectatam mythologia eadem manifestat: ferr hon miok a skidum ok med boga. ok skytr dyr. hon heitir Ondurgud edr Ondurdis. h. e. *soleis ligneis plurimùm utitur, arcum portat, & feras jaculatur. nominatur Dea xylosolearum.* Hinc venatoribus familiares erant, cùm eis currentes, rangiferos facillimè transfigere posse author Speculi Regalis testetur: „Mun þeim þat þickia meira undr er svo er frasagt um þa „menn er þat kunna at temia tre oc fialar til þess at sa madr „er hann er eigi fimari a fæti enn adrir menn medan hann „hefir eigi annat a fotum enn sko sina edr elligar bera fætr. „en iafnskiott er hann bindr fialir undir fætr ser. annat „hvart atta alna edr niu langar. þa figrar hann fugl „a flug edr miohunda a ras þa sem mest megu hlaupa edr „hreininn er hleypr halfu meira enn hiortr. þviat sa er „mikill fioldi manna at hann kann svo vel a skidum at hann „stingr i einni renfl finni niu hreina med spoti edr fleiri. h. e. *Multo magis mirandum illis videbitur, qvod de qvibusdam viris dicitur, qvi ligna & asseres ita adaptare possunt, ut ille, qvi aliis in currendo non est celerior, dum nihil aliud pedibus qvàm calceos gerit, vel nudipes incedit; ubi asseres hujusmodi pedibus suis suppofuerit octo vel novem ulnas longos, avem volantem, aut canem venaticum*

currendo velocissimum, celeritate superet, necnon rangiferum, qvi cervū currendo excedit. Multi enim homines in soleis ligneis tam expeditè currere norunt, ut novem aut plures rangiferos inter currendum venabulo transfigant. Traductus hic author & hoc nomine ab Arngrimo est, neqve omnem hæc narratio fidem penitùs meretur, attamen incredibili inexpertis celeritate, earum ministerio ardua itinerum priscos confecisse, verissimum. Finnos præsertim, qvi Saxone loqvente,[u] *pandis trabibus vecti, conferta nivibus juga percurrunt.* & uberiùs in præfatione: *Harum ortivas partes Skricfinni incolunt. Qvæ gens inusitatis assveta vehiculis, montium inaccessa venationis ardore sectatur, locorumqve complacitas sedes dispendio lubricæ flexionis assequitur. Neqve enim ulla adeo rupes prominet, qvin ad ejus fastigium callida cursus ambage perveniat. Primò siqvidem vallium profunda relinqvens, scopulorum radices tortuosa giratione perlabitur, sicqve meatum crebræ declinationis obliqvitate perflectit, donec per sinuosos callium anfractus destinatum loci cacumen exciperet.* Fluxisse hoc Scritofinnorum nomen à cursu super hujusmodi soleas, observavit dudum Paulus Diaconus:[x] *Huic loco Scritobini, sic enim gens illa nominatur, vicini sunt. Hi à saliendo, juxta lingvam barbaram, etymologiam ducunt. Saltibus enim utentes, arte qvadam, ligno incurvo, ad arcus similitudinem, feras asseqvuntur.* Eademqve voce utitur Adamus Bremensis in descriptione regionum aqvilonis: *In confinio Sveonum vel Nordmannorum, contra boream, habitant Scritefinni, qvos ajunt cursu feras præterire.* Sanè de duobus Finnis testatur̄ Snorro in Chronico Norvegiæ: þeir kunna ok sua vel a skidom at ecki ma fordaz þa hvart-ki

u. lib. 5. x. lib. 1. cap. 5.

„ ki menn ne dyr. h. e. *foleis adeo fcite currere noverant, ut ipfos neqve homines neqve feræ evadere poffent*. Finnos idcirco ex Armeniæ montibus defcendiffe, qvia ibi tefte Strabone foleas ligneas pedibus fupponunt, in arca Noæ Hornius conjecturat. Speciofa illa eft conjectura; at abfurdiffima Hugonis Grotii pofitio, qvi in Prolegomenis ad Gothicarum & Langobardicarum rerum fcriptores, docto calamo abufus, dum Danos è Svecia progreffos malè tortis fcriptorum verbis propofuit demonftrandum, *& à Finnis infulam Danorum Finniam, vulgo paulum corrupto vocabulo Fioniam, cujus habitatores Finos vocat Bremenfis*. Fruftrà forfitan Grotio redarguendo immorabor, cujus fententiam vix ac ne vix qvidem ullum in veteri noftra lingva vel modicè verfatum credo amplexurum; ille qvidem omnes ingenii vires eò impendit, ut qvod celebre, & traditâ in memoriam fortitudine, à Gothis, Vandalis, Langobardis, Normannis, aliisqve è Septentrione excitis populis, geftum celebratur, Svecis folis, invitâ antiqvitate, adfuat: inftructus fusâ externorum Hiftoricorum lectione, fed altero oculo captus, cum lingvam vetuftam Septentrionalem, & antiqva boreæ monumenta, totaliter ignoraverit. Invitus in magnum illud orbis litterati fidus invehor, qvod nec inclementiori qvidem verbo à me appellatum vellem: fed ipfa veritas omnium oculis ingerenda meas partes fufcipiet, penitus rationi contrarium effe, Finnos montibus affvetos populos, in Fionia, plana regione, felecturos fedem fuiffe; fi vel maximè probari ullâ arte poffet inconveniens veritati affertum, terras ad Septentrionem Daniâ magis vergentes, huc colonias mififfe: in Fionia certè nullum faltibus, ligneisqve foleis ad tranfeunda montium juga aptis Finni locum

locum invenissent. Neqve habitatores insulæ venustissimæ Finnos vocari Bremensi, uspiam reperi, qvi ipsam describens, in editione qvidem Lindenbrogiana & ad illam expressa Maderiana, corruptissimè *Finni, Finne, & Finnis* insulam vocat, & in Messeniana *Fyne*; sed in nobili Manuscripto exemplari, constantissimè *Fiuniam* scribi, sanctè attestor, qvod qvi mihi minùs crediderit, Codicem ipse inspiciat, in Bibliothecâ nostrâ publicâ cuivis petenti obvium. Eum si consulere magno Grotio contigisset, cautiùs sine dubio processisset, neqve Fiuniam ab Finnis vel Scritofinnis denominasset, nimiùm genti in cujus gratiam scripsit addictus. Neqve tamen nostris Scriptoribus determinatum est, cui voci nomen suum Fionia insula acceptum referat; qvi enim ab amœnitate, cùm hodiernâ lingvâ pulchrum *fin* dicatur, cum Pontano & Jona Koldingensi: vel ab *fynie* h. e. magicis artibus, qvod illas exercens Othinus ibidem sedem habuerit & præcipuæ urbi nomen indiderit; cum Jona Venusino deducunt; ægrè illis erit demonstrare, memoratas voces veteribus eo sensu usurpatas. Itaqve solus Magnus Olavius rem acu tetigisse videtur, qvi situm insulæ attendens, qvam ab Selandia Balticum fretum, a Jutia fretum Medelfarsund dictum discriminat, qvasi *separatam terram* ab *Fion* antiqvissima voce disyllabâ, qvæ separationem denotat, nomen accepisse, in Enodatione veterum cantilenarum opinatur. Deducitur *fion* ab vetustissimo verbo & minùs usitato *ekfia* qvod odisse significat, in duobus locis Eddæ Sæmundi occurrente, nec alibi adhuc observato; nempe in Hymiskvidu:

„ Gein vid aungli su er god fia
„ umgiord nedan allra landa.

 h. e.

h. e.

Devoravit hamum, ille quem Dii oderunt
gyrus inferior omnium terrarum.

seu serpens ille maximus Midgardzormr vel Jormungandr veteribus poëtarum figmentis memoratus. Et in Loka sennâ, ubi Niordus ait:

„ þa ec mog gat þann er mangi fiar.

h. e.

Qvando filium progenui qvem nemo odit.

Participium obsoleti hujus verbi adhucdum Islandis nobisqve in freqventi usu *fiandi*, hostis, inimicus. Illud idcirco verbum pro etymo vocis *fion* agnoscimus, qvæ *odium* & *separationem* denotat, cum odiosa à nobis separare ut plurimùm studeamus. Sic cecinit de suâ ad Christianam religionem conversione, & à paganismo separatione, Halfredus Vandrædascalldus:

„ Legg ek a frumver Fryggiar
„ fion, þuiat Kristi þionum.

h. e.

Afficio maritum Fryggæ seu Odinum
odio, nam Christo servio.

Obscurius aliqvantulùm est carmen Gretteri Islandorum robustissimi, de suâ in profundum gurgitem urinatione:

„ Helldr kom a herdar skalldi
„ hord fion Braga kvonar.

h. e.

Valdè illidebatur humeris poëtæ
durum odium Bragi uxoris.

Poëtam seipsum vocat Grettetus carminis autor, genus ponens pro specie. Bragi uxorem, Edda *Idunam* nuncupat;

pat; in qvâ voculâ Gretterus, æqvivocatione veteribus Scaldis licitâ & valdè familiari lusit; Aqva enim ob rapidum è præcipitio defluxum in spumas abiens, veteri Danicâ lingvâ *Ida* vocatur, qvalem aqvam heic per Bragi uxorem eodem fermè nomine gaudentem indigitare voluit; cujus vim, adversus torrentem tendendo, humeris suis illisam, odium Bragi uxoris vocat. qvæ Historiam ipsam Gretteri legenti melius elucescent. Suppeditat etiamnum Oda Eddæ Sæmundi annexa, dicta Solarliod exemplum. ubi per odium æqvè atqve separationem *sion* exponi potest:

„Jarnadreyri fellr or nosum þeim
„sa vekr sion med firdum.

h. e.

Ferreus cruor è naribus illarum Biugvoræ & Listvoræ *profluit*
Ille inter homines odia vel animorum separationem *excitat.*

Demum occurrit in Relationibus Comitum Orcadensium, ubi de Navigatione Ragnvaldi Comitis in terram sanctam:

„Nu hafa gædingar gengit
„gudsion er þat lionum
„uppgrafaz ill rad greppa
„ærit morg a særi
„þat mun þeigi siatna
„þeim er svik vinnr heima
„stigum litt a lagann
„legg medan upphelldk skeggi.

h. e.

Jam viri transgressi sunt,

 odium

odium Dei vel separationem a Deo id viris conciliat,
manifestantur mala consilia virorum
valde multa; juramenta.
illud non cadet in oblivionem
adversus eum qvi domi fraudes molitur;
insistamus parum brevi
pedi, dum ego barbam profero.

Judicet nunc qvisqvis lingvæ veteris gnarus, potiusne dicendum, ab hoc verbo *fion*, insulam Fioniam: vel, qvia verbalia in *on* æqvè in *un* exeunt, Adamo Bremensi Fiuniam, denominatam, qvàm ab Finnis; qvos, etiamsi summâ super soleas ligneas currendi polleant agilitate, in Fioniam tamen hujusmodi saltibus, per tot terrarum mariumqve spacia, repentè delapsos, nemo sanus crediderit. Cæterum licet ipsis eam currendi dexteritatem qvasi naturalem fecerit situs qvos inhabitabant locorum; aliis tamen Septentrionalibus non denegavit à teneris assvefactio: cùm inter cætera juventutis suæ exercitia, artem soleis currendi recenseat Ragnvaldus Kolson Comes Orcadensis:

„ Tafl em ek aurr at efla,
„ iþrottir kann ek niu,
„ tyni ek tradla runum,
„ tid er mer bok, ok smider,
„ skrida kann ek a skidum,
„ skyt ek, ok ræ suo nytir,
„ hvortveggia kann ek hyggiu
„ harpslatt ok brag þatta.

h. e.

Ludum scachicum exercere promptus sum,

exer-

exercitia novem calleo,
novi exarare literas Runicas;
assvetus sum libro, & arti fabrili,
in soleis ligneis currere novi,
jaculor, & remigo convenienter,
utrumqve teneo
fidibus canere, & carmen componere.

Earum se usu callere, jactabat qvoqve Rex Daniæ Haraldus Blaatand, & Palnatokonem ipsi se in eâ parte æqvantem non sustinens, periculosum artis experimentum edere jussit, Saxone y. memorante: *Haraldo ejus se artis, quâ Finni nivales saltus peragrant, peritiorem jactanti, Toko in consimili genere laudis suam ausus conferre virtutem, apud Kollam rupem editæ professionis experimentum præbere compellitur. Sed quod minus exercitio celebraverat, pleniùs à virtute mutuatus est. Eminentis enim scopuli cacumine conscenso, exiguo se fusti credidit, lubricasqve plantis tabulas adaptando, rapidum in præceps vehiculum egit. Cujus præcipiti raptu in præruptos silices actus, nihilominus debitum ejus regimen intrepida manu continere suffecit. Neqve illi aut periculi magnitudo, aut ullus animi stupor, qvò minus firmo se corpore contineret, officere potuit.* Tandem tamen eautibus illisus, soleis excutitur. Major fuit ac propè stupenda Arnlioti Norvegi promptitudo, qvi eisdem soleis binos præter se insistentes sustinuit, neqve minus immensâ veloeitate ferebatur, narrante in hunc modum Olafs sogu Helga: Sidan feck þorir þeim skid hvarum tveggia. Arnliotr redz oc til ferdar med þeim. steig " hann oc a skid oc voru þau bædi laung oc breid. En þegar " Arnliotr laust vid skidageislanum. þa var hann þegar " hvar

y. lib. 10.

„ hvar fiarri þeim. þa beid hann oc fegir at þeir mundo „ hvergi komaz at sva bunu. bad hann þa stiga a skidin „ med ser. þeir giordu sva. stod þoroddr nærri honum oc „ hellt ser tveim hondum undir belti Arnliotz. enn foru- „ nautr þoroddz hellt undir belti honum. skreid Arnliotr „ þa sva hart allan dagin beint sem hann væri laufs. h. e. *Deinde Thorerus utrique eorum* (sc. Thoroddo Snorronis filio, comitiqve illius.) *xylosoleas tradidit, Arnliotus etiam iis se comitem dedit; pedibus suis xylosoleas longas & latas similiter suffigens. Cumqve baculi adjumento cursum inchoasset, mox longo spatio eos post se reliqvit; Opperiebatur itaqve, dicens eos admodum tardum iter facturos ni aliter se gererent, rogavitqve ut ipsius xylosoleis secum insisterent, qvod & fecerunt. Thoroddus propior Arnliotum stetit, cingulum illius utraqve manu tenens: Thoroddi vero cingulum comes illius tenuit. Deinde Arnliotus toto illo die tam celeriter currebat, ac si solus xylosoleis institisset.* Hujusmodi igitur soleæ Skadæ in Edda tribuuntur, & Ullo qvoqve uni Asarum, qvi & inde *Ondur As* cognominatus. Alii Asarum, calceis diversæ formæ gaudebant. De Vidaro insinuat mythologia vicesima sexta : *hefir hann sko þykkan.* h. e. *calceum habet spississimum.* ubi qvod interpres Eddæ Latinus de Vidaro inserit : *Ipse cothurnum habet spississimum miræ naturæ, qvo per aërem & aqvas incedere potest,* de Loko ipsa Edda explicat mythologiâ qvinqvagesimâ nonâ : „ Loki atti skua þa er hann „ matti renna lopt ok log. h. e. *Lokus calceos habuit, qvibus per aërem & aqvas currere potuit.* Vidari autem calceus licet ex innumeris particulis coriaceis compositus in mythologiâ qvadragesimâ octavâ dicatur ; illas tamen

par-

particulas ferream induisse naturam indicat cognomentum Vidari, seu appellatio ipsius Eddica: *eigandi iarnskos*. h.e: *possessor calcei ferrei*. forti enim calceo opus erat voracissimum Lupum calcaturo. calceos sanè ferreos Olaum Regem Tryggonis filium Gesto dedisse, ad Helluland seu sedes Ragnari gigantis pergenti, Bardar saga Snæfellsafs refert, qvi ipsi loca saxosa & cautibus continuis obsita pererranti, magno in conservandis pedibus usui fuêre. Itaqve viso, dè tot Asarum specialiter annotatum, calceis usos fuisse; non ad superandam modò viam ad Valhallam ferentem, calceos mortuis, ut audivimus, pernecessarios fuisse, sed & post mortem eorum usum futurum statuisse, conjicimus, qvòd Diis, in qvorum consortio æternùm acturi essent, qvàm simillimi in omnibus accedere expectarent, omniumqve rerum simul tumulatarum copiam rursùm futuram persvasi essent. Sic & explicatum dedimus, Eqvos unà sepultos ad iter Valhallæ expeditiùs conficiendum: & insuper itinere confecto, eorum *in altera vita usum expectasse*, rectè conjecturavit Brynolfus. [a] nam memorat mythologia Eddæ tricesima qvinta, Heroës Valhallæ, exercitiis qvotidianis finitis, eqvitantes aulam genio indulturos repetere; qvos & instante crepusculo Deorum,, in Muspelli filios prodeuntem Odinum seqventes, eqvis vehi, ex mythologiâ qvadragesimâ octavâ colligitur. Qvocirca cùm tam varius eqvorum in altera vita usus creditus, hinc sine dubio factum, ut & pyræ cremando corpori extructæ eqvus adjiceretur, qvo mortuus Valhallam festinus peteret: & cineribus collectis in terra depositis rursùm eqvus jungeretur, cujus in Valhalla necessarius usus esset. Sic enim Haraldo Hyldetanno factum, cujus pyræ ardenti cùm Ringo eqvum injecisset, *uti Haraldus*

a. not. in Sax. lib. 5.

dus eo vectore usus, fati consortes ad tartara antecederet, nihilominus cineres deinceps in urnam collectos jussit *Lethram deferri, & ibi cum eqvo funerari*, Saxone libro octavo dicente. Eqvos autem vivos sepultos, Brynolfo assentimur, uti & canes, qveis vivis in caritate & precio fuerant, contumulati; sicut de Asvito confirmat Saxo,[aa] post obitum, *cum cane, terreno mandatum antro:* & de Svado Historia Olai Regis filii Tryggonis. Qvem neqve veteribus Græcis ignotum fuisse morem, canes bini in rogum Patrocli ab Achille injecti demonstrant. Voluêre sine dubio Heroës in Valhalla canes habere ad exemplum Ditis sui, cujus canes *ignavorum vilioris qve turbæ cruorem lambebant*; si Scheffero credere possemus, qvi Upsaliæ capite septimo Vormium se secutum profitetur, Lexici Runici paginâ qvadragesimâ primâ scribentem: *Ger, cupidum, avidum, voracem notat, utpote qvem inhabitet Geri Lupus Odini Dei Septentrionalis, qvem Dominum carne & cruore bello cæsorum pascere fingit Edda ex Grimnis maali Sæmundi*,

„Gera ok freka
„sedr gunntamidr.
h. e.
Geram & Frecam
pascit deorum moderator.

Vocantur etiam Odini canes, de iis actum à nobis est in explicatione Epicedii Regneri Lodbrog Crakomalum quibusdam dicto,

„Gera fengom þa gnoga
„gisting at þui vigi.
h. e.
Geræ (Lupo Odini) tradidimus tum copiosum *bo-*

aa. lib. 5.

hospitii sumptum per istam cædem.

Odini canes vocari Geram & Frecam, exemplum desidero, qvod mihi nusqiam occurrit: & apertissimis verbis Eddæ mythologia tricesima qvarta Lupos appellat: þa vist er a hans bordi stendr gefr hann tveim ulfum er sua " heita Geri ok Freki. h. e. *cibum mensæ suæ impositum* " *Odinus duobus lupis distribuit, qvi vocantur Geri & Freki.* Itaqve cùm Lupi cadaveribus impensè delectentur, nihil usitatiùs Scaldis antiqvis, qvàm ob prælia gaudentes ipsos introducere, tunc enim magna cadaverum copia: & tunc Lupum nonnunqvam Eddicâ voce *Gera* nominant, uti Regnerus Lodbrog epicedii strophâ decimâ sextâ, prout in meo exemplari scriptum offendi:

„Gladr uard gera broder
„geto vid soknar lete.

h. e.

Lætus erat lupi frater
lucro ex prælio habendo.

aliqvando usitato vocabulo *ulf* appellant, sicut Einarus Skalaglam in Jomsvi kinga sogu:

„Sækium Jarl þans auka
„ulfsverd þorer sverdum.

h. e.

Accedamus Comitem, qvi augere
lupi escam audet gladiis.

& Ottarus Niger de Canuto Magno, in Knytlinga sagâ:

„Unnud eigi minni.
„ulfsgomr veit þat romu.

h. e.

Gessistis non minus,

lupi palatum novit illud, prælium.
deniqve & *varg* vocant, uti pulchro liqvet exemplo ex No-
„regs Konunga Sogum deprompto: þordr er madr annar
„nefndr. hann la a skipi er nærr la konungsskipinu. hann
„dreymdi um nott at hann þottiz sia flota Haralldz ko-
„nungs fara at landi hann þottiz þat vita at þat var Eing-
„land. hann sa a landinu fylking mikla oc þotti honum
„sem byggiz til bardaga. oc hofdu merki morg a lofti en
„fyrir lidi landzmanna reid trollkona mikil hon sat a vargi
„oc hafdi vargrinn mannzhræ i munni oc fiell blodit um
„kiaftana. En er vargrinn hafdi þann etid þa kastadi
„trollkonan odrum i munn honum oc sidan hverium at
„odrum. en hann gleypti hvern. trollkonan qvad.

„Skod lætr skina raudan
„skiolld er dregr at hialldri.
„brudr ser aurnis ioda
„ofor konungs giorsa
„sviptir i svardar kiafta
„svanni holldi manna
„ulfs munn litar innan
„odlat konan blodi,
„odlat konan blodi.

h. e.

Vir alter Theodorus nomine erat, hic in navi illâ mansionem habuit, qvæ navi Regis (Haraldi Sigurdi filii in Anglos expeditionem suscipientis) *proxima erat. Is nocte qvadam per qvietem vidit Regis Haraldi classem, terram, qvam in somnio Angliam esse credidit, adnavigare, in terra aciem magnam qvasi ad bellandum paratam, multaqve vexilla sublata vidit; Ante aciem ingens fœmina gigantea* equi-

eqvitavit, hæc lupo insidebat qvi cadaver humanum ore tenuit cujus cruor labia roravit. Cumqve lupus illud deglutivisset, fœmina gigantea alterum cadaver ori ejus inseruit, unoqve vorato aliud porrexit, lupus vero omnia devoravit, fœmina gigantea cecinit.

Noxia micare facit rubrum
Scutum cum prælium adeat
Fœmina, videt giganteæ prosapiæ
Exitium regis imminere,
Injicit rictui cute vestito
Fœmina carnem humanam,
Lupi os rorat interius
Festinans fœmina sangvine
Festinans fœmina sangvine.

Et ut nostræ veteris, ac lingvæ Anglo-Saxonicæ eundem genium agnoscas, hæc habet Chronologia Saxonica Bedæ subjecta, ad annum nongentesimum tricesimum octavum, ubi in margine Whelocus annotavit *idioma hic perantiqvum & horridum* occurrere: hræfn Bryttian salu vipa. " dan. and þone sveartan hrefn hyrned nebban. and þane " hasean padan earn. æftan hvit æses brucan. grædigne " guþ hafoc. and þæt grægedeor vulf on væalde. h. e. " *corvus Britannos escâ emunxit: & iste niger corvus, fronte cornutus. Aqvila album escam secuta: milvus usus voraci intestino. Lupusqve dominio voracior.* & addit, stragem in ea insula haud antea majorem fuisse. qvæ historiarum libro qvinto Henricus Huntindoniensis ita vertit: *Postea frater uterqve rediit Westsexe belli reliqvias post se deferentes, carnes virorum in escam paratas. Ergo corvus niger ore cornutus, & bufo livens, aqvila cum milvo, canis,*

nis, lupusqve mixtus colore: his sunt delitiis diu recreati. Præfatur autem, de ejus prælii magnitudine Anglicos scriptores *quasi carminis modo* proloqvi, & *extraneis tam verbis qvàm figuris* uti. Sic certè veteres Scaldi, ad insignes strages, præter feras, aves qvoqve convenire, atqve cæsorum sangvinem carnesqve consumere, freqventissimè canebant. De Aqvila Regnerus Lodbroc stropha secunda:

„ Hiuggum ver med hiorvi
„ helldr var ek ungr er skifdum
„ austr i Eyrarsundi
„ undarn frekum vargi
„ ok fotgulum fugli
„ fengum ver þar er fungu
„ vid hafeymda hialma
„ hord iarn mikils verdar.

h. e.

Secuimus ense.
admodum juvenis fui, cum mactaremus
orientem versùs in freto Codano
cadavera voraci lupo,
& flavipedi avi,
acqvisivimus (ubi sonuerunt
ad acuminatas galeas
dura ferra) ingentem escam.

& in conclusione strophæ ejusdem Corvum adjungit:

„ allr var ægir sollinn
„ od rafn i valblodi.

h. e.

universum mare erat cruentum,
vadavit corvus cruorem cæsorum.

pos-

possent de Corvo innumera exempla reperiri, vitando fastidio omissa: unum observandum, in Knytlinga sogu corvum indigitari milvum Odini:

"enn a enskra manna
„olum giod hnikars blodi.

h. e.

Sed in Anglorum virorum
alamus milvum Odini sangvine.

qvia corvus Odino peculiariter sacratus erat, ut & Deus Corvorum nominaretur. binos ipsi in pretio & summo usu fuisse, habet Eddæ mythologia tricesima qvarta: Hrafnar" tveir sitia aa oxlum honum ok segia i æyro honum oll ti-" dindi þau er þeir sia edr hæyra. þeir heita sua Huginn ok" Muninn. þa sendir hann i dagan at fliuga um heim allan" ok koma þeir aptr at dagverdar mali. þar af verdr hann" margra tidinda viss. þi kalla menn hann Hrafnagud. sva" sem sagt er:

„Huginn ok Muninn
„fliuga hverian dag
„Jormungrund yfir
„oumz ek Huginn
„at hann aptr ne komi
„þo siamz meirr um Muninn.

h. e.

Corvi duo ejus insidentes humeris, in aures ipsi susurrant omnia nova qvæ vident vel audiunt: hi vocantur Hugin Cogitatio, *&* *Muninn* Memoria. *Hos primo diluculo emittit Odinus, ut totum pervolent mundum, & circa tempus prandii revertantur; inde de multis certior redditur. Hac de causa Corvorum Deus nominatur. sic dictum est,*

Huginn & Muninn
pervolant qvotidie
mundum universum;
metuo qvod Hugin
nunqvam redeat,
magis tamen de Munin sollicitor.

Hos exeqviis Balderi simul cum Odino adfuisse, mythologia qvadragesima tertia observat; non tamen ut depascendo sepelirent, qvomodo Menippus Mercurio apud Lucianum [bb] dicenti: *Te verò, Menippe, nemo deplorat, & solus jaces tranqvillus?* regerit: *Neqvaqvam. nam haud multò post, canes miserabiliter propter me latrantes audies, & corvos alas concutientes, qvando ad sepeliendum me convenient.* Ægyptiis & Barcæis, qvibus vultur sacer erat, morem fuisse, qvos vis morbi confecisset, funere cremare: at verò fortium militum corpora devoranda objicere vulturibus, cùm fortunatos eos dictarent, qvi sacri alitis ventrem pro tumulo habuissent; ubi ex Æliano docuit Wormius, subjungit: *An & nostratibus militibus eadem de Aqvila fuerit opinio, disqvirendum relinqvo.* Sed illud de nostratibus vel suspicari, prohibet ingens solennibus exeqviis statutum precium: neque dubitationem movere possunt verba apud Saxonem [cc] Biarconis, modò sincera adhibeatur distinctio:

Præda erimus corvis, aqvilisqve rapacibus esca,
Vesceturqve vorax nostri dape corporis ales.

qvi seqvitur enim versus, ad ultimum annectendus est:

Sic belli intrepidos proceres occumbere par est,
Illustrem socio complexos funere regem.

solatur qvippe Hialtonem & seipsum, qvod etiamsi debitas exe-

bb. in Dial. Mortuor. cc. lib. 2.

exeqvias livor hostilis ipsis denegaret, cadavera sua feris atqve avibus relicturus; cum laude tamen occumberent, excellentissimo Regi morte jungi jucundum ducentes. Neqve uspiam inveni, Aqvilam nostrates ut sacram avem considerasse: qvodqve de vulture in Jomalæ fano fabulatur Herraudi & Bosæ saga, putidissimum est figmentum; neqve venerationem ullam aliis avibus impensam reperi, nisi qvatenus faciendis inservierint auspiciis, qvæ non minima ex Corvo etiam petebantur, Odini alite.

CAPUT IX.

Pecunia cum defunctis simul sepulta: qvare tumuli sæpiùs sollicitati. Pecunia consepulta mortuo, in Valhalla usui esset. Opes piraticâ acqvisitæ, in sepulchra illatæ. Lapidis Tirstedensis expositio. & de Piratis curiosa qvædam. Disqvisitio de nummis externis & inqvilinis in terrâ repertis, præsertim litteris Runicis signatis. Multi ante mortem thesauros defodiebant, qvos se in Valhalla recuperaturos credebant, uti promiserat Odinus; qvi Deus divitiarum erat, seu Pluto.

Præter eqvos & canes, qvæcumqve viventibus cara & apta olim fuerant, cum sepultis simul jacta in ignem, vel defossa. Qvomodo & Galli, teste Mela [a] fecerunt. qvos etiam *memoria proditum est, pecunias mutuas, qvæ his apud inferos redderentur, dare solitos: qvia persvasum habuerunt, animas hominum immortales esse:* Valerio Maximo libri secundi capite sexto loqvente. ut non sine causâ exclamaverit Apulejus: *Ergo & inter mortuos avaritia vivit?* Vix gentem reperire datur gentilismi tenebris obcæca-

a. lib. 3. cap. 2.

cœcatam, qvæ non defunctis pecuniarum vim apposuerit. neqve de Turcis minus attestatur Petrus Tudebodus,[b] *byfantios aureos* cum mortuis sepelivisse. In Septentrione, non nisi Christianâ religione invectâ ille mos abolevit, do„ cente Bua sagâ: med þui Bui var skirdr madr enn blotadi „ alldri þa let Helga grafa Bua undir kirkiu vegginum sydra „ oc lagdi ecke fe neitt hia honum. h. e. *qvoniam Boo baptizatus fuerat, neqve idolis unqvam sacrificaverat, Helga eum ad australe templi latus sepeliri fecit, nullâ ipsi appositâ pecuniâ.* Antea prodiga erat præpostera hæc in defunctos liberalitas. In rogum qvo Haraldus Hyldetand Daniæ Rex crematus, proceres *aurum & qvodcumqve opimum esset, liberaliter in nutrimentum* conjecerunt, Saxone[c] scribente. Pecuniæ vim in Soti tumulo deprehendit & abstulit Hordus, ut in historia de ipso conscripta legitur. Et obvia ubivis exempla. Huc refero qvod in Sogu af Droplau„ gar sonum offendi: Arneidr heilsade Katle oc mælti, kol „ hefi ek her fundit. þau grofu þar sandinn oc fundu kistil „ einn fullann af silfri. h. e. *Arneida Ketillum salutavit, & indicavit se illic carbones invenisse. Illi junctim terram effodientes, scrinium argento plenum invenerunt.* sagaciter enim conjecerant, carbones ex pyra fuisse, qvâ mortui cujusdam cadaver crematum, non sine thesauri adjectione. Nam & Biarmenses, egentissima aliàs credita natio, tumulis honoratiorum in sylvis exstructis opum partem inferebant, qvæ Carolo ejusqve fratri Gunsteino atqve Toro Hundio ditandis suffecerunt, à qvibus tumulos dites ita „ Historia S. Olai Regis enarrat exspoliatos: Enner þeir „ voro komnir til hafs ut oc attu þar skipara stefnu þa „ spurdi þorir ef monnum se nockurr hugr aa at faa ser fiar. Menn

[b] lib. 3. de Hierosolym. itiner. [c] lib. 8.

Menn svorodo oc letuz þess bunir ef fesaungh læghi bryn "
fyrir. þorir svarar oc segir at fecit mundi faaz ef ferd su "
tækiz vel, en eigi orvænt at mannhætta giordiz i ferdinni. "
allir sogdu at til villdu hætta ef fevan væri. þorir segir at "
þannveg væri þar hattat. þa er audigir menn onduduz at "
lausafe skylldi skipta med hinum dauda oc orfum. skyll- "
di hinn daudi hafa halft eda meira stundum þridiung eda "
minna. þat se skylldi bera ut i skoga oc stundum voro "
haugar at giorvir eda hus. þar skylldi hræra alt saman "
molld oc silfr. þorir segir at þeir skylldi til ferdarinnar "
buaz at kvelldi dags. Sva var mællt at engi skylldi ren- "
na fra audrum. Engi skylldi oc eptir vera þa er styrimadr "
segdi at i braut skylldi leggia. þeir letu menn eptir at giæ- "
ta skipsins. sidan gengu þeir a land upp. oc voro fyrst "
vellir slettir er þeir komu aa landit. en þar nærst mork mi- "
kil. þorir geck fyrir en þeir brædr sidarst. þorir bad menn "
fara hliodliga. oc hleypa af treanum berki sva at hvert "
treit seae fra audru at ver farim hina somu leid aptr. þeir "
komu sidan i riodr eitt mikit en i riodrinu var skidgardr "
haarr. hurd var fyrir skidgardinum oc var hun læst. Sex "
menn af landzmonnum skylldu vaka yfir skidgardinum "
hveria nott sinn þridiung nætr hverir tveir. þa er þeir þorir "
komu til skidgardzins. voro þeir vokumenn heim geng- "
nir en þeir er vaka skylldu nærst voro eigi komnir aa vor- "
dinn. þorir geck at skidgardinum oc krækti oxi sinni upp "
aa oc las sik upp eptir. for sva þar til er hann kom aa upp "
oc inn um skidgardinn audrum megin. þa kom oc Karli at "
audrum megin oc komu iasn snemma at hlidinu oc toko "
fra lokurnar oc sva slagbrandana oc luku up hurdina gen- "
gu menn inn i gardinn. þa mællti þorir: I gardi þessum er "

 giorr

„ giorr haugr af gulli oc silfri oc molldu hrært alt saman. „ skulu menn nu fara þar til. ætli menn ser eigi sva þungt at „ eigi megi fara fullum fetum fyrir þvi. I gardinum er god „ Biarma er Jomali heitir. oc verdi engi sva diarfr at vid „ þat glettiz eda hann ræni at nockuru. Sidan ganga þeir „ aa hauginn oc toko feeit sem mest mattu þeir. baru i klæ- „ di sin. fylgdi þar þo molld mikil sem van var at er skiott „ var upptekit. h. e. *Cum vero Thorerus, Gunnstenus & Carolus in altum devecti essent, concilium nauticum habuerunt. Thorerus tunc interrogavit, an pecuniam acqvirere desiderarent? respondebant singuli, se ad hoc paratos esse, si opes facilè acqviri possent. Regessit Thorerus, pecuniam fortunæ adjumento acqviri qvidem posse, sed vix citra periculum. Omnes vero dixerunt, se ad subeundum periculum paratos esse, si spes prædæ aliqva esset. Dixit Thorerus, consvetudinem ibi esse, ut morientibus viris opulentis, relictæ mobiles opes inter mortuum & hæredes ejus dividerentur, adeo ut interdum dimidia pars, vel magis, interdum tertia pars, vel minus, mortuo cederet; hancqve pecuniam in sylvas remotas efferri, aut qvandoqve tumulo vel domo operiri debere, argentumqve cum pulvere terræ miscendum esse. Jussit itaqve Thorerus, ut sero diei huic itineri se accingerent, ut & qvod nemo alterum desereret, nec qvisqvam, jubente gubernatore regredi differret. Deinde viris aliqvot ad custodiam navium relictis, terram ingressi sunt; ubi primò campus planus, ac deinde ingens sylva occurrebat. Thorerus primus incedebat, fratres vero* (Gunnstenus & Carolus) *ultimi. Thorerus jussit ut sine strepitu progrederentur, arboresqve decorticarent, non longius a se invicem dissitas, qvàm ut una apud alteram vi-*

videri posset, ut eo faciliùs eandem viam remetirentur. Deinde in locum qvendam spatiosum, arboribus vacuum venerunt, in qvo sepimentum qvoddam ligneum altitudinis magnæ erectum erat januam, qvæ tum clausa erat, habens. Sepimentum hocce ligneum qvâvis nocte sex è terræ incolis custodire debebant, duo qvâvis tertiâ parte noctis. Cumqve Thorerus cum suis ad sepimentum veniret, vigiles domum redierant, nec advenerant iis successuri. Thorerus ad sepimentum accedens, cacumini ejus securim impingit, ejusqve adjumento ascendens, ad summum tandem pervenit, sepimentumqve hoc modo transcendit. Carolus similiter sepimentum ab altero latere transcendit, adeo ut uterqve ad portam simul venirent. Claustris deinde ac vectibus amotis, apertaqve janua, socii sepimentum intrarunt. tum Thorerus dixit: Intra hoc sepimentum tumulus extat, auro, argento & pulvere terræ sibi invicem admixtis constans, eum accedite, nolite tamen ita vos onerare, ut celerem reditum præda impediat. Intra sepimentum etiam collocatus est Deus Biarmorum nomine Jomalus, cui nemo vestrum injuriam facere, aut spoliare præsumat. Deinde tumulum ascendebant, & pecuniâ, qvantam regere poterant, vestes replebant, comitante simul non exiguâ pulveris parte, cum pecunia raptim auferretur. Non absimilis erat Holgi tumulus, qvem Eddæ mythologia sexagesima qvinta depingit, qvam nunc cum versione integram dabimus: Sua er sagt at konungr sa er Holgi er nefndr er Halogaland er “ vid kent. hann var fadir Þorgerdar Holgabrudar. Þau voru “ bædi blotud ok var haugr Holga kastadr onnur flo af silf- “ ri eda gulli Þat var blotfeid. enn onnur flo af molldu ok “ grioti. Sva kvad Skuli Þorsteinsson. “

„ þa er ræfr vita reifnis
„ raud ek fyrir Svold til audar
„ herfylgins bar ek Holga
„ haugþok sama baugum.

h. e.

Dicitur Regem qvendam Holgum fuisse, à qvo Halogia denominata est. Ille pater erat Thorgerdæ Holgabrudæ Holgi filiæ. *uterqve religiosè colebatur. Holgi defuncti tumuli unum stratum erat ex argento, vel auro ipsi oblato: alterum ex terra & lapide. Sic cecinit Skulo Thorsteini filius.*

Cum gladium
rorarem ante Svoldam, acqvirendæ pecuniæ,
bellatis congessi Holgi
tumuli tectum, annulis.

Porrò cum integra cadavera sepelirentur, sub humeris præsertim & genubus thesauros hujusmodi deponere curæ fuit, observante Stephanio; [d] qvam observationem Grettis saga confirmat, de Grettero tumulum Kari animosè in-„ trante tractans: einn kistil fann hann undir fotum haug-„ buans, ok var hann fullr af silfri. h. e. *sub pedibus terricolæ arculam invenit argento repletam.* Eò autem id factum, conjecturat Stephanius, *qvò tutior esset thesaurus à malis Harpyiarum manibus.* ac addit: *Omnes plerique Heroum tumuli hoc nomine celebrati sunt, qvod divites essent, ac proinde nulli non sollicitati.* Dolli tumulum intrare voluisse Rognvaldum Orcadum Comitem, qvod illic magna auri & argenti vis occulta ferretur, Jarla saga refert. Collem qvo Balderus conditus, qvosdam *spe reperiundæ pecuniæ* noctu adortos, in libro tertio Saxonis legimus:

d. In Saxon. lib. 3.

mus: qvos tamen spes frustravit, incusso *à Diis loci præsidibus* horrore, qvi *Haugbuar* nominati, tumulorum avaris scrutatoribus sæpius terriculo fuerunt, variis præstigiis suprà recensitis illudentes; ut ita magis in animis superstitiosorum confirmaretur credulitas, pecuniam & opes cum defuncto terræ mandatas, ipsi in Valhalla in usum atqve bonum cedere. Hoc magnificè pollicitus fuerat Valhallæ rector, Odinus, in Chronico Norvagico Snorronis: Odinn setti laug i landi sinu þau er gengit hofdo fyrr med Asum. " Sva setti hann at alla dauda menn skylldi brenna oc bera " a bal med þeim eign þeirra, hann sagdi sva at med þuili- " kom audæfom skylldi hverr koma til Valhallar sem hann " hafdi a bal. h. e. *Odinus regionibus suis leges dedit, qvæ prius apud Asas viguerant. Jussit autem, ut mortui omnes cremarentur, pyræ cum possessionibus suis impositi. Ita enim promisit, ut cum eisdem opibus qvilibet Valhallam introiret, qvæ in rogum ipsius injecta fuerant.* Et hæc palmaria ratio contumulatorū thesaurorum, licet aliam dedisse videatur Vatzdæla, opes piraticâ acqvisitas in tumulū inlatas, ut filii ipsi sibi opes & gloriā qværerent. Ibi enim Ketillus Thrumus filium Thorsteinum domi desidem alloqvitur, & ad fortiter agendum multis excitat, exempla majorum adferens, & inter alia incitamenta: þat var rikra manna " sidr, konunga edr Jarla varra iafningia, at þeir logdu i her- " nad oc ofludu ser fiar oc frama, oc skylldi þat fe eigi til " arfs telia, ne sonr eftir fodur taka; helldr skylldi þat fe i " haug leggia hia sialfum þeim. nu þott synir tæki erfdir " mattu þeir eigi halldaz i sinum kostum þott virdingar felli " til, ne ma þeir legdi sik oc sina menn i hættu oc herskap af- " landi ser fiar oc frægdar. h. e. *Mos erat magnorum vi-* "

rorum, Regum vel Comitum, æqvalium nostrorum, ut piraticæ incumberent, opes ac gloriam sibi acqvirentes; atqve ita acqvisita pecunia non cederet in hæreditatem: neqve succedens patri filius eam in sortem acciperet, sed potiùs tumulo cum defuncto mandaretur. Licet autem filii magnas à parentibus hæreditates relictas haberent, despiciebantur tamen, nullo positi in momento, nisi ipsi cum suis, objicientes semet periculis, opes & prosperam sui memoriam pararent. Hanc rationem amplectitur Arngrimus Jonæ, c. ad locum Vatzdalæ allatum absqve dubio intendens: *Extant veterum illorum orationes hortatoriæ, ad piraticam & alia facinora, terra mariqve obeunda, qvibus nepotum virtus in lucem protraheretur. Indignus enim præclaro parente habitus filius, qui in armis minus posset: utqve posteri cum majorum rerum gestarum gloriâ magis contenderent, vetuerunt bona parentum armis qvæsita, ad filios devolvi, jure hæreditario. qvin ea potiùs, cum defunctis dominis, inhumanda censuerunt: ut sunt aurum, argentum.* Hinc parentes piraticæ assveti, filiis suis eandem artem exercendi, necessitatem qvandam imposuerunt, opibus parandis valdè inservientem; qvarum etiam aeqvirendarum gratiâ susceptam præsertim piraticam, ritè annotavit Olaus Verelius, notis in caput tertium Hervaræ sagæ, ubi Lapidem Tirstedensem ab Olao Wormio in lucem protractum discutit novâ expositione, *non*, ut ipse fatetur, *ut Vormium strigili fricaret, sed ut lapidem egregium à perversa lectione & interpretatione vindicaret, genuinumqve sensum restitueret.* qvâ qvoqve consideratione permoto mihi ad tam nobilis monumenti illustrationem, patiantur utriusqve doctissimi viri manes, meum in qvibusdam dissen-

c. Crymog. lib. 2.



ſenſum; qvi innoxius eſt in tantis tenebris, qvibus Monumenta priſca Lapidea jacent involuta, ut ſemper faciliùs ſit lapſus aliorum detegere, qvàm omni certitudine conſtantem protrahere enucleationem. Lapidem ipſum palpare non licuit, qvod tamen interpreti ſummopere conduceret; nihilominus notas inſcriptas ordine ab Bureo atqve Verelio approbato legens, ſic exprimendas concipio.

ᛆᛋᚱᛆᚦᚱ᛫ ᛆᚢᚴ᛫ ᚼᛁᛚᛏᚢᚢᛦ᛫
ᚱᛁᛋᚦᚢ᛫ ᛋᛏᛆᛁᚿ᛫ ᚦᛆᚿᛋᛁ᛫
ᛆᚠᛏ᛫ ᚠᚱᛆᚦᛆ᛫ ᚠᚱᛆᚿᛏᛁ᛫ ᛋᛁᚿ᛫
ᛋᛁᚿᛁ᛫ ᛆᚿᚴᛆᚿ᛫ ᚢᛆᛋ᛫ ᚦᛆ᛫ ᚠᛆᛁᚿᚴ
ᛁᚿᚿ᛫ ᚼᛆᚿ᛫ ᚢᛆᚱᚦ᛫ ᛏᛆᚢᚦᚢ᛫ ᛆ᛫ ᛋᚢᛆ
ᚦᛁᛆᚢᚦᚢ᛫ ᛆᚢᚴ᛫ ᚢᛆᛋ᛫ ᚠᚢᚱ᛫ ᛋᚢᛁ
ᚠᚱᛁᚴᛁᛋᛁ᛫ ᛆᚦᛁᚦᛆ᛫ ᛆᛚᛁᛦ᛫ ᚢᛁᚴᛁᚴᚿᛆ᛫

ASRAÞR. AUK. HILTVVR. RISÞU. STEIN. ÞENSI. EFT. FROÞA. FRONTI. SIN. SINI. ENGEN. VAS. ÞA. FAINGINN. HAN. VARÞ. TAUÞR. I. SUIÞIAUÞU. AUK. VAS. FUR. SVIRIKISI. OÞIÞO. ELIR. VIKIGNR.

Asradr, nomen proprium viri.

auk id eſt *ok*, *et*. *au* pro *o* ſæpe occurrit, cùm eadem ſit pronunciatio.

Hiltuur. nomen proprium viri, ſeu *Haldurus*.

risþu, *erexerunt*.

ſtein, *lapidem*.

þenſi, *hunc*.

eft, *poſt*.

Froþa, *Frothonem*.

fronti, *cognatum*. rectiùs *fronda*. occurrit ſæpe in Runicis ᛁ pro ᛆ, & ᛏ vel ᛆ pro d. ut & ſupra in voce *Haldur*.

ſin

*fin.fuum.*deest,ut aliàs persæpè,unum *n* in fine.

fin pro *fun, filius*. Qvæ lineola seqvitur], nihil significare crediderim; cùm in priscis lapidibus sæpissimè tales intuitus sim,nullius planè significationis.

engen, nullus. ✱ enim sæpe G. denotat, qvemadmodum Anglo Saxones usitatò *b*. habent, ubi nobis *g*. ponitur. Verelius pro *fun engen* exprimit *fun Jan* h. e. *filium Jani*. cùm inter vetera nomina virorum septentrionalium, *Janum* vix ac ne vix qvidem reperies.

vas,erat. Verelius reponit *var*, simul taxans Vormium qvi *vas* legit, *cum tamen scire potuisset id verbum veteri nostræ linguæ insolens fuisse*. mutato nomine de te fabula narratur. Est enim antiqvissimum & probum *vas*. non in lapidibus solùm; semper insuper in antiqvissimis Aræ Frodæ schedis occurrit.

þa, tunc. ᛆ nonnunqvam *a* durum significat, ut in primâ voce Asraþr.

fainginn pro *fenginn*, usitatâ *ai* pro *e* permutatione, *acqvisitus*, scilicet Frothoni. Ut sensus sit; Cum Frotho nullos reliqvisset filios, cognati ipsius Asradus & Haldorus hunc lapidem ipsi honoris gratiâ erexerunt, cum à proximis consangvineis *Bautasteinar* seu lapides sepulchrales erigendos antea docuerimus. Et credibile est,eosdem Frothonis cognatos, corpus ipsius alibi occisi retulisse ad patriū monumentum,desiderio omnibus ferè communi,ossa in patriâ humo sepulchro condi: vel cenotaphium Frothoni in Svecia cæso, hoc in Lalandia erectum fuisse,gratissimo munere in defunctum. Certè sicut apud Athenienses cenotaphii indicium habitum esse Lignum navale, ex Marcellino in vita Thucydidis

colligit Kirchmannus, [f.] sic Naviculæ ideam Tirstedensis lapis profert, forsitan indicium honorarii tumuli, Frothoni extructi.

han, *ille*. nempe Frotho.

varþ, *factus est*.

taudr, vel potiùs *dauþr*, *mortuus*. Incuria sculptoris vel exscribentis in Inscriptione *taudu* malè substituerat, levi tamen peccato.

i, *in*. ᛅ necessariò hîc vocalem *i* designat, cùm in seqventi voce occurrens, nec per *a* nec per *o* efferri qveat; Sveciam enim constantissimè omnes membranæ *Suiþioþu* appellant. Neqve adhuc in ullo manuscripto antiqvo *Svaþioþu* offendi.

Suiþiauþu, *Svecia*.

auk, *et*.

vas, *fuit*.

fur, pro *fyrr*, cum *u* sæpiùs pro *y* reperiatur, *antea*.

Sviríkis, pro *Sviarikis*, *Sveciæ*. litteræ ᚢ non nisi prima linea exstat, deesse autem ibi aliqvidpiam lapidi, perspicuum est: ad minimum, curvatam lineam ad hujus Runicæ litteræ compositionem reqvisitam. ᛘ ponitur pro ᛅ, *i* longo, bis antehac occurrente. inversas autem non rarò litteras qvivis monunmentorum nostrorum lustrator offendet. Seqvens lineola | supervacua est.

oþiþo pro *þioþo*, *nationi*. Litteras transpositas inscitiâ sculptoris, plurima alia demonstrant exempla, qvæ congeri possent; & sine omni dubitatione evincit ultima hujusce lapidis vox. Non præfractè negaverim, minùs usitatam esse locutionem *Sviríkis þiodo*, h.e. *Sveciæ genti*; & si qvis expositionem veteris lingvæ genio ma-

f. de Fun. Rom. lib. 3. cap. 27.

magis convenientem protulerit, gratiam habebo; attamen, fine jactantiâ dixerim, nostra hæc Verelii conjecturâ præponderare idcirco videtur, qvod substitutæ ab ipso voces, examinantibus lingvæ gnaris non satisfaciant. Primùm *han var fyri fier*, de illis dici, qvi egregii & insignes viri sunt, nunqvam persvaserit, nisi additâ voce *mikill;* illud enim occurrere fatemur: *hann var mikill fyrir fier*. Deinde *Frigi* & *Freyr* confundi, post superiùs à nobis de Freyo annotata, neminem æqvè laturum speramus: & mihi, ut verum fatear, nimis dura adparet allusio, Freyo annonæ & pacis moderatori venerationem cultumqve singularem impendisse Piratas, pacis osores & violatores, ac de annona haud sollicitos, terram colere insuetos. Demum qvâ specie *ido* explicari possit *dediti sunt*, non capio.

elir, pro *iler* transpositis litteris, *malus, odiosus*. deest alterum *l*, uti sæpiùs, cum duplicanda esset littera. *Iller* autem seu *iler* heic pro *illr* occurrit, qvod non insvetum membranas revolventi, *mader* pro *madr*, *kononger* pro *konongr*, *goder* pro *godr*, &c.

Vikignr, manifestâ litterarum transpositione pro *vikingr*, *pirata*.

Integræ idcirco inscriptionis sensus hic redundat: *Afradus & Haldorus erexerunt hunc lapidem cognato suo Frothoni, cum filius ipsi nullus esset. Ille in Svecia obiit, qvi antea*, dum in vivis esset, *Svecorum genti terribilis erat pirata.* Neqve diffitetur Verelius, Frothonem piraticæ principem fuisse: neqve Danum origine fuisse, qvisqvam sani sensus negaverit, cui cognati monumentum in Lalandia extruxerunt, absqve dubio cum Svetiam piraticâ infestaret ibi occi-

ſo. Familiare enim tunc temporis Piratis ex Dania atqve Norvegia oriundis erat, Sveciam, qvæ mari minus poterat, infeſtare, deprædare, ſubigere; ſufficienter docente ſummæ „ fidei hiſtorico Snorrone Sturleſonio: I þann tima herio- „ do konongar miok i Sviavelldi bædi Danir ok Nordmenn „ voro margir Sækonungar þeir er redo liþi miklo ok atto „ engi lond. þott ſa einn med fullu mega heita ſækonungr „ er hann ſvaf alldri undir ſotkom aſi. ok drack alldri at „ arinshorni. Solvi het ſækonungr ſon Haugna or Ni- „ ardey. er þa heriadi i auſtrveg. hann atti ok riki a Jot- „ landi. hann hellt lidi ſino til Sviþiodar. þa var Eyſteinn „ konongr a veizlo i heradi þvi er Lofund heitir. þar kom „ Saulvi a ovart um nott ok tok hus a konongi ok brendi „ hann inni med hird ſina alla. þa ferr Solvi til Sigtuna ok „ beidir ſer kónungsnafns ok vidtoku. enn Sviar ſamna her „ ok vilia veria land ſitt. ok var þar oroſta ſva mikil at þat „ er ſagt at eigi ſleit a ellifu dægrum þar ſek Solvi konongr „ ſigr ok varþ hann konongr yfir Sviavelldi langa hrid. h. e. *Eo tempore Reges Dani & Norvegi Sveciam valdè infeſtarunt, multi enim Maris Reges erant, qvi ingentibus copiis præerant, terris carentes. Ille ſummo jure Regis Maris appellationem mereri videbatur, qvi ſub fuliginoſo ligno nunqvam dormiverat, neqve ad focum unqvam poculis indulſerat. Qvidam Rex Maris Solvo dicebatur, filius Hogni Niardöenſis, qvi tunc in oriente vaſtabat, neqve minus Jutiæ regnum poſſidebat. Is cum copiis ſuis in Sveciam movit. Eyſteinus Rex* (Speciæ) *tunc in territorio Lofundenſi intererat convivio; eò pergens Solvo, noctu Regem cum aulicis ſuis, domibus incluſos, inexſpectatò adortus concremavit. Solvo deinde Sigtunam profectus, Re-*

gium

gium nomen, & regnum poscit, sed Sveci congregato exercitu, terræ suæ defensionem agitabant. Prælium acre commissum, undecim diebus, ut traditur, continuatum, Victoriâ potitus Solvo, Sveciæ regnum longo tempore tenuit. Tales Reges, expeditionum piraticarum principes, *Sækonungar* seu *Reges Maris* dicebantur; qvales etiam idem Snorro nominat Haconem & Hagbardum, Sveciæ qvoqve domitores: Haki ok Hagbardr heto brædr tveir i Noregi ok voro agætir'' miok. þeir voro Siakonongar ok hofdo lid mikit. h.e.'' *Haco & Hagbardus dicebantur bini fratres ex Norvegia oriundi, valdè celebres. Illi Reges maris erant, ingentium copiarum duces.* Sic præfatio in Grottasaung: *Kom þar sa Sækonungr er Mysingr het.* h. e. *Advenit rex maris, nomine Mysingus.* Demùm Helgonem ob classem piraticam latè circumlatam, Regem maris cognominatum, Sveno Aggonis g. insinuat: *Helghi ob eximiam virtutum strenuitatem, pyraticam semper exercuit. Qui cum universorum circumjacentium regnorum fines maritimos classe pyraticâ depopulatus suo subjugasset imperio, Rex maris est cognominatus.* Saxo h. maritimos Reges denominat: *Olo recepta pelagi dominatione, septuaginta maritimos Reges nauticarum virium certamine consumpsit*, ubi Thomas Gheysmer Conventualis Ottoniensis, qvi anno millesimo qvadringentesimo tricesimo primo Gesta Danorum per Saxonem conscripta in Compendium redegit, *marinos reges classico bello interemptos*, substituit. Nonnunqvam dicti sunt *Herkonungar*, h. e. *militares Reges.* ut in Historia Erici Ruffi: *þorsteinn giordist herkonungr*, h.e. *Thorsteinus Rex militaris*, seu archipirata, *factus est.* & in Sinfiotlalokum: Sigurdr var þo allra manna framastr oc ''

g. hist. Dan. cap. 1. h. lib. 7.

„ hann kalla allir menn i fornfræþom um alla menn fram oc „ gofgastann herkonunga. h.e. *Sigurdus omnium virorum præstantissimus fuit, præ aliis in antiqvis monumentis celebratus, ac pro summo Rege militari habitus.* Qvin & simpliciter Reges sunt dicti, attestante Historia Olai Regis „ filii Tryggonis: þat var sidr vikinga ef Konunga synir re- „ du fytir herlidi at þeir voru kalladir konungar þo at þeir „ redi eigi fytir londum. h. e. *Consvetum erat piratis, si Regii liberi militiæ præessent, ipsos Reges nominare, etiam si regnis carerent.* Hinc factum est, Danis assidua infestatione Angliam, Hiberniam, Galliasqve ad internecionem ferè vastantibus, qvod tot Regum nomina occurrant, cùm ex Reg bus Danicis descendentes, eas ducerent copias; qvos qvi pro lubitu in legitimam Monarcharum Daniæ seriem induxerunt, discrepantiæ & apparentis in eâ confusionis rei arguendi. Deniqve communissimè Piratæ à veteribus nominati sunt *Vikingar.* qvos *dictos sic volunt a vik, quod Danis sinum maris notat, in iis enim delitescebant à tempestatum injuriis tuti, vel hostibus insidias structuri*: ut Vormius ad monumentum Tirstedense observavit. Sic de Jomsburgensibus, seu Julini incolis, memorat Jomsvikinga „ saga capite decimo qvarto: þeir sitia nu i Jomsborg med „ godum fridi oc hallda vel log sin. þeir fara nu hvert „ sumar oc heria vida um lond oc afla ser mikils agætis oc „ þikia þeir vera hinir mestu hermenn oc ongvir voru þeir- „ ra iafningiar þann tima oc giorduzt þeir hardla frægir oc „ voru kalladir Jomsvikingar. h. e. *Illi nunc pace partâ Jomsburgum incolunt, leges suas strictè observantes. Qvâ vis æstate expeditiones suscipiebant, varias terras infestantes; & summâ gloriâ florentes, pro fortissimis habiti sunt*

sunt bellatoribus; cum nulli alii ætatis ejus, ipsis celebritate æqvales essent. Dicti autem sunt, Piratæ Jomsburgenses. Cum autem Dani piraticâ Angliam præsertim affligerent,& tunc temporis lingva utriqve genti qvasi communis esset, observat Camdenus, Danos *rerum Anglicarum Latinis historicis Wiccingos dictos, qvòd piraticam exercuerint: Wiccinga enim Saxonica lingva, teste Alfrico, Piratam denotat.* Henrico Huntindoniensi[b.] nunc Wincingos,mox Wiecingos appellatos animadverto: *Misit autem Rex Alfred navalem exercitum ad Cent in Eastanglia, qvi cum venisset Sturemutham, obviantes sedecim puppibus Wiccingorum, vicerunt eos bello: sed redeuntes cum spoliis & victoria, obviaverunt magno exercitui Wiccingorum,& cum eis pugnantes victi sunt.* ex qvo non satis manifestè liqvet,totam gentem Danorum ita Anglis appellatam; sed illos modò,qvi piraticæ incumbentes, terræ ipsorum admodum erant infesti,potiùs crediderim. Optimè enim observavit Adamus Bremensis in descriptione regionum aqvilonis,piratas,dictos Danis Wichingos, Regi Danico tributum obtulisse, pro licentia prædandi: *Ipsi enim piratæ, qvos illi Wichingos appellant, nostri Ascomannos, Regi Danico tributum solvunt, ut liceat eis prædam exercere à Barbaris, qvi circa hoc mare plurimi abundant. Unde etiam contingit, ut licentiâ, qvam in hostes acceperunt, sæpe abutantur in suos.* Impressæ editiones corruptè *Withingos* exprimunt, sed ope optimi Manuscripti *Wichingos* restitui. Saxonibus *Ascomannos* dictos, prodeuntes è Dania piratas, innuit Adamus, qvi irruptiones ipsorum in Saxoniam, libro secundo Gestorum Pontificum Bremensis Ecclesiæ descripserat. De etymologia ejus vocis varii

variè

b. lib. 5.

variè commentati; credibile maximè ab navibus Ascomannos dictos. nam non modò in Lege Salica navem appellari *ascum*, observatum est: sed & Septentrioni, liqvet ex Hervarar sagæ capite qvinto:

„ Mikill var mier otti
„ einu sinni
„ er þeir geingu
„ utan af auskuin
„ tyrar lauser
„ ero tolf saman.

h. e.

Valde timui
illa vice,
cum progrederentur illi
ex navibus,
sine lorica,
numero duodecim.

Et inter appellationes navis Eddicas *askr* usurpatur:

Nu mun ec skyra of skipa heiti
Aurk Araklo Askr Sessrumnir.

Dicti igitur Ascomanni, viri navibus piraticis regna, sedes, gloriam, & lucrum qværentes. Eæ enim præcipuæ causæ longè latèqve exercitæ à Danis piraticæ. Regna ambiebant Regum filii, qvos primogeniti hæreditarium jus, a patriæ possessione excludebat. Sedes cupiverunt lege ex patriâ migrare jussi. nam scribente Matthæo Westmonasteriensi, qvi Daniam facit insulam, *Reges Daniæ antiqvitus sancita lege statuerunt, ut dum nimis insula esset hominibus repleta, viri audaciores de propriis migrare sedibus cogerentur, ut sibi suisqve successoribus adqvirerent hæredita-*

tes,

tes & mansiones æternas. Cujus ritus Dudo S. Qvintini Decanus, aliiqve Francorum historiæ Scriptores abundè meminerunt. Hos piratas, qvibus nulla spes nisi in armis, nullæ divitiæ nisi naves, Osbernus in vita S. Elphegi [l] vocat *pessimum genus prædonum, propterea qvod illos & egestas audaces, & error investigabiles, & desperatio faceret invincibiles.* Gloriæ stimulis nonnulli agebantur; *neqve enim dubium est*, ut loqvitur Andreas Vellejus notis in Adami Bremensis caput libri secundi vicesimum qvartum, *ipsos hujus plagæ Septentrionalis incolas, bellis continuis assvetos & qvasi innutritos, qvum domi pace multò maximè crescerent, nec qvo Marte clarerent, haberent, foris gloriæ & nominis illustrandi materiam, bello atqve armis qvæsivisse.* Deniqve, si vera potiùs qvàm dictu speciosa dicenda sunt, lucro opibusqve comparandis plurimi inhiabant, honesto tunc habito acqvirendi modo, piraticis exercitiis. Inde in Niala, Vatzdæla, & ubivis occurrit, piraticam susceptam *at afla fer fiar.* h. e. *ad comparandum sibi opes;* ut non abs re piratas *hominum genus insatiabile lucri* appellaverit Gvaldo metricæ S. Anscharii vitæ scriptor. Hinc de Danis piraticæ extra patriam incumbentibus Dudo Decanus S. Qvintini libro primo de actis Normannorum: *Exulant à patribus, ut arietent viriliter cum Regibus. Dimittuntur à suis, inopes, ut mercentur ex extraneis dapes. Privantur suorum fundis, ut locentur quietè alienis. Pelluntur extorres, ut fœnerentur præliantes. Truduntur à suis, ut participent cum alienigenis. Segregantur sua natione, ut gratulentur exterorum possessione.* Neqve tamen exteris solùm regionibus, patriæ qvoqve piratæ graves erant, sicut Sveno Tiuguskegg juvenis adhuc, ut

 patri

l. cap. 4. n. 18.

patri ægrè faceret, patriam rapinis valdè infestavit: neqve minùs civibus insidiosi erant Sigvaldus & Thorchillus Strut-haraldi filii, uti memorat Jomsvikinga saga. Et qvi Rollonem, famosum Normanniæ domitorem, Norvegum ortu contendit Snorro Sturlæsonius, non immunem penitùs eum „facit talis rapinæ: A eino sumri er hann kom or vikinngo „austan i vikina, hio hann þar strand haugg. h. e. *Und æstate ex orientali piratica in Vigiam* provinciam Norvegiæ Rollo *reversus, mactationem maritimam fecit*, seu pecudum qvantum sustentationi suorum suffecit prædatus est; qvam rapinam fermè licitam fuisse, qvis ex Historia „Olai Tryggonis filii concluderet: Enn er hann kom i „Danmork þa gengu þeir af skipum sinum oc a land upp „oc toku strand hogg sem sidr er til oc toku mikit fe. h. e. *Cumqve ad Daniæ oram venisset, navibus egressi, terram escendunt, & juxta morem, pecora sustentationi necessaria abducunt.* Haraldus tamen Pulchricomus, strenuissimus Norvegiæ Monarcha, eam Rollonis lasciviam non passus „est: Haralldr konungr var i vikinni varþ hann miog reidr „er hann spurdi þetta. þuiat hann hafdi mikit banna lagt „at ræna innan landz. konungr lysti þui a þingi at hann „giordi Hrolf utlaga of allan Noreg. h. e. *Haraldus Rex in Vigia constitutus, hoc audito valdè iratus factus est; severè enim prohibuerat, ne qvis intra regni fines spoliaret. Itaqve Rex in publico conventu Rolloni aquâ & igni interdixit.* Etenim Haraldus ille, acerrimus publicæ pacis assertor, Piratas patriæ qvietem turbantes, qvanto zelo persecutus sit, & finibus suis expulerit, Snorro ita proseqvitur: „Margir rikismenn af Noregi flydo fyrir Haralldi konongi „ok foro i vestrviking ok voro i Orkneyiom ok Sudreyiom a ve-

a vetrum. enn a sumrum heriodo þeir i Noreg ok giordo " þar mikinn landz skada. et mox: Haralldr konongr spur-" di at vida um mitt landit heriodo vikinngar þeir er a " vettrom voro fyrir vestan haf. hann hafdi þa leid-" angr uti hvert sumar ok kannadi eyiar ok utsker. Enn " hvar sem vikinngar urdo varir vid Haralld konong flydo " allir. ok flestir a haf ut. Enn er konongi leiddiz þetta " for hann eitt sumar med her sinn vestr um haf. kom hann " fyrst vid Hialltland ok drap þar alla vikinnga þa er eigi " flydo undan. Sidan sigli hann sudr til Orkneyia ok hrein-" sadi þar allt af Vikinngom. Eftir þat ferr hann allt i " Sudreyiar ok heriar þar. ok drap marga vikinnga þa er " fyrir lidi redo adr. h. e. *Multi potentes viri ob vim* " *Haraldi Regis fugerunt versus occidentem, ibiqve piraticam egerant, hyemes in Orchadibus vel Hebudibus transigentes, per æstates vero Norvegiam rapinis infestantes, ingentiqve clade eam afficientes. Audivit Rex Haraldus, terram passim à piratis infestari, qvi hyemes trans mare in occidentalibus transegerant, ideoqve qvavis æstate classe instructâ, insulas etiam remotas qvæ ad Norvegiæ latus erant, exploravit. Piratæ vero ubi Regem Haraldum adventare iis innotuit, è vestigio fugam arripuerunt, in oceanum pleriqve tendentes. Haraldus itaqve rex talem inqvietudinem exosus, æstate qvadam in occidentem navigavit: primo ad Hetlandiam appulit, ibiqve omnes piratas, qvos fuga exitio non eripuit, neci dedit. Deinde in Austrum ad Orcades navigans, eas insulas piratis purgavit. Posthac Hebudas usqve tetendit, ibiqve multis præliis piratas, qvi antea copiis abundaverant, confecit.* Neqve tamen adeò pessundati sunt, qvin inseqventium Re-

 gum

gum tempore, ob inteſtina diſſidia & viciſſitudines rerum, graviores exorti, non niſi exqviſitâ Olai Regis Haraldi filii ſeveritate extirpari potuerint; qvi maritimos prædones patriæ incumbentes acerrimè punivit, nullo pro ipſis gratiæ loco relicto, & diſcrimine inter inopem atqve potentem ab inexorabili malèfacientibus Rege, ſublato, uti in Hiſtoria „ejus legere eſt: þat hafdi verit mikill ſidr i Noregi at „lendra manna ſynir eþr rikir bændr foru a herſkipum ok „aufludu ſer ſva fiar at þeir heriudu bædi utan landz ok in- „nan landz. Enn ſidan er Olafr tok konungdom þa fri- „dadi hann land ſitt ſva at hann tok af raan aull þar i landi, „ok lagdi ſva rikt vid at hann let aungu audru fyrir koma „enn þeir (leti) lif eda limar. hvarki tiodi bæn manna ne „forbod þar fyrir. h. e. *Invaluerat mos in Norvegia, ut Præfectorum filii, & potentiores coloni, navibus bellicis vecti, opes ſibi acqvirerent; extra & intra patriam ſpoliando. Olaus autem adeptus Regiam dignitatem, regno ſuo pacem tutam inducere volens, vetuit omnem ibi rapinam; eâ ſeveritate, qvod delinqventes vitæ vel membrorum amiſſione ſine exceptione punirentur; nihil precibus vel factioni condonans.* Connivebat tamen piratis, qvi prædâ de exteris actâ, refugium in regno ſuo petebant. Sed mitiùs tunc exercebatur à Septentrionalibus, Chriſtianâ fide imbutis, qvi ejus conſortes religionis intactos dimittebant, ethnicis ditari ſpoliis gaudentes; qvod in Erico Bono, adhuc non niſi Sælandiæ Comite, deprædicat Knytlinga „ſaga: hann var i hernadi um auſtrveg, oc heriadi a hei- „dingia. en let alla kriſtna menn i fridi fara, þann veg ſem „ollum likadi bezt, oc ſua kaupmenn. h. e. *per orientem exercuit piraticam, ethnicos impugnans; Chriſtianos verò om-*

omnes, necnon & mercatores, qvoqvò vellent, liberos ire ſivit. Tandem *Chriſtianis temporibus, omnis ea deprædatio piratica abolita eſt*, ut Krantzius [k.] vult; qvi neſcio an reſpexerit ad Canutum Regem Othoniæ martyrio ſublatum, qvi eam ſubditis ſuis ſeverè interdixit, Knytlinga ſagâ atteſtante: Knutr konungr ſpurdi þetta at Egill hafdi enn " verid i hernadi um ſumarid. oc likadi honum þat illa. þuiat " hann bannadi monnum ran oc oſpekt i riki ſinu. h. e. *Re-* " *latum eſt ad Regem Canutum, Egillum etiam hâc æſtate piraticam exercuiſſe; qvod ipſi valdè diſplicuit; qvia omnes per regnum ſuum rapinas & violentias prohibuerat.* Itaqve advocatum Egillum graviter increpuit, fatenti actas rapinas, inqviens: þa tekr þu illt rad up. er þu giorir þik " at vikingi. er þad heidinna manna hattr. vil ek þat banna " þer. h. e. *peſſimam rem inchoaſti, qvi te piraticæ addixiſti; ethnicus ille mos eſt, qvem tibi interdico.* Vel Valdemari Primi ſollicitudinem intellexerit, qvi referente Svenone Aggonis, [l.] *tantâ virtutis gratiâ totius regni ſui terminos pacificavit, ut Sclavorum feritatem, qvi prius, inteſtinâ illâ ſeditione flagrante, univerſos fines maritimos, necnon & inſulas depopulati fuerant, tutâ undiqve navigatione redditâ, ſuæ ditioni, ſibi eos conſtituens tributarios ſubjecit.* Cui conſonat Saxo, [m.] ſimul indicans ab Danis ad Sclavos piraticæ ſtudium manaſſe: *Eo tempore piraticæ uſus noſtris creber, Sclavis perrarus extitit: qvi ob hoc latius ad eos manare cœpit, qvod Julini oppidi piratæ, patriæ ſtudiis adverſum patriam uſi, eò maxime Danis, qvod ab ipſorum ingeniis traxerant, nocuerunt. Qvem incurſationis morem noſtris annis Waldemari Regis, maximiqve pontificis Abſalonis, propenſæ pro civibus excubiæ domuerunt.*

k. Dan. lib. I. cap. 39. l. cap. 8. m. lib. 10.

runt. Qvorum strenuo interventu tranqvillus terris cultus geritur, tuta aqvis navigatio celebratur. Itaqve ad propulsandas incursiones Sclavorum, piæ tunc & necessariæ visæ sunt Danis expeditiones maritimæ; & suscepta est piratica certis legibus, defensionem patriæ magis, qvàm aliorum impetitionem spirantibus, qvas ex Saxone [n] audire, operæ erit: *Eo tempore propter incursus, qui à maritimis crebri prædonibus edebantur, apud Roskildiam, Wethemanno autore, piratica cœpit: cujus hæc disciplina, hi mores fuere. Navigia piratæ magis idonea sibi visa, absqve possessoris permissu assumendi potestatem habebant, octavâ acqvisitorum parte naulum daturi. Navigationem orsuri, apud sacerdotes præteritæ vitæ piacula deplorabant, eorumqve religiosa animadversione puniti, perinde ac statim decessuri, divina altaris libamenta sumebant, cuncta prosperiùs cessura rati, si ritè Deum ante bella placassent. Parvo viatico sumpto, onera & impedimenta vitabant, armatura ac cibo simpliciter contenti, nihilqve quod navigationem moraretur, amplexi. Multæ illis vigiliæ, multaqve parsimonia erat. Remorum manubriis confidendo innixi, somnum carpebant. Crebrum eis cum hoste certamen, sed ubiqve facilis ac penè incruenta victoria fuit. Prædam ex æqvo partiebantur, nec major gubernatoris portio, qvàm privati remigis erat. Christianos, qvos expugnatâ classe captivos repererant, amictu donatos ad propria dimittebant.* Neqve minor nonnullis in ipso ethnicismo fuerat moderatio, qvi piraticam ex professo exercentes, honestis tamen legibus se suosqve astrinxerunt, virtuti, fortitudini & humanitati, qvàm crudeli innocentium oppressioni potiùs dediti. Ejus notæ fuit Halfus Rex maris famo-

n. lib. 14.

mosus, cujus constitutiones in Halfsrecka sogu comprehensæ, è tenebris erui merentur: Margt var giort til varudar " i þeirra logum. fyrir kapps sakir. þat var eitt at engi skylldi hafa lengra sverd en alnar ivo skylldi nær ganga þeir " letu giora sax til þess at þa skylldu hoggin stærri. Engi " þeirra hafdi minna afl enn tolf medalmenn. Alldri " hertoku þeir konur eda baurn. Engi skylldi sar binda " fyrr en at iafn lengd. annars dags. Vid engum var þeim " tekit er minni var at afli edr hreysti enn nu var sagt. þeir " beriudu vida um lond oc hofdu iafnan sigr. þat var sidr " þeirra at liggia iafnan fyrir annesium. þat var annar sidr " at tiallda alldri a skipi ok alldri half segl fyrir ofvidri. " þeir voru kalladir Halfreckar ok hafdi hann alldri fleiri a " skipi enn sextigi. h. e. *Multa legibus eorum, ostentandæ " virtuti inserta erant. Nemini gladium ulnæ longitudinem excedentem portare licuit, ut necessitas ipsis esset cominùs pugnandi. Saxas sibi comparaverunt, ut ictus graviores inferrent. Unusqvisque illorum duodecim vulgaribus viris robore æqvipolleret. Fœminas aut impuberes nunqvam in captivitatem abduxerunt. Nemini vulnera ligare licitum erat priusqvam post viginti horarum spatium. Nemo in eorum consortium admittebatur, qui memorato robore vel virtute destituebatur. Hi terras passim præliando infestarunt, ubiqve victores. Ad promontoriorum extremitates, anchoras jacere solebant: navesqve tentoriis nunqvam muniverunt, nec vela, etiamsi ventus maxime impetuosus flaret, unqvam demittebant. Dicti sunt Halfsrecki.* (Halfi Comites.) *Halfus nunqvam ultra sexaginta viros in navi suâ secum habuit.* Neqve minùs honestæ erant piraticæ Hialmari leges, in Orvar Oddz sogu

recen-

recensitæ, qvarum summa fuit, ne mercatores vel agricolæ spoliarentur: ne fœminis pecunias auferrent, nec ad naves deducerent invitas: ne crudam carnem comederent. Eam enim deglutire, atqve sangvinem bibere, belluinæ feritatis indicium, in qvibusdam truculentioribus Piratis annotaverunt; sicut de Grimaro, ejusq; sociis Gothrici et Rolfi saga: *þeir eta aller hratt oc dreka blod.* h. e. *omnes crudis carnibus vescuntur, & sangvinem potant.* Et de Helgone Hundingsbana, Oda Eddæ Sæmundi, dicta Helgaqvi-
„ þa Hundingsbana secunda: Hann la med her sinn i bru-
„ navagom oc hafdi þar strandhaugg oc ato þar ratt. h. e. *Ille cum copiis suis in sinu Brunavagensi latuit, pecudesqve prædabatur, ac crudam carnem comedit.* Hæc nota feritatis erat: illa immanis crudelitatis, tenellos infantes in altum projectos hastæ mucrone excipere, nefando lusu. qvod exercuisse Danos, Turchillo duce, in Cantuaritas, memorat Osbernus: o. *Super omnia in minorem ætatem crudelitas desævit, dum parvuli à matrum uberibus avulsi, aut lanceis (in altum projecti*, ut addit Matthæus Westmonasteriensis) *exciperentur, aut superacto plaustro minutatim contererentur.* & generaliter de eisdem Henricus Huntindoniensis prologo libri qvinti: *Daci borealibus plagis appulsi, jam domos vestras combusserunt, jam res vestras asportarunt, jam pueros sursum jactatos lancearum acumine susceperunt.* & libro sexto: *Daci victores qvosqvos invenerunt, in eodem loco neci dederunt: puerosqve jactantes super acumina lancearum recipiebant.* Neqve eandem crudelitatem a Scotis in Angliam irrumpentibus exercitam annotare, vel prædictus Huntindoniensis libro octavo, vel Rogerus de Hoveden omiserunt; qvorum hic

o. vit. S. Elph. num. 24.

hic parte priori in vita Willielmi senioris scribit: *miseria erat etiam videre, quæ Scoti in Anglos faciebant. senes & vetulæ alii gladiis obtruncantur, alii ut porci ad esum destinati lanceis confodiuntur, rapti ab uberibus matrum parvuli, in altum aëra projiciuntur, unde recidentes, lancearum acuminibus excipiuntur, hastilibus confertim solo infixis. hac crudelitate pro ludorum spectaculo delectabantur bestiis crudeliores Scoti: sic innocens ætas cœlum ascensura, inter cœlum pendens & terram, emittit animas.* Qvam inhumanam sævitiem exosus Olverus, celebris pirata, gloriosum Conservatoris Infantum meruit agnomen, attestante Landnamâ: Olver Barnakall het madr agiætr " i Noregi hann var vikingr mikill. hann let ecki henda " born a spiots oddum sem þa var vikingum titt. þui var hañ " Barnakall kalladr. h. e. *Olverus Barnakall, celebris incola Norvegiæ, validus fuit Pirata; ille infantes ab unius hastæ mucrone in aliam projici, passus non est, quod piratis tunc familiare erat: ideoqve Barnakall* (infantum præsidium, vel multos habens infantes) *cognominatus est.* Et observatu dignum est, qvod honestè piraticam exercentes, atqve inhumanitates memoratas horrentes, illarum usurpatores, summâ industriâ & omnibus viribus investigatos debellaverint, qvemadmodum de Iokullo & Huitserko refert Buasaga: Sorúst þeir i fostbrædralag oc logdu i hernad. leitodu ser fiar oc frægdar. drapu berserke oc illþydis " folk enn kaupmonnum gafu þeir grid. h. e. *Societatem sub juramento inierunt, piraticam exercentes, quâ pecuniam sibi honorificè quæsiverunt. Nam Berserkos* (sic crudeliores etiam vocabantur piratæ) *& maleficos deleverunt: negotiatores verò incolumes dimiserunt.* & de Ingemundo atq;

„ Grimo Vatzdæla: Sidann foru þeir i hernad annad fumar „ oc fengu miklar fiarrekiur af reyfurum oc ranfmonnum „ þeim fem logduft a fe bænda edr kaupmanna. h. e. *alterâ æftate piraticam fufceperunt, deque prædonibus, qvi agricolas & mercatores fpoliaverant, magnas pecunias egerunt.* Sic unus Pirata alterius fpoliis dirabatur, cùm ea omnium præcipua effet intentio, pecuniam qvàm maximam comparare; cujus defiderium, Hadingum nimiam maritimarum rerum abftinentiam caufari fecit, apud Saxonem p. talibus feipfum culpare defidiæ modis aggreffum:

Qvid moror in latebris opacis,
Collibus implicitus fcrupofis,
Nec mare more fequor priori?
Nam freta remigiis probare,
Officii potioris effet,
Mercibus ac fpoliis ovare,
Æra aliena fequi locello,
Æqvoreis inhiare lucris.

Neqve enim infructuofa erat piratica, fed illi addicti, pecuniam inde magnam faciebant; unde fcribit Adamus Bremenfis in defcriptiore regionum aqvilonis: *Aurum ibi* (in Sælandia, infula maris Baltici) *plurimum, qvod raptu congeritur piratico.* Et qvi ex oriente fpoliis onuftus, poft multorum annorum expeditionem, in Norvegiam rediit Haraldus Hardraade, tantam auri vim fecum retulit, qvantam antea in his oris vix confpectam fuiffe, Sturlæfonius in- „ dicat: þotti ollum er fa mikil furda er i Nordrlondum „ skylldi vera fva mikit gull faman komit i einn ftad. var „ þetta reyndar Grickia konungs fe. h. e. *Omnes qvi hæc videbant, admirati funt in Septentrionalibus terris tantum auri colle-*

p. lib. 1.

collectum esse. Hæc autem pecunia reverà Regis Græciæ fuerat. partitus est autem Haraldus eum auri acervum cum Magno Olai filio, Regni Norvegiæ dimidiâ parte receptâ. Nihilominus ingentem summam fuisse, qvam retinuit, patet ex pondere auri, qvod in Anglia simul cum vita perdidit, annotante veteri Adami Bremensis Scholiaste: q. *Insuper massa auri, qvam Haraldus Græcia adduxit, ad Bastardum* (Vilhelmum Normanniæ Ducem intelligit, qvi Haraldum Godvini filium, à qvo Haraldus Rex Norvegiæ cæsus fuerat, mox delevit, atqve Angliam subegit) *tali fortuna pervenit. Erat autem pondus auri, qvod vix bisseni juvenes cervice levarent.* Talem autem pecuniam piraticâ acqvisitam cùm paganismo durante defunctis in sepulchris adponerent, inde factum est, ut nonunqvam effossis tumulis, pecunia in aliis oris cusa, huc sine dubio per piratas advecta, reperta sit. Argentea numismata prope Lethram effossa exhibet Museum Wormianum libri qvarti capite sexto; uni eorum inscriptum ab alterâ parte: HLUDOWICUS IMP. ab aversa: RELIGIO XRISTIANA, qvæ verba Templum ambiunt. Hoc ad Ludovicum qvartum Regem Franciæ refert Guilielmus du Choul in discursu Gallico de Religione veterum Romanorum, ubi paginâ centesimâ trisecimâ tertiâ, ejusdem iconem exhibet. Ethelredi Regis Angliæ denariorum argenteorum, qvos Danis victoribus plenâ manu coactus erat erogare, unum in Sælandia repertum, Monumentorū Danicorum libri primi capite septimo Wormius exhibet. Extranei qvoqve Principis imaginem repræsentare videtur nummus aureus delineatus ab parente meo beatæ memoriæ, Actorum Medicorum volumine tertio, observatione vicesima nona, cujus typum habuit

Mmm 2

q. lib. 4. cap. 14.

buit ab Generosissimo Jano Rosencrantzio, cujus benivolentiam, & efficacem in promovendis meis ad illustrationem antiqvitatum Danicarum studiis fervorem, publicè prædicare nunqvam cessabo. Literas caput ambientes interpretari, non est meum: qvoad imaginem autem, parum absimilem argenteum nummum possideo, repertum in cranio humano propè Nestvediam minorem. Non omisit Pater meus ibidem annotare, in Gotlandia insula, cum efloderetur à nostris terra pro munitionibus, repertos nummos qvosdam argenteos, literis Arabicis & Armenicis insignitos: Et in Cimbria erutos nummos plusculos cum Philippi inscriptione, & in adverso latere Turonus Civis; qvos ad Philippum Augustum refert. Certè Paulus Petavius in veterum nummorum gnorismate, argenteum exhibet nummum, ubi ab uno latere: PHILIPPUS: REX: FRANC: ab altero: TURONES ARG. Et in Francia Metallica Jacobi Bizi, elegans occurrit Philippi Augusti numisma, hac insignitum inscriptione: ANDEGAVIS. TURONIB. ET. PICT. AD. DEDITION. COMPUL. SECUR. PP. Sed majoris molis est, definire, domi facti an aliunde allati sint orbes aurei, seu nummi grandiores plani & rotundi, hominis atqve animalis speciem exhibentes, non infreqventer in Dania reperti. Trium in Scania erutorum descriptionem non vulgarem dedit Johannes Schefferus; qvi omni scripturâ cùm penitus destituerentur, post doctam de ipsis disqvisitionem, concludit, rectiùs fortasse suspicandum esse, *orbes hosce factos extra regiones hasce alibi locorum.* Nos qvinqve hujusmodi Numismata, cuncta ex purissimo auro, contemplati sumus, qvoad figuram, formam, circulum additum, alterum modò latus signatum, aliasqve proprietates,

Sca-

I



IV



II



V



III



Scanicis ferè per omnia similes. Tres minores adservat Serenissimi Regis nostri Museum Antiqvarium, qvorum unus in lacu Esserom, inter venandum, à Sacratissima Regia Majestate inventus est, ut indicatur Actorum Medicorum volumine secundo, observatione tricesimâ sextâ: secundum & tertium in Sælandia qvoqve alicubi repertos audivi. Qvartus & qvintus ex Fionia, è terrâ eruti, huc allati sunt; qvorum qvartus est in possessione Nobilissimi Wilhelmi Mulenii curioso monumentorū thesauro abundantis, qvæ amicis suis communicare, summæ vir humanitatis nunqvam refragatur. qvintum in proprio, paupere licet penu, eminere gaudeo. Tres qvidem, exhibent litteras, ni fallor, Runicas, qvarum sensum asseqvi neqvivi, nec qvisqvam adhucdum expiscari potuit, licet versatissimos in prisca litteraturâ amicorum, de earum enucleatione consuluerim. Unius, qvi in Regio cimeliarchio servatur, delineationem Actis Medicis in volumine secundo subjunxit Parens meus, cujus notas explicare aggressus Islandus qvidam, absurdissimâ conjecturâ, opinionem doctorum virorum de industria ejus gentis in antiqvitatibus borealibus illustrandis non sine causâ conceptam, elevavit potius qvàm promovit; dum audaci scripto consulentibus imponere ausus est, cùm ignorantiam sine rubore in tantâ cæcitate fateri, magis sit ingenuum. Eqvitem cataphractum omnes exprimunt, *sed non facile divinaveris*, ut paternis utar verbis, *qvalem aut cujus nominis.* Scheffero innui videtur Rex sive Princeps munificus erga suos, atqve liberalis: qvin & ipsi *forma operis nescio qvomodo ex Anglia vel Scotia vicina petita videtur, sive artifex illius inde fuit accitus, sive ibi jussa confici.* Non negaverim, multa qvondam Septentrionales inter, atqve Ang-

Anglos Danorum armis tunc continuò lacessitos, commercia intercessisse, ideoqve statuere Stiernhöökium, de jure Sveonum & Gothorum vetusto, r. qvod *nos Germani & Angli pecuniam accipere docuerint*. & nummulos tres, sed æreos, Ælfredi Regis Anglorum vitæ ab Spelmanno conscriptæ, præmiserunt Collegii Universitatis Oxoniensis alumni, omnes eqvite conspicuos, *è literarum*, ut ajunt, *cum Runicis similitudine, Danorum vel nostratium fuisse non sine probabilitate conjectati*. Sed etiamsi sub primis Danorum Regibus nullus aut exiguus nummorum usus fuerit, cùm merces mercibus commutarentur, ideoqve nummos non cuderint nisi minutulos & usuales, ex ære, ad res minoris pretii comparandas, de aurea & argentea moneta non multum solliciti, ut scribit in præfatione ad rem Monetariam Danorum Johannes Mulenius; attamen ante nummorum notitiam, auro & argento abundasse Septentrionem, *qvæ sive piraticâ arte olim in pretio habitâ, sive bellis exterorum, qvibus semper implicabantur, sive peregrinationibus, sive vicinorum commerciis acqvisita* sunt, verissimè colligit venerandus Parens in Vindiciis pro Medicina Danorum, stupendam auri copiam Regibus Danorum semper superabundasse demonstrans: & poculorum, annulorum, armillarum, torqvium, aliarumqve rerum ex auro atqve argento confectarum, plurimam in omnibus historiis mentionem fieri, eaqve omnia, vel plurima intra patriam fabricata indicio esse, qvod auri opifices Dania aluerit, ex qvibus unus sororem Ingelli Regis, apud Saxonem fertur amasse, & in Canuti Magni Legibus Castrensibus à Svenone Aggonis collectis, aurifabrorum operâ in massam ornatus militum

r. lib. 1. cap. 11.

tum aureus conflatus dicitur. His adde notabilem ex Voluspa locum:

„ Afla logdo, aud fmidaþo,
„ Tanger skopo, oc tol giordo.

h. e.

Fornaces ſtruxerunt, pecuniam fabricaverunt, forcipes creaverunt, & inſtrumenta fecerunt.

Qvin & Oſtmanni, ſive Dani & Norvegi, qvorum mercatores aurum in Hiberniam advectabant, Giraldo Cambrenſi docente; etiam in Hiberniâ argenteos nummos cudêrunt, ut monſtrat Antiqvitatum Hibernicarum capite viceſimo qvinto eruditus Waræus, ſubjiciens figuram argentei numiſmatis, qvod Anlafi Regis Dubliníenſis nomen, ANLAF CVNVNC exprimit. Ex his indubitanter concluſerim, forſan vetuſtiſſimo tempore auream in Septentrione monetam cuſam, cimelia ſine omni dubio elaborata; atqve adeo delineatos orbes ſeu nummos aureos, heic factos, non abhorrere à vero. Eos autem uſualis olim monetæ fuiſſe, multa credere prohibent. Amuleti loco ſerviiſſe, exinde ſubdubitat Schefferus, qvod in amuletis peculiariter obſervatum, ut exprimerentur ſigna qvædam zodiaci; in hiſce autem omnibus cernatur effigies taurina: & qvòd in uno orbium ſerpentes conſpiciantur, qvemadmodum imagines in taliſmis & abraxis ferè deſinunt in ſerpentes. Inſuper obſervat Thomas Bartholinus, pater meus, anſulam additam, ut amuleti inſtar collo appendi poſſet; ſicut numiſmati, pro amuleto inſerviturо, foramen infuiſſe ad trajiciendum funiculum, qvo ad collum geſtaretur, annotat Joannes Macarius in Abtaxa Ariſtopiſto, ubi *veteres geſtaſſe appenſa numiſmata, non ſolùm adverſus mala, ſed etiam ad bona pro-*

procuranda, ex Chryſoſtomi homilia viceſima qvinta ad populum Antiochenum colligit. Igitur ſuſpicioni Parentis cariſſimi, amuleta fuiſſe, donec certiora edoctus fuero, libens ſubſcribo, objectiones Schefferi facilè remoturus. Qvod enim ſcribit, omnium maximè repugnare faciem humanam, *nullum* autem *unqvam amuletum, nullum talisma viſum eſſe aut lectum, cum eiconica imagine aut figura*: at unde certi ſumus, non eſſe figuram deaſtri alicujus? cum in amuletis, aut monſtroſi alicujus animalis, aut Dei, aut alterius rei ſculpturam inveniri, non innuat modò Macarius, ſed & oculis injiciant abraxæ ab Jacobo Werdio delineatæ, & Joannis Chifflerii commentario illuſtratæ; qvarum ſecunda ordine in tabula prima eqvitem, ſed coronatum & alatum repræſentat. Alterum Schefferi argumentum: *qvod plerumqve in illis* (amuletis) *occurrant ſive litteræ aliqvæ, Græcæ Barbaræve, ſive notæ aliæ aut characteres: in noſtris vero nullum rerum earum, ac ne minimum qvidem veſtigium reperiatur.* at aliter judicaſſet, ſi à nobis eruta inſpexiſſet, ubi litteræ occurrunt, qvales in amuletis & abraxis, *qvæ in dictionem & vocem unam coaleſcere neqveunt*, ut loqvitur Macarius. & in qvibus inſcriptionibus *magica plerumqve ineſt obſcuritas, atqve affectata barbaries, nec alibi divinationum aut conjecturarum impunitas major*, ut doctè diſſerit in Abraxa Proteo Chiffletius, innuens vocari hæc Hieronymo *tormenta qvædam verborum*: Apuleio *literas ignorabiles, apices tortuoſos*: Luciano & Porphyrio *barbarica qvædam, & nihil ſignificantia nomina*, ſeu *magorum incantationes*. Ideoqve Patri meo, Numiſmata noſtra literis Runicis notata, judicantur *verbis & characteribus magicis* inſignita. Concludit demum

Nnn Schef-

Schefferus: *Itaqve non possum eo adduci ut inter adpendicula valetudinaria seu medica, aut amuleta, certa qvædā mala vel pericula averruncantia, censeam numeranda.* At ego, ut antea declaravi, amuletorum qvoddam genus fuisse, magici usus, crediderim, cùm ex antiqvitatibus nostris edoctus sim, habuisse veteres in paganismo Res qvasdam portatiles, ex argento vel auro factas, imaginibus Deorum facie humanâ expressorum signatas, qvibus futurorum cognitionem explorabant, & qvarum possessione felices se, & qvodam qvasi numinis præsidio tutos judicabant. Bina modò ejusmodi Rerum in totâ antiqvitate mihi occurrerunt exempla. Prius suppeditat Vatzdæla, ubi capite octavo, Haraldus Pulchricomus Rex Norvegiæ, post prælium in Hafrsfirde, Ingemundo Thorsteini filio, ob præstitam ibi virilem opem, tale munus dedit, inqviens: „Ok til merkis er þu hefir verit i Hafrsfirdi. þa skalltu „eignaz at giof hlut þann sem att hefir Kiotfi er hann hafdi „mestar mætra. h.e. *Et in testimonium, qvod huic prælio præsens fuisti, muneris loco possideas Rem istam qvæ pertinuit ad Kiotfum,* (unum ex præcipuis adversæ partis ibi cæsum) *qvam unicè dilexit.* Capite nono, fatidica qvædam mulier Ingemundo, gratioso tunc in aula Haraldi Regis, prædixit, eum Islandiæ tunc nuper habitari cœptæ, incolam fore; qvod cùm ille nullatenus futurum regereret, illa hoc „argumento certitudinem vaticinii stabilivit: Finnan „svarar. þetta mun framkoma sem ek segi ok þat til mer„kis at hlutr er horfinn or pussi þinum sa er Haralldr ko„nongr gaf þer i Hafrsfirdi oc er hann nu kominn i hollt „þar er þu munt byggva ok er a hlutnum markadr Freyr „af silfri ok þa þu reysir bæ þinn mun saga min sannaz.

h. e.

h.e. *Fatidica respondet : Evenient quæ tibi dixi, & hoc signum accipe. Res illa quam Rex Haraldus tibi in sinu Hafrsfirdi donavit, è crumenâ tuâ deperdita est, jamque in territorio lapidoso, quod aliquando incoles, latet : Res eadem argenteo Freyo signata est. Cumque domum ad inhabitandum erigi facias, vaticinii mei veritatem experieris.* Capite undecimo : Ingimundr mællti þa til ko-" nungs. nu uni ek all vel vid minn kost ok storr heidr er at " verda fyrir ydrum godvilia. enn þat stendr mer i hug er " finnan hefir mer spad um rada breitni þvi at ek villdi at " þat sannadizst eigi at ek færa af ættiordum minum. ko-" nungr svarar. þar kann ek nu ecki af at taka ok se þat til " nokurs giort ok vili freyr þar lata sinn lut nidr koma er " hann vill sitt semdar sæti setia. Ingimundr kvad ser fyst " a at vita ok reyna hvert hann findi eigi hlutinn þa er grafit " væri fyrir ondvegis sulum hans. kann ok vera at þat se " eigi til engis giort. er nu oc eigi þvi at leyna herra. at ek " ætla at giora eptir Finnum þeim er mer syni heradz voxt " ok skipun þar sem ek skal vera ok ætla ek at senda þa til " Islandz. konungr qvad hann þat mega giora enn þat hygg " ek at þangat munir þu fara. ok er þat uggligt hvart þu ferr " i leysi minu edr leyniz þu sem nu tekr miog at tydkaz. " þat mun mer alldri verda segir Ingimundr at ek fari i banni " þinu. sidan skildu þeir konungr. for Ingimundr heim ok " sat at buum. hann sendir eptir finnum ok komu nordan " þrir. Ingimundr segir at hann vill kaupa at þeim ok vil " ek gefa ydr smior ok tin. enn þer farit sendifor mina til " Islandz ok leitid eptir hlut minum ok segit mer fra landz- " legi. þeir svara. Sem sveinum er forsending at fara. enn " fyrir þina askorun vilium ver profa. Nu skal oss byrgia "

„ eina faman i husi ok nefni ofs engi madr ok sva var giort.
„ ok er lidnar voro þriar nætr kom Ingimundr til þeirra þeir
„ risu þa upp ok vorpudu fast ondinni ok mælltu. Sem.
„ sveinum er erfitt. ok mikit starf hofum ver nu hast. enn
„ þo munum ver med þeim iarteinum fara at þu munt ken-
„ na ef þu kemr at vorri frasogn. Enn torvellt vard ofs at
„ leita at hlutinum. ok mega mikit atkvædi finnunnar.
„ þviat ver hofum lagt ofs i mikla anaud. þar komum ver a.
„ land sem þrir firdir gengu af landnordri oc votn voru mi-
„ kil fyrir innan einn fiordinn. sidan komum ver i dal einn
„ diupann. ok i dalnum undir fialli einu var hollt mikit.
„ þar var byggiligr hvammr. ok þar i holltinu var hlutrinn
„ ok er ver ætludum at taka hann þa skautz hann i annat.
„ holltit ok sva sem ver sottum eptir for hann avalltundan.
„ ok nockur hulda la ætid yfir sva at ver nadum eigi ok.
„ muntu sialfr fara verda. hann qvadz þa ok skylldu brott
fara. h. e. *Tunc Ingimundus ad regem dixit, optimè mea conditione jam contentus sum, mihiqve honori reputo, a te favore affici. Animo autem insidet, qvod fatidica de consilii mutatione mihi olim prædixit, vellem enim nunqvam ratum fieri, ut ex patria meâ penitus abirem. Respondit rex, Non tamen validè negare possum, qvin hæc aliqvando evenient; fortè hæc in aliqvem finem facta sunt. Freyusqve forsitan Rem suam ibi manere vult, ubi honoratam suam sedem olim collocare statuit. Regessit Ingimundus, desiderio se teneri, explorandi an Rem invenire posset necne, cum, ad columnas ad utrumqve aræ latus statuendas, terram foderet, & forte (ait) hæc non sine causa facta sunt. Nec celandum est Domine, qvod Finnos* (fatidicos) *advocare in animo habeam, qvi situm qvalitatesqve territorii à me in-*

incolendi mihi ostendent, hos in Islandiam ablegare volo. Rex ait, hoc facias, eò enim te perventurum esse credo; Magni itaqve refert utrum me permittente eò te confe- ras, an clam, uti multi jam solent, illuc fugias. Nunqvam, ait Ingimundus, te invito eò proficiscar. Deinde a rege digressus domum rediit, ac in habitaculo suo permanens, Finnos (fatidicos) *advocari jussit. Cumqve tres eorum à boreâ advenissent, Ingimundus ad eos locutus est: Vobis- cum contrahere volo, butyrum & stannum vobis dabo, vos autem mei causâ in Islandiam transite, Remqve meam qvæ- rite, ac territorii qvalitates mihi referte. Respondebant illi: Difficilis humanis viribus est legatio, urgente vero te; eam peragere experiemur; Solos itaqve nos domui cuidam includas, ac à nullo nominari volumus. Petitis eorum sa- tisfactum est. Elapso triduo, Ingimundus eos adiit; sur- gebant illi, spiritumqve ab imo pectore trahentes dixerunt: Molestiam magnam sustinuimus, magno enim labore jam perfuncti sumus. Tam vero accuratè omnia tibi enarra- bimus, ut nostrâ instructus relatione ipse facilè noscere qveas, si te eò pervenire aliqvando contingat. Rem vero qværere difficile nobis fuit, fatidicæqve fœminæ verba mag- ni sunt momenti, ingentem enim molestiam pertulimus. Insu- lam adivimus ubi ab Evro-aqvilone tres sinus regionem in- currunt, in unius intimo recessu multa stagna fuerunt; dein- de in vallem qvandam depressam venimus, in qvâ sub latus montis cujusdam lapidosa sita est planities, ac inde non pro- cul convallis qvædam, habitationi perqvam apta; in hac lapidosâ planitie Res memorata latebat, qvam cum appre- hendere vellemus, in alteram lapidosam planitiem citato ferebatur motu, nosqve, ut prehenderemus, seqventes sem-*

per avolando elusit, quodam quasi velamine ubivis tecta; ideoqve ut ipse eas, necesse est. Dixit Ingimundus se & sine morâ abiturum. Deniqve capite decimo qvarto: In-
„ gimundr kaus ser bustad i hvammi einum ok efnadi til
„ bæiar. hann reisti hof mikit hundrat feta langt. ok er hann
„ grof fyrir ondvegis sulum. þa fann hann hlut sinn sem ho-
„ num var fyrir sagt. h. e. *Ingimundus in convalle quâdam habitationem sibi elegit, domumqve extrui curavit. Fanum centum pedes longum erexit: cumqve terram foderet statuendis columnis, quæ ab utroqve aræ latere stare debebant, Rem suam, sicut ipsi fuerat prædictum, invenit.* Alterum exemplum occurrit in Jomsvikinga sagâ, capite
„ tricesimo qvarto: Nu ser Jarl at Skialldmeyiar Einar er
„ i brottbuningi oc kallar a hann oc bad hann koma til motz
„ vid sig. Einar giorir nu sva. sidan tekr Jarl skalir godar
„ er hann atti þær voru giorvar af brendu silfri ok gullbunar
„ allar. þar fylgdu tvo met med. var annat af silfri enn an-
„ nat af gulli. þar var morkud a mannz likneskia oc hetu
„ þat hlutir. var þar ædri monnum tidt at eiga þessa hluti
„ oc var Jarl vant at legia i skalirnar. oc kvad hann a hvat
„ hver skylldi merkia. ok er sa hlutrinn kom upp sem hann
„ villdi þa glamradi hinn hlutrinn eftir i skalonum. ok
„ vard þar af glamm mikit. þessar gersimar gaf Jarl Einari
„ oc bad hann vera katann. oc nu setz hann aptr oc ferr
„ hvergi. her af feck Einar kenningar nafn oc var kalladr
„ Einar Skalaglamm. h. e. *Jam Comes vidit Skialdmeyar-Einarum abitum meditantem, itaqve eum vocat, rogans ad se veniret. Veniente Einaro, Comes lances duas sumpsit, quæ ex argento defæcato factæ, deauratæ erant; addita fuerunt pondera duo, argenteum unum, alterum aureum,*

quæ

qvæ ſignata erant effigie humanâ. Ejusmodi vocabantur Res; qvales Res poſſidere Magnates conſveverant. Comes eas Res lancibus imponere ſolebat, præfato qvid qvæqve Res indicaret. Cumqve deſiderata Res emergeret, altera Res in lance ſtrepitum edidit, unde magnus ſonus excitatus eſt. Hæc cymelia Comes dedit Einaro, rogans ut hilaris eſſet. Einarus remanſit, nullibi abiens. Inde Einarus cognomen accepit, & dictus eſt Lanciumſtrepitus. Qvæ occurrit heic vox *hlutr*, omnem rem qvamcumqve denotat generaliter. ſic orditur Edda Snortonis: Almattigr" gud ſkapadi i upphafi himin ok iord ok alla þa luti er þeim" fylgia. h. e. *Omnipotens Deus creavit in principio cælum & terram & omnes res illuc pertinentes.* Specialiter ſignificat Rem fortibus faciendis aptam, ſicut in Legibus Islandorum ſæpiſſimè occurrit, *at bera hluti i skaut.* h. e. *ſortes in ſinum jacere.* Iſta igitur amuleta, ſeu Res qvibus futura ſortiebatur Haqvinus Comes, effigie humanâ erant ſignata, qvæ effigies in una Re Thori, in alterâ Odini imaginem exprimebant, ut habuit exemplar Hiſtoriæ Jomsburgenſium, qvod in ſuâ verſione ſecutum ſe Arngrimus Jonæ profitetur. Iſtæ autem imagines an ſculptæ, depictæ, inciſæ, vel ſignatæ fuerint, exactè definiri neqvit, niſi qvis ſculptas concludere velit ex Landnama, ubi Ingimundi Res prolixè in Vatsdæla deſcripta, ita delineatur: *þat var Freyr, oc giorr af ſilfri.* h. e. *illa Res erat Freyus, factus ex argento.* Sic inſignem illum Poëtam Halfredum, apud Olaum Regem filium Tryggonis, hoſtem idololatriæ acerrimum, detulit Kalfus, qvaſi parvum idolum Thori è dente balenæ fabrefactum, inſtar amuleti, ſecum clam circumferret; memorante Hallfredar ſogu Vandræda-

skalldz:

„ skalldz : Kalfr segir. hann mun enn hafa vanda finn at „ blota a laun. ok hefir hann likneski Þors i pungi sinum af „ toun giort. h. e. *Kalfus dixit, eum solito more Idola adhuc clam colere, & Thori imaginem è dente* (balenæ) *factam in crumena sua servare.* Igitur speciem qvandam amuletorum signatorum imaginibus Deorum, numismata delineata crediderim; neqve abhorret ornatus: multò minus addita contrariantur Symbola. Ornâsse idola sua Septentrionales auro, gemmis, monilibus, aliisqve pretiosissimis cymeliis, Thorus & Jomala apud Sturlæsonium descripti, & Othini statua apud Saxonem, indicio sint: qvomodo imagines in Runicis nostris nummis, tegmine capitis atqve monilibus gemmis distinctis elucent. Inter symbola observare licet alicubi rudem avis figuram, sine dubio corvi, qvi in abraxis superstitiosorum Basilidianorum freqvens conspicitur, & qvem Apollini sive Soli Mithræ veteres sacrum, & famulum faciebant, ideoqve divinandi vim habere, præ cæteris ferè avibus; nam teste Plinio, [k] *Corvi in auspiciis soli videntur intellectum habere significationum suarum.* Sic Othini alites, fuisse corvos, supra probavimus: & sub Othini nomine antiqvissimis temporibus Solem cultum fuisse, Verelius notis in caput septimum Historiæ Gothrici & Hrolfi explicavit, schema heic qvoqve insertum, ex Edda exhibens, ubi Odini numen personis & nomine trinum repræsentatur, & *ad tergum ipsius solis imago adpingitur, tanqvam simulacrum prioris Odini.* Et qvemadmodum inter Oscines computabatur à Romanis corvus, canente Horatio. [l]

Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.

& me-

k. lib. 10. cap. 17. l. Carm. lib. 3. od. 27.



& memorat Livius, u. cum ante Papirium consulem Deos in prælio esse dicentem, corvus voce clara occinuisset; eum augurio lætum affirmasse, *nunqvam humanis rebus magis præsentes interfuisse Deos.* Sic Septentrionalibus Corvi arcanâ lingvâ & murmure sacro futura prænunciare credebantur, memorabile exemplum suppeditante Landnamâ:
„ þat var einn morgin er Hrafn kom a Liora a Brecku oc
„ gall hatt. þa qvad Hromundr,

„ Ut heyri ek svan sveita
„ sara þorns er mornar
„ brad vekr borgin moda
„ blafialladann gialla
„ sua gol fyrr þa er seygir
„ folknarungar varu
„ gunnar haukr er gaukar
„ gautz bragda spa sogdu.

þorbiorn qvad,

„ Hlakkar hagli stokkinn
„ hræs er kemr at sævi
„ modr kreft morginbrada
„ mar valkastar baru
„ sva gol endr þa unda
„ eids af fornum meidi
„ hræsva gaukr er haukar
„ hilldinga miod villdu.

intricatissima hæc carmina anteqvam exponamus, prius in gratiam minus in iis exercitatorum, verba in ordinem qvo legenda sunt redigemus. Et prius sic erit: Ek heyri ut
„ blafialladan sara þorns sveita svan gialla er mornar. brad
„ vekr borgin moda. sva gol gunnar haukr fyrr þa er folk-
narun-

u. lib. 10. cap. 40.

narungar varu feigir, er gautz bragda gaukar fogdu fpa. "
Alterum exqvifitâ curâ enodatum, fic lege: Valkaftar ba-"
ru mar hagli ftokkin hlakkar er kemr at hræs fævi. modr"
krefr morginbrada.. fva gol hræfva gaukr endr af fornum"
meidi þa er unda eids haukar villdu hilldinga miod. Mul-"
tum acuminis fui atqve gratiæ perdent hæc carmina in aliam lingvam transfufa; nihilominus hanc latinam eorum accipe verfionem: *Mane qvodam Corvus ad feneftram in vico Brecha advolans, clarè crocitavit. Tunc cecinit Hromundus:*

> *Audio foris valdè nigrum, ligni vulnerantis* (gladii) *fudoris* (avidum) *cygnum* (corvum) *crocitare. efca corvum excitat. fic bellicus accipiter* (corvus) *antea occinuit, cùm fata occifores populi* (milites) *neci deftinasfent, cùm Odini ftratagematum cuculi* (corvi) *vaticinia ederent.*

Thorbiornus fic canit:

> *Gavia* (avida) *undæ è cæforum cadaverum congerie profluentis* (corvus) *grandine afperfa occinit, cum ad cadaverum mare* (cruorem) *veniat, feffa matutinam efcam poftulat. Sic olim cadaverum cuculus* (corvus) *ex antiqvâ arbore cuculabat, cum vulnerum ifthmi* (cadaveris) *accipitres* (corvi) *bellantium mulfum* (fangvinem) *defiderarent.*

Nonnunqvam Corvus alis etiam & volatu aufpicium ferre credebatur. qvò refero Floconis factum, qvi navis fuæ curfum in Iflandiam, corvorum antecedentium, facris prius admotorum, volatu direxit, Landnamâ docente: Floki Vilgerdarfon het Vikingr mikill hann biozt af Rogalandi "
at leita Sniolandz.. þeir lagu i Smiorfundi, hann feck at"

„ bloti miklu ok blotadi hrafna þria. þa er honum skylldu „ leid visa. þviat þa hofdu hafsiglingarmenn engir „ leidarstein i þann tima i nordrlondum. þeir hlodu þar „ varda er blotid hafdi verit ok kolludu. Flokavarda. þat er „ þar er mætiz Hordaland ok Rogaland. Hann for fyrst til „ Hialltlandz. Et mox: Floki sigldi þadan til Færeyia ok „ gipti þar dottur sina. fra henni var Þrandr i gotu. þa- „ dan sigldi hann ut i haf med hrafna þa þria er hann hafdi „ blotat i Noregi. ok er hann let lausann hinn fyrsta flo sa „ aptr um stafn. annarr flo i lopt upp ok aptr til skips þridi „ flo framm um stafn i þa ætt er þeir fundu landit þeir komu „ austan at horni. h. e. *Floco Vilgerdæ filius, pirata quidam insignis nomine fuit. Ille è Rogalandiâ* (territorio Norvegiæ) *ad inqvirendam Snælandiam iter patavit, & cum suis in freto Smiorsund anchoras jecit, ibiqve magnificum sacrificium instruxit, & tres corvos consecravit, naviganti viam monstraturos. nautæ enim in regionibus Septentrionalibus magnetis usum tunc temporis ignorabant. Pharum ibi erigebant ubi sacrificaverant, Columnamqve Floconis dixerunt. hæc in confinio Hordalandiæ & Rogalandiæ sita est. Floco in Hetlandiam primo navigavit, inde Færöas adnavigans, ibi filiam suam incolæ cuidam in matrimonium dedit, ex qva Thrandus de Góto ortum duxit. Inde Floco, sumptis secum tribus illis corvis qvos in Norvegiâ consecraverat, alto se commisit, cumqve primum dimitteret, ille regionem è qvâ navigaverant repetiit, secundus in aërem volavit, sed in navem rursum se recepit, tertius a prorâ rectâ avolavit, cujus ductum secuti, orientali regionis parte potiti sunt.* Sed magis stringit, qvod de vexillo Danorum à Corvo denominato, *Reafan*

ncm-

nempe dicto, cui Corvus insidere ferebatur victoriam volatu præmonstrans, scribit Asserius Menevensis de rebus gestis Ælfredi, ad annum octingentesimum septuagesimum octavum: *In qvo* (prælio ad Cynvit) *acceperunt illud vexillum qvod Reafan nominant. Dicunt enim qvod tres sorores Hungari & Habbæ, filiæ videlicet Lodebrochi, illud vexillum texuerunt, & totum paraverunt illud uno meridiano tempore. Dicunt etiam, qvod in omni bello, ubi præcederet idem signum, si victoriam adepturi essent, appareret in medio signi qvasi corvus vivens volitans. Sin vero vincendi in futuro fuissent, penderet directe nihil movens. Et hoc sæpe probatum est.* Capto in hoc ad arcem Cynvit prælio, famoso isto vexillo, oraculi deceptionem jam patuisse: *nam præter opinionem oppressi, prius oraculum amiserant, qvàm consulendi tempus daretur*, concludit Johannes Spelmannus; [x] attamen ille, omnesqve Anglorum Historici de victoriis Danorum de Anglis partis non nisi parcè loqventes, magni cladium ebuccinatores, annotare omiserunt, recuperasse postea Danos de Anglis dilectum suum vexillum, & solitâ fiduciâ coluisse. Neqvè enim diversum existimaverim vexillum, qvod narrationi Asserii convenienter describens Encomiastes Emmæ, [y] tempore Canuti Magni in Danorum fuisse possessione memorat, qvi ab concussione alarum insidentis vexillum sub prælii terminum Corvi, auspicia læta sumebant: *At sermo non latuit Danos, qvi puppibus postbabitis petunt arida, aptantes se excipere qvæqve obvia. Erat namqve eis vexillum miri portenti, qvod licet credam posse esse incredibile; lectori tamen qvia verum est, veræ inseram lectioni. Enimverò, dum esset simplicissimo, candidissimoqve intex-*

x. vit. Ælfr. lib. 1. num. 54. y. lib. 2.

tum ferico,nullius figuræ in eo inserta esset imago; tempore belli semper in eo videbatur corvus,ac si intextus, in victoria suorum quasi bians ore, excutiensqve alas, instabilisqve pedibus, & suis devictis qvietissimus,totoqve corpore demissus. Qvod reqvirens Thurkil auctor primi prælii; Pugnemus,inqvit,viriliter,socii,nihil enim nobis erit periculi. Hoc deniqve testatur instabilis corvus præsagientis vexilli. Qvo audito,eqvi audentiores effecti, ferratisqve induviis indurati, occurrunt Anglis. Hic Asserium optimè explicat, nullam vexillo corvi figuram intextam fuisse, sed illud simplicissimo serico constitisse; at sub pugnæ momentum Corvum in eo apparuisse *ac si intextum;* ut expositio Spelmanni consistere neqveat, *vexillum illud Corvi simulachro magicè intextum* fuisse; qvi tamen præeuntem habuit magnum Camdenum, qvi in Danmoniorum descriptione, ex Asserio Menevensi colligit, *Danos corvo pro insignibus usos fuisse,qvem invicto,(ut putabant) omine, Lothbroci Danici filias in vexillo acu pinxisse tradiderunt.* Reperi nihilominus in Historia Olai Tryggonis, Sigurdum Orcadensium Comitem vexillum habuisse Corvi figurâ intextum, eâ magicâ arte à matre Comitis confectum,ut prælatum Victoriam secum ferret, non tamen sine
„ certâ ferentis cæde: Tak nu her vid merki þvi er ek hefi
„ giort af allri minni kunnattu ok væntir ek at sigrsællt
„ mun verda þeim er fyrir er borit. enn banvænt þeim er
„ ber. Merkid var giort af miklum hannyrdum oc agiætligum hagleik. þat var giort i hrafnsmind. oc þa er vindr
„ bles i merkit þa var sem Rafn beindi fluginn. h. e. *Accipe* (ait mater ad filium) *vexillum,qvod omni adhibita arte elaboravi, speroqve victoriam ei adportaturum, cui præfer-*

fertur, ferenti vero lethale fore. Vexillum ingenti artificio elaboratum, & in eo similitudo corvi facta erat, cumqve illud ventus inflaret, corvo alas pandenti simile erat. Veritatem materni vaticinii, post alios, malo suo fato ipse Comes Sigurdus expertus est, Nialâ enarrante: Rauf hann " fylking Jarls allt at merkinu ok drap merkismanninn feck " þa Jarl til annan at bera merkit. vard enn orrosta hord. " Kerþialfadr hio annan merkismann þegar banahogg. oc " hvern at odrum þa er i nand voru. Sigurdr Jarl bad þorstein Hallzfog bera merkir. þorsteinn ætlade upp at taka " merkir. þa mællti Amundi Hviti þu skallt eigi bera merkit segir hann. þviat aller eto drepner þeir er bera. Hrafn " raudi segir Jarl. ber þu merkit. Hrafn segir ber þu sialfr " fianda þinn. Jarl segir þat mun makligaz vera at allt fari " saman karl ok kyll. tok sialfr merkit af stonginni ok kom " millum klæda sinna. litlu sidarr var veginn Amundi hviti. " þa var ok Jarl skotinn spioti i gegnum. h. e. *Kerthialfadus Comitis (*Sigurdi*) aciem usqve ad vexillum dissolvit, signiferumqve occidit, tum Comes alium qvi vexillum ferret constituit. Prælio renovato, Kerthialfadus hunc signiferum cum cæteris adstantibus etiam interfecit. Rogavit Comes Sigurdus Thorstenum Halli filium ut vexillum ferret, cumqve Thorstenus id elevare vellet, Amundus Albus dixit: Noli vexillum portare, omnes enim ferentes certum manet exitium. Iterum Comes Hrafnum Rubrum, ut vexillum portaret, rogavit. Ipse, ait Hrafnus, noxiam tuam rem portato. Tum Comes, Optimè convenire & credo, saccipericum seqvi vetulum. Deinde vexillum ipse hastili dempsit, ac inter vestimenta abscondidit. Paulo post Amundus Albus occisus est, nec non Comes hasta trajectus.*

De-

Demùm vexillum famosissimo Sivardo Dano, Northumbriæ postea in Anglia Comiti, cujus libro primo honorificam injeci mentionem, ab sene qvodam Anglico donatum, Corvi figuram intextam habuisse, ab appellatione ejus colligo, qvæ apud Bromtonum Chronici paginâ nongentesimâ qvadragesimâ qvintâ occurrit: *Cui die qvadam senex reverendus solus in silva qvadam repertus, dixit. Siwarde, scio qvod draconem qvem reperire non poteris, qværis, sed navem conscende, ac versùs austrum usqve ad qvoddam brachium marinum Tamesia vocatum tende, & per illud ad civitatem opulentam Lundonia appellatam deveuire poteris. Deditqve ei senex in signum, vexillum Ravelandeye, qvod interpretatur Corvus terroris terreni.* Qvemadmodum de Haraldo Sigurdi, Norvagiæ Rege memorat Æfi Noregs „ Konunga: þa let Haralldr konungr setia upp merki sitt „ landeyduna. h. e. *Tunc Haraldus Rex erigi fecit vexillum suum, qvod dicebatur: Terras vastans.*

Sed properandum est ad reliqva, in allatis nummis conspicua symbola. Pusio in primo apparens, nescio an Nanum significet; cui creaturarum generi veteres tribuebant qvalitates qvasdam supra humanas, Semidæmones qvasi efficientes. Occurrit aliqva eorum in Snorronis Eddâ mentio; nominaqve ipsorum longo ordine recenset Voluspa, præmittens hæc de ipsorum creatione:

„ þa gengo Regin
„ oll a raukstola
„ ginn heilog goþ
„ oc um þat gettuz
„ hverr scyldi dverga
„ drottir skepia

,, or brimis blodi
,, oc or blam leggiom.
,, þar var Motſognir
,, mæzer um ordinn
,, dverga allra
,, enn Durinn annar
,, þeir mannlikan
,, morg of giordu
,, dverga or iordu
,, ſem Durinn ſagdi.

h. e.

Tunc iterum Dii
tribunalia occuparunt,
ſancti Dii,
& de eo conſultarunt
*qvisnam Duergorum (*nanorum*)*
agmen crearet
ex igneo ſangvine
& ex cæruleis oſſibus.
Ibi Motſognerus
præſtantiſſimus factus eſt
Nanorum omnium,
*& Durinus (*illi*) ſecundus;*
Hi effigies humanas
multas fecerunt
Nanorum, è terra,
prout dixit Durinus.

Majorem conſiderationem meretur addita in omnibus monſtroſi animalis effigies, licet qvoad pedes & inferiora varians, capite tamen ubivis ſimili formâ expreſſo; qvod

cum notis nobis qvadrupedibus non exactè respondeat, primùm regulam doctissimi in re nummariâ Ezechielis Spanhemii, [z] inculcandam volo: *Formas Animalium terrestrium, aëreorum, aqvatilium, vulgo minus notas, aut de qvibus dissentiunt prisci & recentiores Naturæ consulti, Nummi in conspectu ponunt.* ne qvis protinùs è rerum naturâ eliminet, qvod svetis animalium picturis non congruit. Pater meus monstrosum eqvũ nominavit, cum videretur ipsi non abludere ab his aureus nummus in armario Pauli Petavii, qvem ille in veterum nummorũ gnorismate, æri curavit insculpi, *hâc* tamen *differentiâ, qvod Eqvus una nummi parte conspiciatur cum cruce, caput Eqvitis Cataphracti cum galero in altera parte.* Confirmat qvidem hanc conjecturam Edda, singulis Asarum eqvos attribuens; at qvia bestia hæc in Nummis nostris cornuta apparet, Schefferus taurum vel bovem interpretatur, cujus facta Numinibus freqvens in sacrificiis oblatio: Taurum autem in victimam dandum, priùs ferocem atqve efferum evadere voluerunt, ut „ eò acceptabilior esset, memorante Sturlæsonio: þat varþ „ i Sviþiod at griþunngr sa er til blotz var ætladr var ga- „ mall ok ægr þviat hann var alinn kappsamliga. enn „ er menn villdo taka hann. hliop hann a skog ok vard ga- „ linn ok var lengi a vidom ok var hiun mesti spellvirki vid menn. h. e. *Accidit in Svecia, ut Taurus sacrificio destinatus annosus & ferox evaderet, utpote opiparè saginatus. Cumq; duci deberet, in sylvam cursu se proripuit, ibiqve efferatus diu mansit, homines ingenti afficiens damno.* Sed ipsi Tauro speciem qvandam divinitatis tribuisse Cimbros, ex Romanis scriptoribus forsitan qvis colligeret, qvi æneum Taurum ipsos in exercitu circumduxisse, consvetos per illum fœde-

z. de præst. & usu Numism. Differ. 3.

fœdera jurare, memorant; qvi in domum Catuli deportatus, magnum utiqve victoriæ Catulianæ argumentum, uti obſervat ſummus Polyhiſtor Olaus Borrichius:[aa] etiamſi trophæa Cimbrica Marius nimis glorioſè jactaverit, vel illâ ſuperbâ inſcriptione, qvæ à Mazochio reformata, apud Gruterum paginâ qvadringenteſimâ triceſimâ ſextâ legitur, ubi inter alia magnifica: V. CONSUL. CIMBROS. FUGAVIT. EX. IEIS. ET. TEUTONEIS. ITERUM. TRIUMPHAVIT. ita finit ſpecioſiſſimum fragmentum: DE. MANUBIEIS. CIMBRICEIS. ET. TEUTONICEIS. AEDEM. HONORI. ET. VIRTUTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIUMPHALI. CALCEIS. PUNICIEIS. Et aliam inſcriptionem ex Muſeo Franciſci Moſcardi eruit diligentiſſimus antiqvitatum indagator Johannes Mabillon, Muſei Italici tomo primo, parte prima:

D. F.
G. M. TRUCIDATIS.
CIMBRIS. IN. F. ITA. A. V.
R. R. OB. INSIGNEM. EJUS.
MEMORIAM.
S. P. Q. R.

Cæterum qvâ aliâ veneratione Cimbri æneum ſuumTaurum coluerint, non refertur. Illud autem memorabile eſt, qvod memorat in Chronico Norvegiæ Sturlæſonius, Ogvaldum Regulum, qvi promontorio Norvegiæ inclytum in hunc usqve diem de ſe nomen dedit, vaccæ, cujus lacte ſuſtentabat vitam, divinos honores tribuiſſe: qvæ demortua in tumulo non procul ab ipſius Ogvaldi ſepulchro, honorificè humata eſt. Hiſtoriam hanc Snorro ſic pandit: Þa

Ppp 2 ſpyrr

aa. ant. urb. Roman. fac. cap. 7.

„ ſpyrr konongr ef hann viſſi hverr Ogvalldr hefdi veritr
„ nefit ok bærinn var vid kendr. Geſtrinn ſegir at Aug-
„ valldr var konongr ok hermadr mikill. hann blotadi ku
„ eina meſt ok hafdi hana med ſer hvar ſem hann for. ok
„ þotti honum þat heilnæmligt at drecka miolk hennar
„ iafnan. Augvalldr konongr bardiz vid þann konong er
„ Varinn her. i þeirri oroſto fell Augvalldr konongr. var
„ hann þa heygdr her skamt fra bænom. ok ſettir upp bau-
„ taſteinar. þeir ſem her eru enn. ok i annan ſtad skamt
„ hedan var heygd kyrin. h. e. *Rex hoſpitem rogavit, an ſciret, qvisnam Ogvaldus ille fuiſſet, à qvo ſingula & domicilium denominata eſſent. Advena reſpondit: Ogvaldus erat Rex & ſtrenuus bellator; hic vaccam qvandam præcipuè coluit, eam ubiqve ſecum circumducens, cum ſalubre cenſeret, lac ejus potare. Ogvaldus in prælio cum Varino Rege commiſſo cæſus, non procul ab hiſce domibus ſepulturam accepit, monumento lapideo ipſi erecto, adhuc conſpicuo. Non procul abhinc vacca tumulata eſt.* Sed hujus vaccæ cultus ad ſolum Ogvaldum reſtrictus erat, qvi ſalutare ſibi lac expertus, vaccam ut ſanitatis ſuæ ſoſpitem ſuſpiciebat: Cimbri publicam venerationem æneo ſuo Tauro impendebant, ſignum militare inſuper taurino capite exornantes, ſi Johanni Strelovio in præfatione Chronici Gurhilandorum fides erit; qvod ſi evicerit, honoratius multo inſignia Principum Mechlenburgenſiū peterentur è Dania, unde præcipua certè decora ſua habuerunt, qvàm ex putidâ Anthyrii ad Obotritos navigatione, cujus navim bucephali caput in prora, gryphum in puppi oſtentaſſe, fabuloſè comminiſcuntur; qvos diarium flexuoſi itineris in complementū fabulæ non adjicere, dolendum eſt. Attamen

ne.

ne & nobis objiciatur tantam rem nullâ præviâ antiqvitate statuisse, Plutarchi id assertum facit Libellus de origine & rebus gestis Cimbrorum, ex Bibliothecâ Ranzovianâ, anno millesimo qvingentesimo nonagesimo qvarto editus: *Plutarchus scribit in vexillis Cimbrorum depictum fuisse caput Tauri, qvod nunc qvoqve ducum Megapolensium est insigne.* Mihi, qvi Plutarchum forsan cum sufficienti curâ needum perlegi, adhuc illud in optimo scriptore non animadversum, cujus authoritas omnem dubitationem eximeret; aliàs Strelovio non magis credimus, qvàm Jacobo Malbrancqvio, qvi libri primi de Morinis capite decimo octavo, confidenter asserit, Cimbros *priùs qvàm ad fidem Christianam adducerentur, gestasse hinnulum atrum in æqvore argenteo:* & meritò, qvia *gens illa toties in complures Belgii & Galliæ partes transiliit.* Sed hujusmodi fucum facientibus ineptiis procul relegatis, graviora à Strelovio testimonia expetimus, qvàm qvod attulit, eruere nonnunqvam incolas è terræ visceribus nummos capite taurino signatos; ipse enim addit diversarum nationum, Græcorum, qvoqve, numismata reperiri. Jam vero non latet in re nummariâ vel obiter versatos, Taurinum caput in Delphorum & Nysæorum cerni nummis, ut id genus fuisse in Gullandia effossos, nihil impediat dicere. Illam autem vernaculam monetam crediderim, nummulos nempe æreos, qvibus vas testaceum plenum in Cimbria inventum testatur Johannes Mulenius præfatione in rem Monetariam Danorum, idem in Fionia contigisse asseverans. Qvod idem non ita pridem in Sælandia qvoqve accidit, qvòd reperta sit hujusmodi nummulorum ingens copia, ex qvibus aliqvos obtinui, qvorum ectypa exhibeo, curiosorum desideriis satis-



faciens, in qvorum explicatione alii conjecturas suas exerceant. *Vernaculos esse non est dubitandum*, inqvit Mulenius, *qvia in dictis locus in vasis in magna copia inventi sunt. Antiqvitatem eorum arguit ruditas præli absqve ulla politie: multi etiam terræ, in qva tot delituêre annos, acrimoniâ & ærugine planè erosi & tenuati sunt.* Cæterum reperitur qvandoqve pecunia in locis ubi ne minimum qvidem sepulchri, mortuive aliqvando illati, exstat vestigium, qvam inibi defossam suspicari licet à Piratis, qvibus consvetum erat, pugnâ imminente, pecuniam & preciosiora rerum suarum navibus efferre, ac in sicco occulte defodere; ne si forte adversus pugnæ casus ipsos exciperet, in manus inimicorum istæ divitiæ inciderent. Testem do Svarfdælam: þa skulum vær i starfi i nott oc færa varnad allan af" skipi oc grafa nidr nockut en flytia ut griot i stadinn. þvi" ek ann þeim einkis eyris at niota. h. e. *Nocte hâc operi" nos accingamus, & navibus opes nostras efferamus, earum qve partem terrâ defodiamus: vicissim naves lapidibus oneremus. Hostibus enim res nostras planè invideo.* Eâdem invidiâ motus Buo Veseti filius, magnum Jomsburgensium decus, post acerrimam editam pugnam, ubi vulneribus urgeri se sentit, cistas auro repletas amplexus, qvas ne in mortis qvidem articulo à se divelli voluit, in mare se præcipitem dedit, docente Jomsvikinga sagâ: Oc er Sigvalldi" hafdi fra leyst skipaflota sinn þa hleypr þorkell Midlangr" uppa skip Bua Digra oc hoggr til hans oc bar þetta all-" bradan at. oc hoggr af honum vorina oc hokuna alla nidr" i gegnum sva at þat fell þegar nidr i skipit sva at suku or" honum tennurnar. Bui mællti þa er hann feck hoggit." vaskliga var hoggvit þorkell. Enn ecki er ek nu fridari"

en

„ en adr. ok mun hinni Donsku veitna þickia at kyſſa oſs
„ þar i Borgundarholmi er ver komum þar. Þorkell hafdi
„ fallit er hann hio til Bua cr halt var a skipinu af blodi.
„ Bui hoggri mot til Þorkels, oc kom hoggit undir hondina
„ vinſtri. ok ſneid hann Þorkel ſundr i midiunni med ollum
„ herklædunum, eftir þat þryfr Bui upp gullkiſtur ſinar oc
„ kallar, fyrir bord allir Bua þegnar. Eftir þat hliop Bui
„ ut af skipinu oc a ſioinn oc þegar a kaf med kiſturnar oc
„ kom hvartki upp ſidan. oc er þat mal manna at engi hafi
„ verit meiri kappi i lidi Jomsvikinga enn Bui, hafdi hann
„ ſva margan mann drepit i bardaganum at þat kunni eingi
„ madr at telia. h. e. *Cum Sigvaldus claſſem ſuam ſolviſſet, Thorchillus Midlangus in navim Buonis Craſſi incurrebat, eumqve opinione celerius gladio petebat, labrum & mentum ei præſcindens, ut dentes in navim deciderent. Buo tam gravi vulnere accepto, dixit: Viriliter ſecuiſti Thorchille, neqve id formoſitati meæ qvicqvam confert. Credo enim Danicam (* virginem, *) cum in Bornholmiam rediero, non lubentiori nunc animo oſcula noſtra libaturam. Thorchillus ictum Buoni infligens ceciderat; nam fori ſangvine lubrici erant. Buo ictum ictu partitus, eum cum omni armatura medium diſſecuit. Deinde Buo arcas ſuas auro repletas aſſumens, altâ voce exclamavit: In mare omnes Buonis ſocii. Mox in mare proſiluit, ac ſtatim fundum cum arcis petiit, nunqvam deinde emergens, & arcis ibidem remanentibus. Dicunt multi neminem Jomsburgenſium fortius Buone pugnaſſe, nam tam multos in hoc prælio interfecerat, ut numerum excederent.*
Hunc caſum Buonis ita cecinit in Buadrapu Bardus Giſlai filius:

Steig

„ Steig fyrir huf hesti
„ hrofs enn þrekmesti
„ giædir gunn skara
„ gladdiz nadr sara
„ nidr kom byrs (forte: bens) bara
„ Bui nam ser hvara
„ frid hyk firdar mistu
„ frekn i hond kistu.

h. e.

Validissimus bellator è navi se dejecit, hastæ lætabantur. Profluebat sangvinis unda. Buo agilis singulis manibus arcas arripuit. viri pacem amiserunt. Nugabatur credulum vulgus, Buonem in anguem conversum, auro in eodem sinu postea incubuisse; qvam fabulam producendo discutit Historia Olai Regis filii Tryggonis: þat er sogn manna sidan " at Bui hafi at ormi ordit oc lagizst a gullkistur sinar. Enn " ver hyggium þat til þess hast vera at þar hafi ormrinn sezt " a Hiorungavagi. oc kann vera at nockur ill vættr hafi " lagizst a feit oc synzt þar sidan. enn eigi kunnum vær at " segia hvart helldr er. ma oc vera at hvartki se satt þvi at " marga vega ma synazt. h. e. *Tradunt qvidam Buonem " deinde in angvem conversum, aureis arcis incubuisse, qvam relationem inde natam credimus, qvod in sinu Hiorungensi angvis aliqvando apparuerit. Nec abhorret à vero, noxiam aliqvam creaturam pecuniæ se superposuisse, eamqve deinceps visam esse. Nostrum autem non est determinare, qvid horum verius sit, cum neutrum forsitan veritati consonum sit: certè in utramq; partem ventilari possit.* Non sine causâ, de veritate absurdi rumoris subdubitat, qvem tunc credent homines rectæ rationis participes,

cum pervadere sibi patiantur, in Anglia qvondam Sacerdotem qvendam Eligensis ecclesiæ Præpositum, qvod invitis, Papa, Rege, Episcopis ac monachis omnibus, collegium sibi atqve suis sacerdotibus conjugatis servaverit, propterea illos cum suis uxoribus ac liberis in angvillas versos, angvillasqve sub aqvis generasse: & ob id diœcesim illam Eligensem seu Anguillariensem dici; qvod somnium apud Malmesburiensem & Capgravium haberi, patefacit Joannes Baleus.[bb.] Auctor autem Historiæ Olai Tryggonis addit, non abludere à vero, noxium aliqvod animal pecuniæ incubare, veteribus Physicis nimis indulgens, qvorum Plinius,[cc.] secutus Herodotum & Melam, Gryphos facit auri custodes: qvidam Dracones: alii Serpentes venenatos, qvomodo & se decipi passus est libro secundo canens Saxo Grammaticus:

Insula non longè est præmollibus edita clivis
Collibus æra tegens, & opimæ conscia prædæ.
Hic tenet eximium, montis possessor, acervum
Implicitus gyris serpens, crebrisqve reflexus
Orbibus, & caudæ sinuosa volumina ducens,
Multiplicesqve agitans spiras, virusqve profundens.

qvibus verbis, per insulam, sub velamine Poëtico, Sveciam indigitari statuit Michael Wexionius;[dd.] at vetustior illo, de Vendelsyssel Jutiæ nostræ explicat Auctor Historiæ Danicæ Erico Pomerano adscriptæ. Hæc fabula longius processit, non Serpentes modò auro incumbere, sed & homines conversos in Serpentes, qvemadmodum de Fafnero mythologia Eddæ septuagesima prima comminiscitur. Aliàs gentilium Physicorum superstitio tradidit, ex sepulti cadaveris

bb. Script. Brit. cent. 2. cc. Hist. Nat. lib. 7, cap. 2. dd. Descript. Svec. lib. 6, cap. 5.

veris humani putrefactæ ſpinæ medullâ angvem gigni, ſicut canit Ovidius: [ee]

Sunt qvi, cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulcro,
Mutari credunt humanas angve medullas.

qvò credibile eſt reſpexiſſe Plinium Hiſtoriæ Naturalis libro decimo, capite ſexageſimo ſexto. Non niſi ad malorum hominum ſpinas eum fœtum reſtringit Ælianus, *digno profectò moribus fœtu, cum ſerpentis parens impius efficitur*, ut addit Forcatulus libro qvarto de Gallorum Imperio & Philoſophia. Sed ſine dubio, commenti origo, qvòd circa ſepulchra angves crebriùs viſerentur, qvos & Proſerpinæ Heroibusqve ſacratos fuiſſe, ex veteribus abunde liqvet, & exempla congeſſit Clarus Sylvius capite ſecundo doctiſſimi in Leges Regias & duodecim Tabularum Commentarii. Sed miſſis fabulis, cur theſauros ſuos ante ingreſſum pugnæ defoderint Piratæ, videamus; qvos ideo vel maximè hoſtibus ſuis invidebant, qvod apud ipſos prævaluerit futuri pecuniarum defoſſarum in alterâ vitâ uſus cogitatio, divinâ pollicitatione Odini corroborata: qvæ in tantum invaluit, ut eodem ſtimulo agitati plures, ſub extremum vitæ terminum ſcrinia nummis referta, irrecuperabilia profundiſſimis ſcrobibus aut puteis demerſerint. De Scallagrimo teſtatur Egils ſaga: Let Skallagrimr ſodla ſer heſt, reid hann „ þa heiman er adrir menn foru at ſofa. hann reiddi i kniam „ ſer kiſtu vel mikla en hann hafdi i handarkrika ſer eirketil „ er hann for i brott. hafa menn þat ſidan fyrir ſatt at hann „ hafi latid fara annathvart eda bædi i Krumskelldu ok la- „ tid þar fara a ofan helluſtein mikinn. h.e. *Skallagrimus* „ *eqvum ſibi ſterni curavit; cumqve omnes cubitum iviſſent, è domo ſua eqvitavit, ſuper gremium ſuum devehens arcam*

[ee] Metam. lib. 15.

magnam, catinum autem æneum sub axilla. Illud autem pro certo habetur, eum unum aut utrumqve in paludem Krumi demersisse, petrâ magnâ superimpositâ. necnon de filio ejus Egillo qvi cæteris dormientibus, cum oculi ejus ob senectutem cæcutirent, servis qvibusdam deducentibus, ex domo sua eqvitavit, devehens secum binas arcas argento impletas; die autem lucescente solus obambulans à suis repertus est: „Oc eru þar margar getur a hvar Egill hafi „folgit se sitt. fyrir austan gard a Mosfelli gengr gil ofan „or fialli, en þat hefir ordit þar til merkia at i bredaþeyium „var þar vatnfall mikit. en eptir þat er votnin hafa fram-„fallit hafa fundiz i gilinu enskir penningar. geta sumir „menn þess at Egill muni þar feit hafa folgit. fyrir nedan „tun at Mosfelli ero fen stor oc furduliga diup hafa þat „margir fyrir satt at Egill muni þar hafa kastad i fe sinu. fyrir „sunnan ana ero laugar oc þar skamt fra iardholur storar, „oc geta þess sumir at Egill muni þar hafa folgit fe sitt þvi-„at þangat er optliga senn hauga elldr. h. e. *Variæ sunt conjecturæ, ubi Egillus pecuniam suam absconderit. Ad orientem Mosfelli è monte torrens profluit, in qvem torrentem, nive liqvescente, multæ aqvæ congregantur, qvibus exsiccatis Anglici nummi inventi sunt, unde qvidam colligunt Egillum ibi pecuniam abdidisse. Juxta prata Mosfelli paludes sunt profundæ & latæ, qvibus nonnulli dicunt Egillum pecuniam suam immersisse. In australi amnis margine thermæ sunt, ac non procul putei magni, ubi qvidam conjiciunt Egilli pecuniam defossam esse, nam inde ignis sepulchralis sæpè apparet.* De Ketilbiorno simile narrat „Landnama: Ketilbiorn var svo audigr at lausafe at hann „baud sonum sinum at sla þvertre af silfri i hofit þat er þeir

letu

letu giora þeir villdu þat eigi. þa ok hann filfrit upp a "
fiallit a tveimr yxnum. ok Haki þræll hans ok Botam- "
batt hans. þau falu feit fva at eigi hefir fundiz fidan. Sid- "
an drap hann Haka i Hakaskardi en Bot i Botarskardi. h.e. "
Ketilbiornus tantum argenti habuit, ut filiis fuis mandaret trabes fani qvod exftruxerant argento obducere, qvod facere iis nolentibus, duos tauros pecuniam fuam fupra montem trahere fecit, & eam adjuvantibus Hakone fervo & Bota ancilla abfcondidit, nunqvam deinceps repertam. Deinde Hakonem interfecit in loco qvi vocatur Hakaskard, Botam vero ubi Botarskard dicitur. Et ibidem demùm de Geirmundo proditur, mox ante obitū, ingentem thefaurum puteo profundiffimo Andarkeldu dicto demerfiffe; qvod nec Arngrimus Jonæ libro fecundo Crymogææ annotare omifit. Et fanè proximas Boream provincias incolentibus, fi pecuniam fibi in alterâ vitâ adeffe vellent, neceffitas incumbebat eam ante obitum defodiendi, cum relictæ opes vel in compotationibus confumerentur, vel ab curfu eqvorum contendentibus auferrentur; uti Ohtherus Cimber Ælfredo Regi Angliæ ante octo fecula retulit. Is Ohtherus in omnium Northmannorum locis maximè feptentrionalibus habitans, in illa regione, qvæ ad Aqvilonem oceano occidentali terminatur, ad Ælfredum Regem fponte atqve confulto advenit, eo animo atqve confilio, ut ab eo emolumentum aliqvod fortiretur; ut Hakluytum fecutus fcribit in vita Ælfredi regis Johannes Spelmannus, addens *extare in Cottoniana Bibliotheca commentarium fatis antiqvum de itinere, qvod Octherus* ille *natione Cimber, Regis Ælfredi rogatu confecit. Qvo fcilicet exploratum haberet, an verfus ortum aqvilonarem navigantibus ad Indos Oce-*

anus esset omnino pervius. sed eum Commentarium duo, triave folia non excedentem, libellis fortè aliò translatis, invenire non potuisse. Qvam jacturam resarciverunt editores Spelmañi, Collegii Magnæ Aulæ Universitatis Oxoniensis Alumni, qvi in Appendice sextâ pronulgaverunt partem Præfationis ad Traductionem Orosii ab Ælfredo Rege in lingvam Saxonicam, ubi Ohtheri relatio Regi Ælfredo de Finnis, Biarmiis, Qvenis, Halgolandis, aliisq; in ultimâ plagâ Septentrionali populis facta extat; in qvâ precium cremationi ab iis gentibus statutum, & qvomodo opes ac bona à defuncto relicta vel in compotationes cesserint, vel inter eos distributa, qvos eqvorum celerior cursus victores „ reddidisset; curiose describitur. And þær is mid Estum „ þeav. þonne þær biþ man dead. þæt he liþ inne unforbær- „ ned mid his magum and freondum monaþ. gevhilum „ tvegen. and þa Cyningar and þa oþre heah þungene men. „ sva micel lenge sva hi maran speda habbaþ. hvilum healf „ gear. þæt hi beoþ unforbærned. and licgaþ busan eorþan „ on hyra husum. and ealle þa hvile þe þæt lic biþ inne. „ þær sceal beon gedrync and plega oþ þone dæg þe hi hine „ forbærneþ. þonne þy ylcan dæg hi hine to þæm ade be- „ ran villaþ. þonne to dælaþ hi his feoh þæt þær to lafe „ biþ æfter þæm gedrynce and þæm plegan. on fif oþþe syx „ hvilum on ma. sva sva þæs feos andefn biþ. Alecgaþ hit „ þonne for hvæga on anre mile. þone mæstan dæle fram „ þæm tune. þonne oþerne þonne þæne þriddan. oþ þe „ hyt eal aled biþ on þære anre mile. and sceall beon se „ læsta dæl nyhst þæm tune þe se deada man on liþ. þonne „ sceolon beon gesamnode ealle þa menn þe sviftoste hors „ habbaþ on þæm lande. for hvæga on fif milum oþþe on

syx

ſyx milum fram þæm feo. þonne ærnaþ hy ealle toveard "
þæm feo. þonne cymeþ ſe man ſe þæt ſviſte hors hafaþ to "
þæm æreſtan dæle and to þæm mæſtan. and ſva elc æfter "
oþrum. oþ hit biþ eall genumen. and ſe nimþ þone læ- "
ſtan dæl. ſe nihſt þæm tune þæt feoh geærneþ. and þon- "
ne rideþ ælc his veges miþ þa feo. and hyt motan hab- "
ban eall. and forþy þær beoþ þa ſviſtan hors ungefoge "
dyre. And þonne his geſtreon beoþ þus eall aſpeded. "
þonne byrþ man hine ut. and forbærneþ mid his væp- "
num and hrægle. and ſviþoſt ealle his ſpeda hy forſpendaþ "
mid þan langan legere þæs deadan mannes inne. and þæs "
þe hy be þæm vægum alecgaþ. þe þa fremdon to ærnaþ and "
nimaþ. And þæt is mid Eſtum þeav. þæt þær ſceal ælces ge- "
deodes man beon forbærned. and gyf þar man an ban fin- "
deþ uforbærned. hi hit ſceolan miclum gebetan. And "
þær is mid Eaſtum an mægþ þat hi magon cyle gevyrcan. "
and þy þær licgaþ þa deadan men ſva lange. and ne fuliaþ. "
þæt hy vyrcaþ þone cyle hine on. h. e. *Orientalibus etiam "
mos eſt, ut qvando qvis obierit, intus (domi) jaceat non crematus, inter cognatos & amicos per menſem: qvandoqve per duos. Reges etiam, & alii illuſtres viri, eo diutius qvo plures habuerint facultates: qvandoqve (ſcil.) per dimidium annum non cremantur: jacent autem ſuper terram in domibus ſuis. Et qvamdiu cadaver intus fuerit, habendæ ſunt compotationes & ludi usqve in cremationis diem. Die vero qvo (*defunctum*) ad rogum exportant, bona ejus dividunt, qvantum poſt compotationes & ludos ejusmodi ſupererit, in qvinqve, ſive ſex, qvandoqve in plures (*partes*) ſicut bonorum fuerit proportio (*vel *pro modo facultatum.) Deinceps deponunt maximam eorum*

par-

partem uno ſaltem à (defuncti *) villa milliari; tunc alteram partem; deinde tertiam: donec totum intra illud milliaris ſpatium fuerit collocatum. Minima autem ipſorum pars erit villæ proxima, ubi mortuus homo ſitus fuerit. Exinde congregantur omnes (eqvos habentes velociſſimos) per regionem: ſaltem per qvinqve aut ſex à bonis illis milliaria (* degentes. *) Tunc omnes currunt bona verſùs: pervenit autem eqvum qvi habuerit velociſſimum ad primam & præcipuam partem: & ſic ſinguli qviqve, alter poſt alterum, donec totum fuerit ablatum. Ipſe autem minimam aufert partem, qvi ad portionem villæ proximam currendo peruenerit. Poſthac unusqvisqve cum ſua bonorum parte abeqvitat, eamqve ſibi vendicat in ſolidum. Hinc fit, ut eqvi veloces ſint ibi mirè chari. Qvando verò omnia ejus bona conſumta fuerint, tunc (* mortuum *) exportant, & comburunt cum armis & veſtibus. Et plerunqve omnes ipſius opes inſumuntur diutinâ mortui hominis intus reſervatione. Qvod autem per viam collocatur, extranei illi adeqvitant & aſportant. Apud Orientales etiam mos eſt, ut unusqvisqve regionis incola cremetur. Et ſi qvando vel oſſium unum non combuſtum compertum fuerit, id graviter vindicent. Orientales etiam qvandam habent frigoris efficiendi facultatem: atqve hinc fit, qvod ibi mortui homines tamdiu maneant incorrupti: à frigore (* ſcilicet *) in eos inducto.* Orientales vocantur heic Septentrionis noſtri accolæ, more Anglo-Saxonibus & Hibernis familiari. Ji ut ante ſupremum diem, pecuniarum atqve opum partem terræ viſceribus mandarent, Odinus in cauſâ fuit. Etenim fuerat pars promiſſi Othiniani, in Valhalla recuperandos, defoſſos ante obitum theſauros. Ubi enim fidem ſuam obſtrin-

ſtrinxerat, defunctos cum omnibus opibus rogo concreditis in Valhallam intraturos; addit: þeſs skylldi hann oc " niota er hann ſialfr hafdi i iord grafit, h. e. *Ille qvoqve* " *opes mortui uſui* in Valhalla *rederent, qvas ipſe dum in vivis fuerat, terrâ defoderat:* Snotrone in Chronico Norvagico memorante. Et facillimùm eſſe deberet Deo divitiarum, promiſſa implere, qvalis Othinus, cui opum arbitrium & poteſtatem Septentrionales adſcripſerunt, obſervante Scheffero; ff. hâc de cauſâ, ut Joannes Baazius concludit, gg qvod *cum ſoleant in bello milites rapere bona hoſtium, indeqve diteſcere, fecerunt Deum Othinum etiam divitiarum præſidem, ut hunc colerent homines divitiarum cupidi. Sic credebant antiqvi Deum Othinum in domibus divitum habitare.* Tamenetſi hâc qvalitate cum Plutone conveniat, qvem aliæ gentes divitiarum præſidem colebant, inde qvoqve nomen trahentem; rogat enim apud Stobæum hh. Æſchylus,

Unde qvæſo nomen haberet Pluto,
Ni dives optimarum eſſet rerum.

Et potiùs inferorum Deo divitias convenire qvàm cæteris, judicavit Timocreon Rhodius, in opulentiæ deteſtationem exclamans: *Par erat ô cæce Plute, nec terra, nec mari, nec in continenti te usqvam extare, ſed tartareas ſedes & acherontem incolere, propter te namqve nihil non malorum in vita mortalium eſt.* Divitiarum itaqve Deus, Othinus, pauperes in habitationem ſuam recipere dedignabatur, ſed pro opum modo concrematarum, lautius lætiusqve mortuos in Valhallam accipiebat. Ità Snorro: þat var trua þeirra at þui hæra ſem reykinn legdi i loptit upp "

Rrr at

ff. Upſal cap. 7. gg. Hiſt. Eccl. Sveo-Goth. lib. 1, cap. 2.
hh. Serm. 118.

„at þui haleitari væri ſa i himninum er brennuna atti oc þeſs „audgari er meira ſe brann med honum. h. e. *Ea erat illorum opinio, qvò altius flamma in aërem aſcenderet, eò magis acceptabilem in beatorum ſedibus futurum eo rogo concrematum: & eò opulentiorem, qvò majores opes pyrâ ejus conſumerentur.* Inde pulchrè concludit ingens amicus noſter Thormodus Thorfæus: ii. *Veniam igitur merentur veteres Septentrionales, quod bonorum ſuorum non exiguam partem terræ, tanqvam depoſitum, in futurum vitæ uſum concrederent, cum contumelioſiſſimum ducerent, poſt mortem opum ſpendore & magnificentia ab aliis ſuperari.* Miſera inopum & paupertate ſqvallentium conditio, in Valhallam vix receptorum; dicit enim in Gautreksſaga Fiolmodus, miſerabile eſſe, vacuum opum ad Odinum venire. Et ſic ſoli divites beatitudinis Valhallianæ participes credebantur; qvomodo & authoribus Græcis Latinisqve *Beati homines eleganter pro divitibus, & qvi in lauta re verſantur, ponuntur; cumqve hodiè ferè vox hæc de ſalute animæ ſoleat uſurpari, veteres eam etiam deſcribendis bonis fortunæ adhibuerunt*, obſervante Cupero, kk. & in confirmationem complures veterum adducente; qveis nos Plautum modò adjicimus: ll.

Bono ingenio me eſſe ornatam, qvàm auro multo mavolo.
Aurum fortuna invenitur, natura ingenium bonum.
Bonam ego, qvàm beatam me eſſe nimiò dici mavolo.

Qvo fortè reſpectu Frothonem Regem ferro occiſum, & con-

ii. Ser. Reg. Dan. Ms. par. 1. cap. 2. kk. Obſerv. lib. 3. cap. 1.
ll. Pænul. act. 1. ſc. 2.

confeqventer in Valhallam receptum, Starcatherus libro fexto Saxonis, *beatum funere Regem* deprædicat. At ego cum Ariftophane

Numqvam fanè fœlicem æftimavi prædivitem Hominem.

CAPUT X.

Veftes preciofæ, armillæ, annuli, aliaqvæ clenodia fimul fepeliebantur. Conjuges cum maritis mortuis concrematæ & confepultæ, qvò Valhallam venire poffent, ubi amores renovandi. Amicorum, uno mortuo, cæteri fe occiderunt: nonnunqvam uno tumulo illati. Magnificum erat, cum comitatu Valhallam venire, ubi omnes occifi infervirent occifori.

Præter pecuniam mortuo adpofitam, in Vallhalla recipiendam, eâdem opinor de caufâ, & cætera pretiofiora magnificentiæ & cultui infervientia jungebantur, qvibus defuncti fuperbirent. Nam & veftium qvas habuerant pretiociffimas induti, in tumulos inferebantur; qvemadmodum de Norvegiæ Rege Haqvino memorat Sturlæfonius: Logdo þar i Konong med alvæpni fitt ok hinn bezta bunad finn. " h. e. *Sepeliverunt Regem cum armatura plena, & optimis fuis veftibus.* & de Egillo Eigla, eum egregiis veftibus indutum minifterio Grimi, tumulo illatum. His veftimentis confpiciendos fe in altera vita credidiffe, ex Saxone colligo, apud qvem [a]. Hadingus in ea loca vivus adductus, qvæ morienti petenda effent, *prætextatos amictosqve oftro proceres* confpicatur. Exornabantur qvoqve variis cadavera clenodiis. Armillis nempe; qvomodo Egillus fratri Thorolfo exeqvias faciens, illati in tumulum manus aureis exorna-

a. lib. I.

„ ornavit armillis, teſtante Egils ſagâ : Egill for þar til er
„ orroſtan hafdi verit oc hitti þar þorolf brodur ſinn latinn.
„ hann tok upp lik hans oc bio um ſidan eftir ſidveniu grofu
„ þeir þar grof oc ſettu þorolf þar i med vapnum ſinum ol-
„ lum oc klædum. ſidan ſpenti Egill gullbring a hva-
„ ra hond honum adr hann skildiz vid. hlodu ſidann
„ at grioti oc iuſu at mo ldu. h. e. *Egillus ad campum prælii contendit, & fratrem ſuum Thorolfum ibidem reperit cæſum. Cadaver eius ſublatum, ſepulturæ ſolito more adornavit. Tunc ſepulchrum effodierunt, & in illo Thorolfum cum univerſa ſua armatura atqve veſtibus poſuerunt. Egillus prius qvàm diſcederet, utramqve manum fratris armillis aureis circumdedit. Lapides deinde atqve terram affatim aggesſerunt.* Soti cadaver aureâ armillâ ſpoliaſſe Hordum, eamqve rapinam acerbè tuliſſe defunctum, ita memorat Holmveria ſaga : Hordr
„ nade Gullhring af hendi Sota. þat var ſva godr gripr at
„ menn ſegia at engi hringr hafi iafngodr til Iſlandz komit.
„ Enn er hann miſti hringſins qvad hann viſu.

„ Hordr rænti mik
„ hringnum goda
„ halfu ſidr villda ek
„ hans um miſſa
„ en giorvallrar
„ grana birdar
„ hann skal verda
„ at hofud bana
„ þer oc ollum
„ þeim er eiga.

„ Hordr qvad.

„ þo hitt ek viſſa at

„at halldaz mundi
„oll ummæli
„eydi godverka
„þa skylldi eigi
„skaud afgomul
„leingr niota
„lægis brima.

Vist skalltu þat vita segir Soti at sa hringr skal verda þer at bana oc ollum þeim er eiga nema konur eigi.” h. e. *Hordus è manu Soti auream armillam abstraxit, quod tantum clenodium erat, ut tam insignem armillam in Islandiam nunqvam delatam esse, traditum sit. Cumqve Sotus armilla spoliaretur, carmen cecinit:*

Hordus me spoliavit
armilla illa egregia,
multo minus volui
eam amittere
qvàm universum
Grani onus (aurum.)
hæc fiet
neci
tibi & omnibus
qvi eam possident.

Hordus cecinit:

Qvamvis scirem
rata futura
omnia verba
bonorum actuum destructoris, (Soti)
non tamen
contemptus senex

diutius frueretur
maris igne (auro.)

Certò ſcias, ait Sotus, hanc armillam tibi neci fore, omnibusqve poſſeſſoribus, niſi poſſideant fœminæ. Cum autem exeqviæ magni alicujus viri inſignes ducerentur, armillæ feretro præferebantur, uti colligi poteſt ex præcepto Haſtingi Dani, qvi ſimulatis exeqviis ſuis Lunam urbem, eventu voto reſpondente, capere diſponens, poſt acceptum baptiſmum, mortem ſubitam fingit, & ab Comite & Epiſcopo civitatis, in urbe eum ſepeliri permiſſum eſt: militibus itaqve congregatis ordinem celebrandi funeris ſui exponens, & hoc, recenſente Dudone S. Qvintini Decano, [b] mandavit: *Mihi modo facite feretrum, & ſuperponite me qvaſi mortuum. Armillas & baltheos ferri ante feretrum facite.* Neqve ille ritus Chriſtianos animos offendebat, cum & armillam capulo ſimul cum defuncto incluſam, ad pios deinde uſus tranſlatam, celebre ſuppeditet exemplum Hiſtoria Hallfrodi Vandrædaſcaldi, ubi Olaus
„ Rex Halfredo abeunti dixit: þeſſa gripi skalltu þiggia af
„ mer. pellz skickiu. hring oc hialm. loga eigi gripunum
„ ſegir konungr þviat med þer skulu þeir til kirkiu fara enn
„ i kiſtu leggia hia þer ef þu andaz i hafi. Et poſtea:
„ Hallfredr var i kiſtu lagdr oc gripir hans med honum.
„ skickia hialmr oc hringr oc skotid ſidan fyrir bord ollu
„ ſaman. Et paulo poſt: lik Hallfredar var fært til kirkiu
„ oc var grafir uirduliga. Kalekr var gior af hringinum en
„ alltaris klædi af skickiunni. en kerti ſtikur or hialminum.
h. e. *Hæc clenodia tibi à me donata accipies, trabeam è panno pretioſo, armillam, & galeam. His te unqvam privari, non patere, tecum enim in Eccleſiam inferentur: cum te mor-*

b. de mor. & act. Norm. lib. 1.

mortuo includentur capulo, si in itinere navali obierit. Halfrodus (cum ex Svecia in Islandiã trajiceret, defunctus) *capulo inclusus, unà cum cymeliis ipsius, trabeâ, armillâ, & galeâ, in mare projicitur. Cadaver Halfrodi* (ab Hebridensibus repertum) *ad Templum deportatum, honorificæ traditum est sepulturæ. Calix facta est ex armilla: palla altaris ex trabea: candelabrum ex galea.* Romanos nonnunqvam armillas in sepulchra seeum inferri voluisse, ex l.40. ff. de auro, argento, mundo, etc. legatis: *Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi, qvæcunqve sepulturæ meæ causâ ferã ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdis;* colligit beatæ memoriæ Pater meus, in schedio de armillis veterum, ubi prius probatum dederat, armillas qvondam vulgò virilias & viriolas dictas. Annulos autem Romani morientibus detrahebant, teste Plinio, [c] non *religione qvadam*, ut Torrentius imposuit Kirchmanno, Plinium scripsisse; apud qvem nulla superstitionis in his verbis mentio: *Qvæ fuit illa priscorum vita, qvalis innocentia, in qva nihil signabatur? At nunc cibi qvoqve ac potus annulo vindicantur à rapina. Rapiendæ comparantur epulæ, pariterqve qvi rapiant eas, & claves qvoqve ipsas signasse non est satis: gravatis somno aut morientibus annuli detrahuntur.* Signatorios intelligit, qvi Hæredibus ut plurimum tradebantur, vel à morientibus ipsis, qvomodo apud Valerium Maximum, [d] T. Barrulus Lentulo Spintheri, *decedens suos annulos, perinde atqve unico hæredi tradidit.* vel ab iis qvi mortuis detraxerant, uti ex Helenæ Adiabenorum Reginæ facto, apud Josephum Antiqvitatum libri vicesimi capite secundo, colligunt, qvæ Monabazum faciens procuratorem regni, dedit ei *annulum patris signatorium;*

c. Hist. Nat. lib. 33. cap. 1. d. lib. 7. cap. 8.

rium; qvem Helena, sine dubio Regi fato functo ademerat. Nunqvam autem, qvo signanda signabant, ideo detractum, ne in pollinctorum manus perveniret, atqve iterum post redditum digito, & unà cum cadavere combustum, ab Kirchmanno mihi patiar persvaderi, qvi generalem eam de qvocunqve annulorum genere facit conjecturam, capite vicesimo secundo libri de Annulis, cum advocatus ab ipso Propertii locus, [a] credere me inducat, gemmis oneratos fuisse, qvi comburendorum digitis inducebantur:

Et solitum digito beryllon adederat ignis,
Summaqve Lethæus triverat ora liqvor.

& mox Cynthiæ stomachantis exprobratio seqvitur:

Cur ventos non ipse rogis ingrate petisti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?
Hoc etiam grave erat, nulla mercede hyacinthos
Injicere.

falli Beroaldum, qvi flores heic interpretatur, observat Passeratius, cùm gemmæ fuerint, de qvibus Plinius agit libri tricesimi septimi capite nono; Cùmqve etiam Statius dicat, gemmas in rogo crepitare. Nostros qvod attinet; de Hialmaro moribundo memorat Hervarar saga, eum rogasse socium suum Oddum, detractum sibi annulum amasiæ suæ Ingeburgi perferret:

„ Dragdu mier af hendi
„ Hringin rauda;
„ Færdu minni ungu
„ Ingibiaurgu:
„ Sa mun henni
„ Hugfastur treigi
„ Er hun sidan

Sier

[a] lib. 4. eleg. 7.

„Sier mig aldrey.
h. e.
Detrahe manui meæ
annulum rubrum,
adfer eum meæ juvenculæ
Ingiborgæ.
Is illius animo
inhærebit dolor,
qvod exhinc
me nunqvam videbit.

Neqve tamen qvicqvam dicere prohibet, eumdem annulum postea cum Hialmaro ſepeliri potuiſſe, cum Oddus non annulum modò, ſed & cadaver ipſius in Sveciam reportaverit: & annulos aureos magnâ ſpecie mortuis tunc induxerint, ut Balderi exeqvias per omnia imitarentur, qvas deſcribens mythologia Eddæ qvadrageſima tertia, & hoc commemorat: Odinn lagdi a balid gullhring þann er draup-" nir heitir. honum fylgdi ſidan ſu nattura. at hina niundu " hueria nott drupu af honum atta hringar iafnhofger." qvæ ita reddidit Magnus Olavius: *Odinus annulum aureum, qvi Drupner dicitur, rogo impoſuit: cui hæc deinceps adjecta eſt natura, ut nonâ qvalibet nocte octo ab illo deſtillarent annuli, ipſi pondere pares.* Tamen etſi nihil impedit, qvin *Drupnerem* armillam æqvè ac annulum fuiſſe dicamus, cum *Gullbringr* aureum circulum denotet: neqve aliud in monumentis priſcis vocabulum armillas, qvarum tamen freqvens apud antiqvos uſus, exprimens occurrat; annulus autem communiſſimè *fingrgull* ſeu aurum digitale vocetur, qvali certè eâdem cum Baldero pyrâ in cineres redacta uxor ejus Nanna ornata fuit, & illæſum ad inferos

secum tulit, si mythologiæ qvadragesimæ qvartæ auscultamus, ubi illa Fullæ annulum, Balderus Othino armillam seu „ annulum ex inferis remittunt: þa stod Hermodr upp enn „ Balldr leiddi hann ut or hollinni ok tok hringinn Draupni „ ok sendi Odni til minia enn Nanna sendi Frigg ripti. ok „ enn fleiri giafir. Fullu fingrgull. h. e. *Tunc surrexit Hermodus, qvem ex aulâ Balderus eduxit, atqve Odino Drupnerem annulum mnemosynon remisit. Nanna autem Fryggæ monile succineum & adhuc alia dona, Fullæ aureum annulum mittebat.* qvæ sic annotata crediderim in confirmationem istius opinionis, omnium rerum ferali igni additarum copiam rursus mortuis in alterâ vitâ suppeditare.

Et hæc ipsissima causa Conjugum unà concrematarum atqve consepultarum. Pleni sunt Historicorum libri, varias apud nationes, uxores maritis superstites simul cum defunctis crematas, vel super corpora eorum interfectas. De Thracibus testatur Herodotus, [f.] & ex eo Mela, qvem Solinus seqvitur. De Herulis Procopius.[g.] De Polonis Ditmarus, [h.] adhuc gentilibus: *unaqvæqve mulier post viri exeqvias sui igne cremati, decollata subseqvitur.* De Prussis indicat ex Hennebergero, rerum Prussicarum dissertatione decimâ tertiâ Hartknochius. De Winedis Bonifacius Episcopus Moguntinus: [i.] *Winedi tam magno zelo matrimonii amorem mutuum servant, ut mulier, viro proprio mortuo, vivere recuset; & laudabilis mulier inter illas esse judicatur, qvæ propria manu sibi mortem intulit, ut in una strue pariter ardeat cum viro suo.* Deniqve de Indis post Strabonem, magnificè Valerius Maximus: [k.] *Respiciantur Indorum feminæ, qvæ cum more patrio complures eidem*

f. lib. 5. g. Hist. Goth. lib. 2. h. lib. ult. i. epist. 19. k. lib. 2. cap. 6.

eidem nuptæ esse soleant, mortuo marito, in certamen judiciumqve veniunt, qvam ex iis maximè dilexerit: victrix gaudio exultans, deductaqve à necessariis lætum præferens vultum, conjugis se flammis superjacit & cum eo tanqvam felicissima crematur: superatæ cum tristitia & mœrore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam, adjice Celtibericam fidem, junge animosam Thraciæ sapientiam, annecte Lyciorum in luctibus abjiciendis callide qvæsitam rationem: Indico tamen rogo nihil eorum præferes, qvem uxoris pietas in modum genialis tori, propinqvæ mortis secura conscendit. Nullibi freqventius qvàm in Septentrione adhuc gentili, qvippe Lege eam injungente crudelitatem; teste Oddo Monacho in vita Olai Tryggvasonii Regis Norvegiæ, Sigridam Storradam apud Ericum Regem Sveciæ remanere noluisse, hàc de causâ: Sumir segia at hon vildi fyrir þvi eigi " med honū vera at þat varo log i landi ef misdaudi yrdi hio- " na at konu skylldi setia i haug hia honum. En hon vissi at " þat la a konungi at hann skylldi eigi lifa um tiu vetr. oc het " hann þvi til sigrs ser þa er hann bardiz vid Styrbiorn at " hann skylldi eigi lengr lifa siþan en tiu vetr. h.e. *Tra-* " *dunt qvidam eam idcirco cum illo remanere noluisse, qvod lex istius patriæ, si ex conjugibus maritus moreretur, superstitem uxorem tumulo simul inferri juberet; Novit autem Regem decem annos non supervivere posse, cum contra Styrbiornum dimicans votum vovisset, se non ultra decem annos vitæ exinde expetere, modò victoriam adipisceretur.* Aliàs ad exeqvias mariti, vitam sibi eripiebant ipsæ, ut communi sepulturâ gauderent, de Gunnilda memorante Saxone:[1] *Corpus ejus solenni funere elatum apud Upsalam regiis procuratur exeqviis. Cujus conjux Gunnilda ne ei*

1. lib. 1.

supereſſet, ſpiritum ſibi ferro ſurripuit, virumqve fato inſeqvi, qvàm vita deſerere præoptavit. Hujus corpus amici ſepulturæ mandantes, mariti cineribus adjunxerunt: dignam ejus tumulo rati, cujus charitatem vitæ prætulerat. Jacet itaqve Gunnilda aliqvanto ſpecioſius virum buſti qvàm tori ſocietate complexa. Cum Orvaroddus rogatus ab animam exhalante amico ſuo Hialmaro, ne eidem cum Berſerkis tumulo cadaver ipſius inferret, ſublatum in humeros ad Sveciam reportaſſet; corpore exanimi conſpecto, Ingeburgis ſponſa defuncti, mortem à propriâ manu impetravit, ultra ſponſi fata vitam producere repudians, ut habe-
„tur in Hervarar ſagâ: Ingibiorg dottir Inga kongs villdi
„ey lifa epter Hialmar, oc riedi ſier ſialfri bana. h. e. *Ingiburgis filia Ingonis Regis Hialmaro ſupervivere noluit, ſed mortem ſibi ipſa conſcivit.* at aliter mortis genus enar-
„rat Ordvaroddzſaga: Sidan geck hann til Ingibiargar þar
„ſem hun ſat a ſtoli. hun var at ſauma Hialmari ſkyrtu.
„Her er hringr ſegir Oddr er Hialmarr ſendi þer a deyianda
„degi ok kvediu ſina med. hun tekr vid ok ſvarar engu. hun
„hnigr þegar aptr af ſtolinum oc do þegar. h. e. *Deinde ad Ingeburgem acceſſit in ſella ſedentem, & induſium Hialmaro parantem. Heic annulum, inqvit Oddus, à moribundo Hialmaro miſſum, cum ſalutatione tibi fero. Illa eum recepit, nihil locuta: ſtatimqve è ſella reclinis cadens moritur.* Ut ſolâ doloris vi protinus extinctam appareat: qvale conjugalis amoris exemplum dedit Svanhvita, qvæ marito defuncto, *parvo poſt & ipſa morbo ex mæſtitia contracto decedit, fato virum inſecuta, à qvo vita diſtrahi paſſa non fuerat:* ut loqvitur libro ſecundo Saxo Grammaticus. Non minora Amletho pollicebatur adducta ex

Sco-

Scotia Hermutruda, qvæ ne in acie qvidem se eum desertu-ram spopondit, *detestabilem inqviens fœminam, qvæ marito morte conferri formidaret*; sed eum promissionem parùm exeqveretur, in sexum invehitur Saxo: m. *Ita votum omne fœmineum fortunæ varietas abripit, temporum mutatio dissolvit: & muliebris animi fidem lubrico nixam vestigio fortuiti rerum casus extenuant: qvæ sicut ad pollicendum facilis, ita ad persolvendum segnis, variis voluptatis irritamentis astringitur, atqve ad recentia semper avidius expetenda, veterum immemor, anhelâ præceps cupiditate dissultat.* Causam autem, cur lex tam tetrica in Septentrione lata fuerit: & mors uxorum votis tantoperè expetita, ut sepulturæ communione gauderent, expressisse videtur Orvaroddus, ad mortem Ingeburgis cum risu dicens: nu skulu þid niotaz daud fyrst yckur vard eigi audid lif- " andi. h. e. *iam mortui cohabitabitis, qvod viventibus fata negaverunt.* & cum dicto illam apud Hialmari corpus posuit, eidemqve tumulo intulit utrumqve. Post mortem namqve simul mansuros, si communi sepulturâ fruerentur, persvasum habebant. Dederant exemplum in tempora inseqventia Balderi exeqviæ, ubi & hoc memorabile, in mythologiâ Eddæ qvadragesimâ tertiâ: þa var " borid ut a skipit lik Balldrs. enn er þat sa kona hans " Nanna Nepsdottir þa sprakk hon af harmi ok do. var " hon borin a balit ok slegit i elldi. h. e. *Corpus Balderi* " *in navim deportari conspiciens uxor ipsius Nanna Nepi filia, dolore extincta est. Tunc illa in pyram portatur, igne injecto.* Hoc par conjugum, conjunctum apud inferos, offendisse Hermodum, ex mythologia seqventi liqvet: Et aulam Valicam fœminis maritos in mortem comitantibus

Sff 3 patu-

m. lib. 4.

patuiſſe, ex Gautreks ſaga adparet, ubi Skapnartungum ex rupe præcipitem ſe cum uxore dantem, lætum utrumqve ad „ Odinum meaſſe memoratur: leiddu bornin faudur ſin ok „ moder oſan ſyri æternis ſtapa, ok foro þau glod ok kat til Odins. h. e. *Liberi patrem & matrem ex rupe familiæ præcipites deturbarunt, cum lætitia & hilaritate ad Odinum pergentes.* Lætabantur enim, amorem conjugalem in præſenti vitâ inchoatum, in futurâ non ceſſare debere; qvam ſpem Chriſtus à ſe denominatis ademit, apud Matthæum [n] inqviens: *In reſurrectione neqve uxores ducunt, neqve nuptum dantur: ſed ſunt ut angeli Dei in cœlo.* Judæi, carnales homines, gaudia futuræ vitæ ex illecebris hujus ſeculi metientes, reſuſcitatos in novo mundo & matrimonia inter ſe contracturos, & liberos procreaturos credunt, fidem faciente Menaſſeh Ben Iſrael de reſurrectione mortuorum libri tertii capite nono; tamen qvaſi luxuriæ deſiderium excuſaturus, addit: *at ſummâ cum continentiâ & moderatione.* Mahumetani autem continentiæ oſores, effuſam libidinem in Paradiſo anhelant, ubi concubitus immoderatos, qvales vel impudica horrerent proſtibula, ipſis promiſit Legislator eorum; ſicut legitur in Doctrina Machumetis, ex Arabico per Hermannum Dalmatam tranſlatâ, & ab Theodoro Bibliandro editâ: *Et qvoniam de victu incolarum plenè expoſuiſti, reſtat, ut de voluptate eorum proſeqvaris. Et illud primum, qvoniam comedent & bibent, ſi etiam miſceantur illic mulieribus, idq́ qvaliter, & qva lege. Reſpondit, ſi ullum oblectamenti genus deeſſet, beatitudo minime plena eſſet. Fruſtra ergo deliciæ adeſſent, ſi voluptas deeſſet. Qvinimo ſi qvicqvid volunt, præſto eſt, & qvaſcunqve, & qvomodocunqve volunt habent, & qvaliter,*

n. cap. 22. v. 30.

ter, & ubi, & qvando, & qvantum, & qvoties volunt, sine mora & difficultate, ita qvidem, qvod qvas hic uxores habuerunt fideles, habebunt & illic, cæteræ, concubinæ erunt. Tam effrœnis luxuriæ conceptum formasse sibi veteres Danos, nullo modo credibile, qvibus ea fœditas invisa; illud autem palmarium amantium discutiendis mortis minis solatium, legitimos atqve pudicos renovandos in Valhalla amores. Hagbarthus ob Sygnes Sigari filiæ, qvam deperibat, fratres cæsos, cùm moriendum sibi sciret, si à Patre interfectorum caperetur, id modò prænoscere anxius allaborabat, fatane sua inseqvi vellet dilecta amasia & tori socia; itaqve memorat Saxo, o. eum inter mutuæ voluptatis colloqvia talibus sensim orsis Sygnem compellasse:

Si captum genitor tuus
Me tristi dederit neci,
Numqvid conjugii fidem,
Tanti fœderis immemor,
Post fatum repetes meum?
Dic ergo, Venus unica,
Qvam voti speciem feres,
Complexu solito carens.

Ad hæc Sygne:

Me crede tecum, chare, velle commori,
Si sors exitii prætulerit vicem;
Nec ulla vitæ prorogare tempora,
Qvum te mors tumulo tristis adegerit.
Nam si supremam fortè lucem clauseris,
Lictorum rabido subditus ausui;
Qvacunqve letho præfocetur halitus,
Morbo, seu gladio; gurgite, vel solo;

Omnis

o. lib. 7.

Omnis petulcæ labis ignes abdico,
Et me consimili devoveo neci:
Ut qvos idem fœdus tori revinxerat,
Idem supplicii contineat modus.

Ex qvo promisso emanans voluptas ita Hagbarthi animum vegetavit, ut comprehensus & ad patibulum condemnatus, cum ad montem suspendio consumendus duceretur, *experturus amasiæ fidem, amiculum suum à lictoribus suspendi præcepit, voluptati sibi esse præfatus, si propinqvæ mortis instar alicujus spectaculi imagine pervidisset.* Interea Sygne promissioni fidem adjectura, *qvem unicè tori consortem habuerit, fato inseqvi velle se dicit, jubetqve mox ut signum è specula datum esset, faces thalamo subdi, deinde laqveos ex peplis fieri, hisdemqve fauces, pulso pedum fulcimine, strangulandas præberi.* Speculæ custos amiculum Hagbarthi stipiti affixum cernens, id circa ipsum Hagbarthum peragi ratus, conclusis intra aulam puellis conspecta denunciat. *Illæ mox datis incendio tectis, subjecta pedibus robora depellentes, gulas laqveis obtorqvendas dederunt.* Igitur Hagbarthus regiam igni implicatam conspiciens, ac notum conflagrare cubiculum, plus lætitiæ se ex amicæ fide, qvàm mœroris ex propinqva morte sentire perhibuit. Qvin etiam astantes ad necem sibi inferendam hortatus, in qvàm parvo momento fatum poneret, hujusmodi carmine protestatur:

Ocius, ô juvenes, correptus in aëra tollar,
Dulce mihi, nupta, est post tua fata mori.
Aspicio crepitus & tecta rubentia flammis,
Pollicitusqve diu pacta revelat amor.
En tua non dubiis completur pactio votis,

Qvum

Qvum vitæ mihi sis interitusqve comes.
Unus erit finis, unus post fœdera nexus;
Nec passim poterit prima perire venus.
Felix qvi tanto merui consorte juvari,
Nec malè tartareos solus adire deos.
Ergo premant medias subjecta tenacula fauces,
Nil nisi qvod libeat, pœna suprema feret;
Qvum restaurandæ veneris spes certa supersit,
Et mors delicias mox habitura suas.

Ecce enim oblatum libens discrimen accipio, qvum ne apud manes qvidem amor ipse participis sui complexum deperire patiatur. Mirum, qvantum spes renovandi in altera vita amoris infuderit securitatis,& ignominiosæ mortis dulcedinem! ut non sine causa dixerit in Phædone Plato, *plerosqve, ubi aliqvid ex rebus his humanis amiserunt; pueros nimirum,qvos amabant, conjuges vel liberos, optasse suâ sponte mori, tantum qvod sperarent, ibi eos se visuros, aut consortio eorum, qvos desiderabant, fruituros.*

Sic in Septentrione nostro, non conjuges modò,amicos qvoqve, consvetudinis dulcedo in sociale funus traxit,ejus post obitum continuandæ desiderio. Asmundum & Asvitum Saxo p. scribit conjuravisse, qvemcunqve eorum vita prolixior excepisset,mortuo contumulandum fore. Neqve minora amicitiæ specimina alii dederunt, qvi supremis amicorum auditis, finire vitam non verebantur. Ut sæpius laudatum Daniæ Regem Hadingum omittam, qvi extincto Hundingo supcresse non passus, suspendio se vulgo inspectante consumpsit; illustre aliud dabo ex. Vatzdæla exemplum: Enn er Eyvindr Sorkvir fretti þetta. mællti hann " vid fostrson sinn. far þu oc seig Gauti vin minum hvat'ek "

Ttt tek

p. lib. 5.

„tek til. oc flikt þætti met honum til liggia. bra hann þa „saxi undan skickiu ser oc let fallaz a ofan. oc do sva. oc „er Gautr spyrr þetta mællti hann. Erat vinum lift Ingi- „mundar. oc skal neyta godz bragds Eyvindar vinar mins. „oc bra saxi fyrir brioft ser oc drap sik sva. h. e. *Ubi Eyvindus Sorkver mortem Ingemundi audivit, alumno suo dixit: Abi ad amicum meum Gotum; & quod me agentem conspexeris, refer, & idem ipsi expedire & honestum esse. Tunc extracto, quod pallio absconderat, gladio incubuit, & expiravit. Gotus his acceptis dixit: nunc amicis Ingemundi vita denegatur: ego amici mei Eyvindi consilium amplector. Tunc pectore gladio perfosso, animam emisit.* Fuisse apud Gallos, *qui se in rogos suorum, velut unà victuri, libenter immitterent*, Mela q. testatur. Forsan illis idem qvod nostris desiderium, cum turba & qvàm maximo comitatu inferos petere. Etenim & qvi vivi tumulos intrasse memorantur, plures in idem fatum trahebant; qvomodo Herlogus Regulus Nomodaliæ in collem ante præparatum cum duodecim amicis subivit, & terram super se „aggeri fecit, memorante Sturlæsonio: Nordr i Naumudal „voro brædr tveir konongar Herlaugr ok Hrollaugr. þeir „hofdo verit at þriu sumor at giora haug einn. sa haugr var „ladinn med grioti ok limi ok giorr vidom. Enn er hau- „grinn var algiorr þa spurdu þeir brædr þau tidindi at Ha- „ralldr konongr for a hendr þeim med her. þa let Herlaugr „aka til haugsins vist mikla ok drykk. eftir þat gekk Her- „laugr konongr i hauginn med tolf menn. let sidan kasta „aftr hauginn. h. e. *In Nomodalia Reges erant duo fratres Herlogus & Hrollogus. Hi triennium tumulo parando impenderant, qvi ex lapide, cæmento & lignis extructus*

q. lib. 3. cap. 2.

tructus erat. Absoluto opere, fratres prædicti certiores fiunt, Haraldum Regem copiis instructum ipsos invadere velle. Tunc Herlogus magnam ciborum & potus copiam ad tumulum devehi curavit; deinde ipse cum duodecim viris tumulum intravit, qvi mox super eos occlusus est. Et qvi emissas in acie animas ad Valhallam venire desiderabant, comitatiores illam petere cupientes, complures fati consortes adsciscere gestiebant, ut de Haraldo Hyldetand Saxo libro octavo loqvitur. Inprimis hostes illuc præmittere allaborabant, qvòd, observante etiam in librum primum Saxonis Brynolfo, ministros occisori futuros, omnes ab eo cæsos crederent. Unde & ovasse conjecerim Regnerum Lodbroch, qvod Helsingianos ante se ad aulam Odini præmisisset:

,, Hiuggum ver med hiorvi
,, Hedins kvanar vard audit
,, þa er Helsingia heimtum
,, Til heimsala Odins.

h. e.

Pugnavimus ensibus.
Pugnæ facta copia est,
Cum Helsingianos adduci fecimus
Ad aulam Odini.

Et Hagbartho ad patibulum eunti, cùm Regina terrorem injectura caneret, qvod mox esset

Iturus in reclusam
Ditis severi regiam;
Patibuloqve corpus,
Orco daturus spiritum.

Ille mortis comminationem, interfectorum priùs à se filiorum reginæ exprobratione ulciscitur:

Non impune truces adibo manes.
Nam nostro prius hos peracta nisu
Clades tartareis reclusit antris.
Hæc vestro maduit cruore dextra,
Hæc proli teneros ademit annos,
Qvam luci tua procreavit alvus,
Cui nec funereus pepercit ensis.

Ungaris, Scythicæ qvoqve originis genti, manantem à Scythis, unde nostri etiam eam traxerunt, eandem fuisse credulitatem, ex Bonfinio [r] audiamus: *Ex his qvi cæsi sunt, nobile Lebelis facinus prædicant, hunc cum Bulcho captum, ad Conradumq; ductum referunt. Post hæc percunctanti principi, cur tam diro Christianos animo insectarentur, eum ita respondisse aiunt, Humanorum, inqvit, scelerum sumus ultores, & ad supplicia vestra à Deo editi, qvum vos persequi desinimus, tunc à vobis, irato Numine, capimur, & obtruncamur. Admiratus hæc Imperator, optandæ mortis potestatem obtulit. Lebel antequam optaret, tubam, qva in bello utebatur, postulavit; qva data, Conradi caput lethali vulnere, extemplo confregit. Præibis, inqvit, ad inferos, & ibi mihi servies. Credebant enim Scythæ, qvoscunqve in hac vita cæderent, eorum in altera servitio esse potituros.* Hoc ignominiæ ut evitarent, simul occidi inimicos, omni vi annitebantur, ut de Grimone habet Saxo, [s] supremi vix spiritus potentem, filium semetqve ipsum extimulasse:

Prima hostis scapulas sectio comprimat,
Et ferrum geminas abripiat manus,

Ut

r. Rer. Ungar. dec. 1. lib. 10. s. lib. 7.

Ut qvum nos Stygius Pluto receperit,
Olonem qvoqve par exitus occupet,
Et commune tribus funus inhorreat,
Una trium cineres urnaqve contegat.

Erat enim & hoc ingens ad fortiter hostibus incumbendum, militibus incitamentum, qvò omnes in Valhalla habendi defunctis honores tendebant, ut eò magis intrepidè in arma & mortem ruerent.

CAPUT XI.

In bello casuri, in Valhallam invitabantur, vel per ipsum Odinum, vel per Valkyrias, Virgines Odini, ei ministerio deputatas. Dii ipsis nonnunqvam emissi obviàm, ea magnifica receptio. In Valhallam recepti, Einheriar seu Moneboroës vocati; & juxtà cæsorum antea numerum, honoratum locum nanciscebantur.

Qvi bello casuri ad Valhallam venirent, illuc prius vocatione divinâ invitari credebantur. Nonnunqvam per ipsum Odinum, Sturlæsonio confirmante: Opt þotti " Svium hann vittraz fyrir ser adr storar orrostor yrdi, gaf " hann þa sumum sigr en sumum baud hann til sin. þotti þar " godr kostr hvartveggi. h. e. *Svecis sæpius credebatur ap-* " *parere anteqvàm cruenta prælia consererentur; tunc qvibusdam victoriam addixit, alios ad se invitavit. Utraqve conditio optabilis videbatur.* Sed cum laborioso muneri divinitas ejus sola non sufficeret explendo, adjunguntur ad ejus ministerium virgines qvædam, dictæ Valkyriur, h. e. *cædendos eligentes*, qvæ ipso jubente ad prælia pergentes, interficiendos deligerent, & victoriam moderarentur. Eddæ mythologia tricesima prima: þessar heita Valkyriur, "

„ þær sendir Odinn til hverrar orrosto. þær kiosa feigd a
„ menn ok rada sigri. Gudr ok Rota ok Norn en yngsta er
„ Skulld heitir rida jafnan at kiosa val ok raada vigum. h. e.
Hæ nominantur Valkyriæ, quas quodvis ad prælium Odinus mittit. Hæ viros morti destinant, & victoriam gubernant. Gunna & Rota & Parcarum minima, Skullda nomine, equitant semper ad morituros eligendos, & cædes in potestate habent. Has aliasque recenset prolixiùs Voluspa:

„Sa hon Valkyrior
„vitt um komnar
„gorfar at rida
„til godþiodar.
„Skulld hellt skilldi
„enn Skaugol onnur
„Gunnr Hilldr Gaundol
„oc Geirskaugol.
„Nu ero taldar
„naunnor Herians
„gorfar at rida
„grund Valkyrior.

h. e.

Vidit Valkyrias
è longinquo advenientes,
ordinatas ut equitarent
ad Dei populum, seu, populum Deo Odino per cædem destinatum.
Skulda scutum tenens,
& Skogula secunda,
Gunna, Hilda, Gondula,
& Geirskogula, seu, Skogula hastæ gerula.

Jam

Jam enumeratæ sunt
Virgines Odini,
ordinatæ ut equitent
per terram, Valkyriæ.

Plures autem in Sæmundi Edda adhuc occurrunt, Valkyriarum nomine dignatæ, descriptæ præsertim ab eâ qvalitate, qvod per aëra atqve maria celerrimè eqvitare nossent, beneficio alarum olorinarum. Helgaqviþa Haddingaskata: Eylimi het konungr, dottir bans var Svava hon " var Valkyria oc reid lopt oc log. h. e. *Eylimus vocatus " est Rex qvidam, filiam habens nomine Svavam; qvæ Valkyria fuit, per aëra & maria eqvitans.* Helgaqvida Hundingsbana onnur: Haugni het konungr hans dottir " var Sigrun hon var valkyria oc reid lopt oc log. h. e. " *Hogni Regis filia erat Sigruna, qvæ Valkyria cum esset, per aëra & maria eqvitavit.* & postea: Reid hon med " Valkyrior um lopt oc um log at leita Helga: h. e. *Sigruna cum aliis Valkyriis, per aëra & maria, Helgoni investigando eqvitavit.* & ibidem: þeir sa i loptino at " Valkyrior nio rido. h. e. *Viderunt* Helgo & ejus socii *Valkyrias novem in aëre eqvitantes.* Vaulundar qvida: Snemma of morgun fundo þeir a vatz strondo konor " þriar oc spunno lin, þar voro hia þeim alftahamir þeirra. " þær voro Valkyrior. h. e. *Summo mane* Finnorum regis " filii *tres fœminas linum nentes in stagni cujusdam ripa invenerunt, qvibus exuviæ ipsarum olorinæ adjacebant. Hæ Valkyriæ erant.* & ibidem: sek Egill Aulrunar enn " Slagfiþr Svanhvitar en Vaulundr Alvitrar. þau bioggo " siau vetr. þa flugo þær at vitia viga. h. e. *Egillus Olrunam uxorem duxit, Slagfinnus Svanhvitam, & Volundus*

Al-

Alvitram; cumqve septennium cohabitassent, illæ ad prælia avolabant. Valkyriarum itaqve unam alteramqve sub præliorum tempora emittere Odinus credebatur, præsertim ad eminentiores viros, in pugnâ casuros. " Sic incipit nobilitate & antiqvitate insignis, licet inter abstrusissimas computanda, de cæde Haqvini Norvegiæ Regis per Eyvindum composita Cantilena ; cujus nobis conservatæ gratiam Snorroni Sturlæsonio prolixam habemus, qvi eam Chronico Norvagico, ut eminentissimum antiqvitatis thesaurum, inserere non dubitavit integram, hoc brevi præmisso elogio: ,, Eyvindr Skalldaspillir orti kvædi eitt um fall Hakonar ,, konongs ok sva hverso honom var fagnat. Þar ero kollud ,, Hakonarmal, h. e. *Eyvindus Skaldaspillerus carmen composuit de cæde Haqvini Regis, & ejusdem* in Valhallam *receptione: Illud vocabatur: Sermo de Haqvino.* Author antiqvæ historiæ Norvagicæ, qvæ *Noregs kononga tal,* h. e. *Regum Norvagiæ Series* inscribitur, descriptionem ultimi & fatalis Haqvino Regi prælii, eidem Cantilenæ fatetur se ,, debere, de qva notabiliter præfatur: sem Eyvindr segir ,, i kvæde Þui er hann orte æftir fall Haconar. oc sætti hann ,, Þar æftir Þui sem Gunilldr hafde latet yrkia um Æirik ,, bonda sinn. sem Oden bydi hanum hæim til Valhal- ,, lar. oc segir hann marga atburdi i kvædeno fra ,, orrostunni. oc hæfr sva. h. e. *sicut dicit Eyvindus in cantilena, qvam post casum Haqvini composuit, ad imitationem illius, qvam Gunnilda confici fecit de marito suo Erico; tanqvam Odinus eum ad Valhallam invitaret. Et multa memorabiliora prælii, eidem cantilenæ inserit, qvæ sic orditur:*

,, Gaundol oc Skaugul
,, sendi Gautatyr

at

,, at kiosa of konunga.
,, hverr Yngva ættar skylldi
,, med Odni fara
,, oc i Valhaull vera.
,, Brodor fundo þær Biarnar
,, i brynio fara.

h. e.

Gondulam & Skogulam
misit Odinus,
è Regibus eligere,
qvisnam ex Yngonis prosapia
ad Odinum iret,
ac in Valhalla maneret.
Fratrem invenerunt Biornonis
loricam induentem.

Eas etiam ad se ab Odino missas accersendum, canit illustrissimus Rex Daniæ Regnerus Lodbrok, Disas pro Valkyriis nuncupans:

,, Fisumst hins at hætta
,, heim bioda mer disir
,, sem fra herians haullo
,, hefir Oþinn mer sendar.

h. e.

Fert animus finire,
invitant me Disæ,
qvas ex Othini aula
Othinus mihi misit.

Balderum non per Valkyriam, sed per Proserpinam Saxo Grammaticus [a] instantis mortis nuncium, & qvasi in sedes mortuorum invitationem, ideo notat accepisse, qvòd in Edda

Vvv

a. lib. 3.

da dicatur Balderus, post indignam cædem, non in Valhallam, qvò tamen utpote vi extinctus recipi debebatur, sed ad Erebum venisse, cujus Regina Latinis Poëtis fingebatur Proserpina: *Posterâ*, inqvit, *nocte eidem Proserpina per qvietem astare aspecta, postridie se ejus complexu usuram denunciat. Nec inane somnii præsagium fuit. Nam Balderum elapso triduo, nimius vulneris cruciatus absumpsit.* At verò Valkyriæ ad Haqvinum Regem Norvegiæ morte auferendum missæ, peractâ legatione, ad Odinum reversæ; Regem adventare, magnificè in numerum Heroum, & inter Deorum adsessores recipiendum, in Haconarmalum prænunciant:

„ Gondol þat mællti
„ studdiz geirs skapti
„ vex nu gengi goda
„ er Hakon hafa
„ med her mikinn
„ heim bændr of bodit.

h. e.

Gondula dixit,
hastæ manubrio innixa:
Comitatus Deorum jam crescit,
cùm Haqvinum
cum ingenti exercitu
domum (ad Odini domum) *rustici* (inimici ejus) *invitaverint.*

„ Visi þat heyrdi
„ hvat Valkyrior mællto
„ mærar af mars baki
„ hyggiliga leto

ok

„ ok hialmadar ſtodo
„ ok hofduz hlifar ſyri.

h. e.

Rex audivit
qvid dicebant Valkyriæ
pulchræ, eqvis inſidentes,
qvaſi aliqvid meditantes,
galeatæ ſteterunt,
ſcutisqve ſe muniverunt.

„ Hvi þu ſva Gunni qvad Hakon
„ skiptir Geirskogul varum
„ þo verdir gagns fra godom
„ ver þvi volldom qvad Skaugul
„ er þu velli hellz
„ en þinir fiandmenn flugo.

h. e.

Cur ita victoriam, ait Haqvinus,
ordinaſti Geirskogula; fuimus
enim à Diis (concedendâ) *victoriâ digni.*
nos in cauſa fuimus, ait Skogula,
qvod victoriam retinueris,
tui vero inimici fugerint.

„ Rida vid skolum
„ qvad hin rika Skogul
„ græna heima goda
„ Odni at ſegia
„ at nu mun allvalldr koma
„ a hann ſialfan at ſia.

h. e.

Eqvitemus,

dixit potens Skogula,
per virentes Deorum mundos,
ad nunciandum Odino
regem huc venturum esse
ad videndum eum ipsum.

Odinus de adventu inclyti Regis certior factus, honoris ergo, binos ex Deorum numero, ad eum conducendum, obviam mittit. Pergit enim Eyvindus:

„Hermodr oc Bragi
„qvad Hroptatyr
„gangit i gegn grami
„allz konnungr ferr
„sa er kappi þickir,
„til hallar hinnig.

h. e.

Hermode & Brage,
ait Odinus,
procedite Regi obviam,
qvandoqvidem veniat Rex
qvi fortis habetur,
huc ad aulam.

Hermodus & Bragus ex Asis erant non incelebres, qvos in occursum Haqvini, ævum inter Asas acturi, ablegavit Odinus: qvo honore etiam se mactandum credidit Regnerus Lodbrok, ob vitam gloriosè in armis transactam, adeò ut nulli temporis sui Regum Principumve inferior haberetur; illuc enim stropham epicedii ipsius vicesimam octavam duxerim referendam:

„Hiuggum ver med hiorvi
„hefik fimtigum sinna

folko-

„ folkoroftur framdar
„ fleinþings bodi oc eino.
„ minnzt hugdi ek manna
„ at mer vera skylldi
„ ungr namk odd at rioda
„ annarr konnugr frægri
„ ofs munu Æsir bioda
„ erat fytandi daudi.

h. e.

Pugnavimus ense.
Ego qvinqvagies
acie certavi
bellator & semel;
minime omnium cogitavi
me esse
(juvenis cuspidem rorare didici)
alium Regem præstantiorem:
nos invitabunt Asæ, (Dii)
Non est mors lugenda.

Omnem procul luctum mortis abjecit, cùm crederet, post illam, Deos ipsos semet in Valhallam ducturos: & probè nosset, ab Diis deductos omni magnificentiæ apparatu excipiendos, & summis, immò divinis afficiendos honoribus. Sic enim illis persvasum erat: & speratos honores, ulteriùs carptim discutiendos, uno intuitu plerosqve proponit celebrata ab Eyvindo Haqvini Regis in Valhallam receptio, ubi patescit, qvâ festivitate, qvibus ceremoniis, qvantis universorum gratulationibus, inter cælites assumptus sit:

„ Ræsir þat mællti
„ var fra romu kominn

„ stod allr i dreyra drifinn
„ illudigr ofs þikkir
„ Odinn vera
„ sia var hans of hugi.
h. e.
Rex ait
à prælio redux ,
sangvine-totus madens :
truculentus nobis videtur
Odinus esse ;
Sic tantùm illi apparebat.

„ Einheria grid
„ skalltu allra hafa
„ þigg þu at Asom ol
„ Jarlabagi
„ þu att inni her
„ atta brædr qvad Bragi.
h. e.
A Valhallæ incolis pax
tibi omnibus servabitur ,
accipe apud Deos cerevisiam
Tu , Comitum noxa ,
hîc intus habes
octo fratres , ait Bragus.

„ Gerdar varar
„ kvad hinn godi konungr
„ viliom ver sialfir hafa
„ hialm oc brynio
„ skal hirda vel
„ gott er til geyrs at taka.

Ar-

h. e.

Armaturam nostram,
ait bonus Rex,
ipsi habere volumus,
galea & lorica
accuratè sunt servandæ;
Conducit hastam habere.

„ þa þat kynndiz
„ hve sa konungr hafdi
„ vel of þyrmt veum
„ er Hakon bado
„ heilan koma
„ rad oll ok regin.

h. e.

Tum patefactum est,
qvàm strictè rex iste
sacra servaverat,
Cùm Haqvinum
salutantes exciperent
Senatus omnis, Diiqve.

„ Godo dægri verdr
„ sa gramr of borinn
„ er ser getr slikan sefa
„ hans alldar
„ mun æ vera
„ at godo getid.

h. e.

Fausto die
nascitur rex ille,
qvi sibi talem affectum lucratur.

illi-

illius ætas
semper permanebit
in bona memoria.

,, Man obundinn
,, a yta fiot
,, fenris ulfr of fara
,, adr iafn godr
,, a auda traud
,, konongmadr komi.

h. e.

Proruet solutus
in virorum catervam
lupus ille Fenrir,
anteqvam æqvè bonus
in orbam (rege) *terram*
Rex veniat.

,, Deyr fe
,, deyia frændr
,, eydiz land oc lad
,, ſiti Hakon
,, med heidin god
,, morg er þiod of þiad.

h. e.

Pereunt divitiæ,
occidunt cognati,
vastatur terra;
maneat Haqvinus
apud munificos Deos:
dolet hominum multitudo.

Re-

Receptos in Valhallam omnibus frui deliciis, honoribus mactari, recreationibus refocillari, qvæ viventibus exoptata & in pretio fuerant, subdolus persvaserat Odinus, ut ejus non horrore ullo, sed ardenti desiderio mortales tenerentur, & eò ferventius in arma ferrentur. Ac primùm, ad Deum Valhallæ receptos, insigni honoris titulo, ipsis Deastris qvandoqve attributo ornari, Edda docet mythologiâ decimâ octavâ: „Odinn heitir ok Valfodr. Þviat hans oska„synir eru aller þeir er i Val falla. Þeim skipar hann Val„holl ok Vingolf. ok heita þeir þa æinheriar. h. e. *Odinus etiam vocatur stragis pater, quia dilecti ipsius filii sunt omnes in præliis cadentes, quos in Valhalla & Vingolfo collocat; & illi tunc vocantur Einheriar.* nomen non minus, qvàm sedes cum ipsis Numinibus participantes. nam & ipse Thorus in Lokasennu appellatur *Einheri*, ubi Lokus eum his conviciis proscindit:

„Austr forum þinum
„scaltu aldregi
„segia seggiom fra.
„sizt i hansca þumlungi
„hnucþir þu einheri
„oc þottisca þu þa þorr vera.

h. e.

Orientalia tua itinera
nunqvam vellem ut
viris enarrares;
postqvam in chyrothecæ pollice
timidus sedebas Einheri,
& tunc videbaris tibi magnanimus ille *Thorus*
non esse.

Odinus autem in Hyndluliodum *beria faþir* nominatur:

„Rida vid skulom
„Valhallar til
„ok vefs heilags.
„Biþiom heria faþur
„i hugom fitia
„hann gefr oc geldr
„gull verdugum,

h. e.

Eqvitemus
verſùs Valhallam,
& ſanctum virum.
Invocemus militum patrem,
animis noſtris inſideat.
donat & impendit
aurum dignis.

Einheriar itaqve, ſeu *ſoli milites*, vel *ſoli domini*, recepti in Valhallam ſunt appellati, qvòd illi ſoli in altera vita militiam exercerent, ſub vexillis Deorum pugnaturi. Eddæ Reſenianæ Latini Interpretes expoſuerunt *Monoheroës*. Heroës autem Græcis Latinisqve dicti ſunt non à majoribus modò Deis, ſed & ab plebe Superorum diſtincti Semidei, ſeu *homines beneficio mortalium, & per ſua fortia facta in Deos relati*, ut accuratè loqvitur Gisbertus Cuperus,[b] inſuper inferens: *Adeo ut heroës medii eſſent inter homines & Deos, qvod non dubitarunt dicere etiam veteres de hominibus viventibus, & in omnium virtutum exempla genitis.* Sane ſuppetunt exempla, in Septentrione noſtro, inſignes fortitudine, viventes adhuc, creditos Semideos, adoratos & ſacrificiis mactatos, qvemadmodum de Hal- da-

b. Obſerv. lib. 3. cap. 16.

dano Biergramo testatur Saxo: c. *Igitur apud Sveones tantus haberi cœpit, ut magni Thor filius existimatus, divinis à populo honoribus donaretur, publico dignus libamine censeretur.* Post mortem, sacrificia, aliosqve ipsis divinos impensos honores antea perspeximus, & absolutè demonstrat qvod de Grimo refert Landnama: Þorolfr Smior var" son Þorsteins Skrofu, Grimssonar, Þeis er blotinn var" daudr fyrir Þocka sælld oc kalladr Kamban. h. e. *Thorolfus Butyrum erat filius Thorsteini Skrofæ, cujus pater Grimus omnibus impensè dilectus, post mortem sacrificiis placatus est, & nominatus Kamban.* Nomine excellenti ornati, juxta fortitudinis mensuram, & cæsorum, dum vita fuit, numerum, honoratiorem in Valhalla locum occupabant. Unde Regnerus Lodbrok, cum innumeris cædibus inclytum se æstimaret, *aundvegi* sibi reservari in Valhalla, epicedii strophâ vicesimâ novâ lætatur; namqve *sperabat Rex victoriosus, tantò se honorificentiùs ad mensam Othini collocandum, qvantò heros fuerit fortior, & plures Othino mactaverit.* ut Vormius explicat. Fuisse autem *Ondvegi* honoratissimam sedem, stropha ibidem decima qvarta indicat:

„ Varat sem unga ekkio
„ i aundvegi kyste.
h. e.
Hoc non erat tanqvam juvenem viduam
in primaria sede osculari.

& apertissimè innuunt Noregs Konunga Sogur, in vita Olai Mansveti, simul aperientes, nonnunqvam in tricliniis duplicem fuisse *ondvegi* seu honoratam sedem, qvarum una tamen alterâ eminentior erat: Þat var forn sidr i Noregi at "

Xxx 2 kon-

c. lib. 7.

„konungs hafæti var a midium langpalli i veitzlu ſtof-
„um. ſat þat drotning til vinſtri handar konungi. var þat
„kallat konungs ondvegi. þotti þat ſæti vegligaz ut i fra
„hvarntveggia veg er næſt var aundvegi. en uvegligaz þat
„er næſt var dyrum. en dyrr voru a badum endum ſtofun-
„nar. skylldi konungs ſæti vera a þann beck er viſſi moti
„ſolu. Annat ondvegi var a hinn uædra pall gegnt konungi
„skylldi þar ſitia hinn æzti radgiafi konungs fyrir hans
„adryckiu. ok þotti þat meſt virding at ſitia fyrir konungs
adryckiu. h. e. *Antiqvus in Norvegiâ mos fuerat, Regiam in tricliniis ſedem in medio longi ſcamni collocari, ubi ad ſiniſtram regis regina ſedebat. hæc ſedes vocabatur ſuprema ſedes regia; ſedes verò qvæ ab utroqve latere huic proximæ erant, pro honoratioribus habebantur, qvæ vero foribus proximæ, minimæ dignitatis. Ad utrumqve triclinii finem fores erant. Suprema ſedes regia in eo ſcamno collocanda erat, qvod Soli obvertebatur. Altera ſuprema ſedes erat in ſcamno minus honorato, regi oppoſita: ea Conſiliariorum ſupremo deſtinata erat, qvi cum rege ſympoſium exerceret, qvod pro maximo honore habebatur.* Hanc ne indignus occuparet: & ut virtuti debito inter adſidendum loco unusqvisqve frueretur, maxima cura majoribus erat. Starcatherus ad Ingelli Daniæ regis veniens aulam, ſedem majoribus deſtinatam ſuo more conſcendit. Qvippe, Saxone d. docente, *apud prioris ſeculi Reges ampliſſimum dignitatis gradum obtinere conſveverat. Qvem cum regina ſqvalore obſitum ſordidisqve & agreſtibus pannis utentem ingreſſa conſpiceret, ob deformitatem cultus parum curioſa hoſpitis æſtimatrix effecta, ſimulqve virum ex veſte metiens, ſtoliditatis increpitum, qvod majores diſcubitu præcur-*

d. lib. 6.

currisset, ac sedem rustico cultu indignam occupasset, loco excedere jussit. Paruit animosus senex tametsi repulsâ æger, indebitamqve fortitudini suæ contumeliam egregio animi temperamento suppressit, acceptum ruborem nec voce nec gemitu prosecutus. Nec tamen tanti doloris acerbitatem diu occultavit, deinde hoc carmine usus:

Qvando Frothonis comes annotabar,
Militum semper medius resedi
Æde sublimis, procerumqve primus
Prandia duxi.
Sorte nunc versâ melioris ævi,
Angulo claudor, similoqve piscem,
Qvi vago captat latebram recursu
Abditus undis.

Sed evitandæ confusioni, & inter pares dissidio, Canutus Magnus inter saluberrimas leges, qvibus *seditiosum militiæ spiritum veluti fraternâ qvadam charitate coërcuit*, statuit *ut in capessendo discubitu, ordine qvo qvisqve militaris muneris advocationem fortitus fuerat, uteretur, locoqve antecelleret, qvi prior obseqvio foret*, ut Saxo [e] loqvitur: plenius enarrante Svenone Aggonis: [f] *Moris qvippe fuit, ut vel secundum virtutis titulum, vel temporis prioritatem, vel nobilitatis propaginem, locis sibi assignatis residerent milites; ut sic vel dignitate potiores, vel tempore priores, loca capesserent digniora. Unde liqvet, qvod nemo sine singulari contumelia & opprobrio à consveto loco transferri potuerit.* Nam *si qvem obstinata præsumptio ternis excessibus inobseqventem notaverit, & resipiscere detrectaverit; extremum eum omnium locandum statuerunt. Imò decreverunt, ut qvilibet convictorum, ossa in eum pro arbitrio*

Xxx 3

e. lib. 10. f. Can. Leg. Castr. cap. 5.

trio suo jactaret; nec qvisqvam propterea temeritatis aut petulantiæ argueretur. Eam petulantiam non in Ungaris modò annotavit Ekkehardus Junior, capite qvinto de Casibus Monasterii S. Galli: *Ipsi vero cum armos & cæteras victimarum portiones semicrudas absqve cultellis dentibus laniando vorassent, ossa obesa inter se unus qvidem in alterum ludicro iecerant.* sed & in Danis Simeon Dunelmensis, aliiqve Anglicarum rerum scriptores, eos Elphegum Archiepiscopum Cantuariensem lapidibus, *ossibus, bovinis capitibus*, obruisse. & Saxo Grammaticus libro Historiæ Danicæ secundo: *Peridem tempus Agnerus qvidam Ingelli filius, sororem Rolvonis, Rutam nomine, matrimonio ducturus, ingenti convivio nuptias instruit. In qvo cum pugiles omni petulantiæ genere debacchantes, in Jaltonem qvendam nodosa passim ossa conjicerent, accidit, ut ejus confessor, Biarco nomine, jacientis errore vehementem capite ictum exciperet. Qvo dolore pariter ac ludibrio lacessitus, osse invicem in jacientem remisso, frontem ejus in occiput reflexit, idemqve loco frontis intorsit.* Vel potius eo ossis jactu neci dedit, ut verisimiliùs refert Historia Hrolfi Regis manuscripta, eam narrationem ali-
„ter recensens, & ita concludens: Oc nu mælir Hottr til Bod-
„vars. Bocki fæll nu fer at þer stor knuta oc mun þetta
„ætlad ockur til nauda. Bodvar bad hann þegia. hann
„setr vid holann lofann. oc tekr sva vid knutunni oc syl-
„gir þar leggrinn med. Bodvar sendir aptr knutuna. oc
„setr a þann sem kastadi oc rett framan i hann med sva
„hardri svipan at hann feck þegar bana. h. e. *Paulo post Hottus* (qvi postea mutato nomine, Hialto dictus est.) *ad Bodvarum inqvit, jam ingens os nodosum in perniciem no-*

stram

ſtram emiſſum te ſodalis petit. Bodvarus eum tacere juſſit; deinde nodoſum hocce os, qvod os femoris comitabatur, cavâ objectâ volâ excepit, rejectumqve in faciem illius qvi jactaverat, tanto niſu impulit, ut protinus moreretur. Strenua Hialtonis defenſio Biarconem Hrolfo Regi adeò conciliavit, ut in ſervitium illius aſſumptus ſit; qvod tamen Biarco amplecti noluit, niſi fide priùs datâ, honoratiores ſedes ipſi, ſocioqve ipſius Hialtoni relinqvendas. Itaqve eandem magnanimam ambitionem inter Manes duraturam, ſummus rex Regnerus Lodbrok credidit; forſan & inde hauſtâ opinione, qvod Theologia Septentrionalium, à Baldero digniſſimum apud inferos locum, eundem qvem Regnerus ſibi in Valhallâ deſtinatum voluit, occupatum fuiſſe proderet, mythologiâ Eddicâ qvadrageſimâ qvartâ; *Sà þar ſitia i ondvegi Balldr broþur ſinn.* h. e. *Ibi in honoratiori ſede conſpexit fratrem ſuum Balderum ſedentem.*

CAPUT XII.

Odinus ſolus vinum in Valhalla bibebat: Monoheroës cerviſiam & medonem; qvotidianæ potationi indulgentes. Valkyriæ Monoheroibus potum miniſtrabant. Bibebant in Valhalla ex poculis factis è craniis humanis. Suilla caro, ut potentiſſimè nutriens, in Valhalla dabatur Heroibus.

Muhammedem docuiſſe auditores ſuos, qvòd *qvi occidit inimicum, vel occiditur ab inimico, paradiſum ingreditur: paradiſum verò carnalis cibi & potus ac commixtionis mulierum perhibebat.* ut ſcribit Conradus à Liechthenaw Abbas Urſpergenſis, ad annum ſexcenteſimum duodecimum. Neqve magis otioſos torpenteſqve in

ſum-

fummis fedibus Valhallæ conftitutos credamus Monoheroës; ubi Regnerus Lodbroch imaginatur fe inter pocula lætum cum Afis conftituendum. Minorum Afarū catervam intellige, non ipfum Odinum, qvem menfâ potuqve à Monoheroibus difcretum mythologia Eddæ tricefima qvarta „ defcribit: Eigi hefir Odinn fama bordhalld ok einheriar. „ Vin er honum bædi drykkr ok matr. h. e. *Menfâ eâdem cum Monoheroibus Odinus non utitur. Vinum ipfi pro cibo potuqve fufficit.* Invidiffe Septentrioni Liber liqvoris vitigeni laticem, ut Lucretii utar verbo, videtur: & majores noftri non neceffarium luxuriæ inftrumentum aliunde accerfere fpernebant aut indignabantur; non tamen ob inopiam vini ad aqvas mitti neceffe habentes, ut facit apud Svetonium Auguftus; [a] cum gulæ ne qvid defit, commodè vino Cervifiam, vinum cereris dictum, fubftitui docuerit celebris memoriæ Pater meus, differtatione primâ de Medicina Danorum: *Affines certè*, inqvit, *vino vires cerevifia poffidet; nam recentis cerevifiæ tam potens eft fpiritus, ut in angufta compulfus homini fpiritum intercipiat. Abundat qvippe tantis inebriandi fpiritibus recens pariter & vetuftior cerevifia, vini inftar, ut nec pes nec caput officiū faciat, fi modum potatores excefferint. Benè verò defæcata, faluberrimum nobis potum exhibet, qvod incolarum floridus color, forma elegans, & integra corporum conftitutio indicant.* Et differtatione feptimâ diutius in gratiam confveti patriæ potus, cervifiæ excellentibus qvalitatibus immoratur, ut ex iniqvâ Roderici à Fonfeca cenfurâ liberet, qvi nihil boni habere judicat, nifi qvod pingves reddat ejus potatores. Sed Lufitanum finiftrè judicare de potu ignoto patriæ fuæ non miramur, cùm & Itali alie-

a. cap. 42.

alieno à cervisia sint animo: nec clementiores in eam deprehendantur Poëtæ, *devoti illi Baccho clientes*, ut observavit Martinus Schoockius curiosi de cervisia tractatus capite decimo sexto. Qvo vatum œstu abreptus Henricus Abrincensis, à Camdeno adductus, [b] falsè cervisiam irridet, licet Normannus fuerit natione; sed verisimile est vini Gallici voluptate captum hominem, eorum à qvibus Normanni oriundi, familiarem aspernasse potum. Attamen borealibus gentibus, aliisqve Cervisia qvondam ut nunc, in freqventi erat usu, qvas recenset Jonas Monachus Bobiensis in vita S. Columbani: [c] *Cùm hora refectionis appropinqvaret, & minister refectorii cervisiam administrare conaretur (qvæ ex frumenti vel hordei succo excoqvitur, qvamqve præ cæteris in orbe terrarum gentibus præter Scoticas & Barbaras gentes qvæ Oceanum incolunt usitantur, id est Gallia, Britannia, Hibernia, Germania, cæteræqve qvæ ab eorum moribus non descîscunt) vas qvod tybrum nuncupant, minister ad cellarium deportat, & ante vas qvo cervisia condita erat apponit: tractoqve serraculo meatum in tybrum currere sinit.* Illam artem miscendarum aqvæ frugum ab ultimâ memoriâ in Septentrione usurpatam, & latè freqventatam, primos in Islandiam ab Norvegia venientes secum tulisse, Arngrimus [d] refert. Appellabatur autem heic, olim non minus ac nunc *öl*, sed aliis gentibus aliter, qvas denominationes Hadrianus Junius [e] enumerat, ex Diodoro Siculo observans, ejus inventionem Libero patri ascribi. Neqve inebriandi spiritibus multùm vino inferiorem suprà tetigimus, & ex veteribus consentit Plinius libro decimo qvarto Natura-

Yyy lis

b. in Coritanis. c. num. 26. Act. SS. Ord S. Bened. sæc. 2. d. Comment. de Island, par. 2, sec. 4. e. Animadv. lib. 2. cap. 12.

lis historiæ, capite vicesimo secundo: *Est & Occidentis populis sua ebrietas, fruge madida: pluribus modis per Gallias Hispaniasque, nominibus aliis, sed ratione eadem. Hispaniæ jam & vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque è fruge sibi potus similes excogitavit. Nullaque in parte mundi cessat ebrietas: meros quippe hauriunt tales succos, nec diluendo, ut vina, mitigant. At hercule illic tellus fruges parere videbatur. Heu mira vitiorum solertia, inventum est quemadmodum aqua quoque inebriaret.* Inebriare cervisiam, majores nostri noverunt & senserunt, cùm nonnunquam, licet hominis mentem mutet & furorem gignat, largiùs ingurgitaverint, tantâ dulcedine, ut magna pars non aliud vitæ præmium intelligeret. Duplex dabo exemplum. Unum suppeditat insignis in veteri membranâ scripta Historia Abbatum Monasterii Caræ Insulæ: *Cervisia etenim Danica & medo præcipuè habebantur; potus autem Saxonicus cum novis bicariis, sicut jam est consvetum, ad partes istas nondum venit venalis, nec de tali potu plurimi aliqui curaverunt. De quo potu postea noviter venienti rusticus quidam habitans prope civitatem Wibergensem, pro denariis quos recepit pro me....ta ibi vendiderat, ita per ebrietatem dementatus est, ut more canis rabidi omnes se contingentes laniavit & momordit. Qui tamen ab aliis comprehensus & in plaustro suo ad tegulam quæ vulgariter letther vocitatur ligatus, in ea tres stipites satis fortes dentibus suis mordendo comminuit & confregit. Et hoc circa dies rogationum factum est. At Episcopus*, Gunnerus, anno domini millesimo ducentesimo vicesimo secundo ex Abbate Caræ Insulæ factus Episcopus Vibergensis, *in eisdem rogationibus sermonem*

monem ad populum faciens, dixit talem potum ab omni Christiano esse vitandum & detestandum, qui ex simplici viro & sano insanum fecit & dementem. Hanc ebrii per cervisiam hominis mutationem veteres pulchro proverbio expresserunt: *öl er annarr madr.* h. e. *cervisia est alius homo.* vel: *facit alium hominem.* qvod occurrit in Jomsvikinga saga capite vicesimo septimo; Grettero qvoqve usitatum, cùm Thorerum Thomb: & Kiartano, cùm Olaum Regem alloqverentur. Hominis autem mentem ita ebrietate transmutatam atqve occœcatam Pisistratus Atheniensis excusandam judicavit; in cujus crudelitatem cùm multa ebrius conviva dixisset, nec deessent qvi vellent manus ei commodare, & alius hinc, alius illinc faces subderent, placido animo tulisse, Seneca[f] memoriæ tradidit, & hoc irritantibus respondisse, *Non magis illi se succensere, qvàm si qvis obligatis oculis in se incurrisset.* Alterum exemplum Saxoni Grammatico debemus, qvi commentum bibonis lepidè narrat, cum Rex cervisiæ coqvendæ impendi vetuisset frumentum, cujus parca tunc copia ob annonæ caritatem, eamqve insecutam famem; qvam bibacitate hominum terris inductam fuisse, nimis durè, & veritati parùm consonum scribit Schoockius, [g] cum in cœli intemperiem, culpam rejiciat Saxo, cujus integer locus ex libro ipsius octavo, heic ob jocunditatem plenariò inseri, dignus est: *Ea tempestate per summam cœli intemperantiam agrorum ubertate corruptâ, ingens annonæ caritas incidit. Cumqve oborta victualium raritate gravis plebem inedia laceraret, Rex qvonam modo temporis difficultati succurreret anxius, qvum aliqvantò majorem bibulorum qvàm edacium impensam animadverteret, frugalitatem populo intulit; convi-*

Yyy 2 *vio-*

f. de ira lib. 3. cap. 11. g. de Cervis. cap. 2.

viorum usum abrogans, ne qva ex fruge potio pararetur edixit, acerbitatem famis superflui haustus interdicto pellendam, atqve à siti abundantiam esus mutuandam existimans. Tunc qvidam petulantioris gulæ proscriptam bibendi consvetudinem deflens, altum calliditatis genus complexus, novam voluptati licentiam reperit, ac publicam continentiæ legem privatâ intemperantiâ solvit, deliciarum usum à ridiculi operis acumine mutuatus. Vetiti enim liqvoris gustu minutim liguriendo usus, desiderium ebrietatis explevit. Qvam ob rem conventus à Rege, integerrimum se frugalitatis observatorem asseruit, utpote aviditatem haustus moderatæ sumptionis ingenio castigantem, affixamqve sibi culpam sorbitionis titulo tueri perseveravit. Deniqve adjecto minarum terrore, non modo bibere, verum etiam pitissare prohibitus, consvetudini tamen imperare non potuit. Ut enim tanqvam licitè illicitis frueretur, nec gulam alieno subjectam haberet imperio, madefactis potione crustulis, capace liqvoris offula vescebatur, cupitamqve crapulam lento gustu provexit, interdictum satietatis modum haud secus ac licitum consecutus. Adeo pertinacissima gulæ rabies salutem pro luxu devovens, nec regiâ qvidem comminatione deterrita, ad omne periculum spernendum temerarium solidaverat appetitum. Secundò qvoqve perinde ac violatæ constitutionis reus convenitur à rege, sed ne tunc qvidem facti defensionem abjecit, neqvaqvam à se regalibus institutis obviam itum esse contendens, aut decretam edicto continentiam suis profanatam illecebris, præsertim qvum lata frugalitatis lex ita parsimoniæ formam tradiderit, ut potandi magis qvàm edendi liqvoris facultas inhibita videretur. Tum Rex obtestans deos,

deos, per communem jurare salutem, tale qvid deinceps audentem capitaliter esse plexurum. Ille mortem temperantiâ leviorem, vitamqve qvàm luxum deponere tolerabilius ratus, rursum aqvis excoqvit frugem, detostoqve liqvore cum se nullam ulterius excusandæ cupiditatis defensionem objecturum speraret, palam potioni indulgendo ad calicum usum libera fronte convertit, astuqve in audaciam verso, regiam animadversionem opperiri qvàm frugi fieri maluit. Interrogante ergo rege, cur toties rei interdictæ licentiam usurpasset, desiderium hoc, inqvit, Rex, non tam aviditas mea, qvàm habita in te benevolentia peperit: funeribus enim regiis inferias convivio persolvendas memineram. Itaqve ne epulum qvo tuæ peragantur exeqviæ ob frumenti inopiam solenni potionis usu careat, industriâ potius qvàm ingluvie ductus, prohibiti liqvoris temperamento providi. Funebre convivium intelligit heic in gentilismo usitatû, cujus celebratione orcum placari credebatur, sicut ex Saxonis verbis sub finem libri primi colligitur: *offenso gradu in dolium collapsus, interclusum humore spiritum reddidit, deditqve pœnas sive orco, qvem falsa exeqviarum actione placabat, sive Hadingo, cujus interitum mentitus fuerat.* Ejusmodi conviviis adhibitam cervisiam ex allata bibonis, qvi edictum Snionis regis vel frustravit vel irrisit, historiâ edocemur: & in Valhallâ, ejus freqventi haustu usurum se Regnerus Lodbrock, strophâ vicesimâ nonâ lætatur:

„ Gladr skal ek aul med Asum
„ i aundvegi drekka.

h. e.

Lætus ego cervisiam cum Asis
in summâ sede bibam.

Cerealis tamen liqvor, in qvo completum dolium decidit Hundingus, melleus potus est Olao Magni, in qvo eum seqvi mavult Pater meus,[h] & de medone explicat; *qvi à cera forsan cerealis dictus liqvor, vel qvod cerevisiæ in modum coqvatur. Juvat opinionem illius, qvod deliciarum loco, in conviviis fuerit adhibitus, qvum cerevisia cottidianis potibus annumeretur.* Sanè medone plenum fuisse dolium, certum est, in qvod pari cum Hundingo casu collapsus est Fiolnerus Sveciæ Rex, Snorrone in Chronicô Norvegiæ sic commemorante: þa er Fiolnir for til Froda a „ Selund. þa var þar fyrirbuin mikil veizla. ok bodit til „ vida um laund. Frodi atti mikinn husabæ. þar var gert „ mikit ker ok margra alna hatt ok okat med storum timbr „ stokkum. þat stod i undir skemmo. enn loft yfir uppi ok „ opit golfþilit sva at þar var nidr hellt leginom. enn „ kerit var blandit fullt miadar. þar var drykkr furdo „ sterkr um kvelldit. var Fiolni fylgt til herbergis i hit „ næsta loft ok hans sveit med honum. Um nottina gekk „ hann ut i svalir at leita ser stadar. var hann svefnær ok „ daudadrukkinn. Enn er hann sneriz aftr til herbergis „ þa gekk hann fram eftir svaulunom ok til annarra loft- „ dura ok þar inn. misti þa fotum ok fell i miadarkerit „ ok tyndiz þar. h. e. *Cum Fiolnerus visitaret Frothonem in Sælandiâ, convivium ingens paratum est, ad qvod latè per terras viri invitabantur. Frotho amplum satis domicilium habuit, ibi fabrefactum est vas ingens multas ulnas altum, validisqve trabibus firmatum, qvod in inferiori domus parte stetit, in superiori vero contignatione camera erat, cujus pavimentum foramen habuit, per qvod liqvor vasi infundebatur, fuit enim medone repletum*

h. Diss. 7. de Medic. Danor.

tum. Vespere strenuè bibebatur, Fiolnero suisqve in camera superiori, alteri illi proximâ, dormitorium deputatum erat. naturæ opus nocte peracturus, in solarium exivit. Cum verò somno & ebrietate obrutus esset, in dormitorium reverti volens, secundùm longitudinem solarii progressus est, alteriusqve cameræ ostium offendens eò intravit, insciusqve in foramen proruens, in vas medonem continens decidit, ibiqve obiit. unde eumdem esse memoratum Fiolnerum cum Saxonis Hundingo, censet Thormodus Thorfæus. Medo autem gratissimus potus, atqve adeo inter delicias habebatur veteribus Danis, ut omnis dulcedinis osor Starcatherus apud Saxonem [i.] canere haud dubitet:

Ipse Rex parvo meminit modestam
Ducere vitam,
Mellei temnens speciem saporis,
Combibit tostum Cereris liqvorem.

Militibus, virisqve magis convenire cervisiam, delicatulis mulsam ex melle, aqva & lupulo confectam, mihi exprimere videtur; tamen etsi manifestum sit, præcipuum pugilum nectar fuisse medonem. Cui assertioni probandæ non erit opus recurrere ad puditissimas & triviales cantilenas, qvas *Kempe Viser* vulgò vocant, omni prorsus luce indignas, cùm ne instar qvidem antiqvitatis præ se ferant, ad colos aniles heri aut nudiustertius infelici venâ compositæ; cùm ex purissimo antiqvitatis fonte, ipsis artificiosissimis veterum Scaldorum carminibus, qvibus nihil sacratiùs, illud ipsum abundè constet. Sic canit in qvodam carmine in Chronico Norvegico Snortonis conspicuo Thorbernus Hornklofus:

Æfluz

i. lib. 6.

„ Æstuz audkylfor
„ ok of iadar liopo
„ heim or hafrsfirdi
„ ok hugdo a mioddrykkio.

h. e.

Furebant viri,
& per provinciam Jadar currebant
domum, è sinu Hafrsfirdi,
Medonem potare desiderantes.

necnon in Oda Eddæ Sæmundi *Skirnisfor* dictâ:

„ Inn bid þu hann ganga
„ i okkarn sal
„ oc drekka inn mæra miod.

h. e.

Eum intrare roga
in nostrum palatium,
ut fortem Medonem bibat.

„ & Loka senna: þa geck (Sif) fram oc byrladi Lokai
„ hrimkalki miod oc mællti.

„ Heill ver þu nu Loki
„ oc tak vid hrimkalki
„ fullum forns miadar.

h. e.

Prodiit (Sifa) Lokoni calicem medone repletum porrigens, & dixit:

Salve iam Loko,
accipe calicem
plenum antiqvo Medone.

ut innumera alia exempla omittam. Qvin & ipsa Deorum cohors, Asæ, ejus potu delectabantur. Ut Heimdallum omit-

omittam, unum ex illorum numero, de qvo ſpecialiter Eddæ mythologia viceſima qvinta:

„Himinbiorg heita
„enn þar Heimdall kveda
„vallda veum
„þar vordr guda dreckr
„i vero ranni
„gladr hinn goda miod.

h. e.

Himinbiorg (ɔ: cœleſtes rupes) *vocantur,*
ubi Heimdallum dicunt
imperare ſacris locis;
ibi cuſtos Deorum (Heimdallus) *bibit*
in habitatione ſua
lætus bonum medonem.

In Valhallâ ſeu Asgardiâ liberaliter Aſas ſe illo ingurgitaſſe, mythologia qvinqvageſima aperit: þar var ok a-" ſcinginn miodr ok miok drukkit. h. e. *ibi etiam ſtrenu-*" *iſſimus medo in ſummâ abundatiâ bibebatur.* Itaqve qvi conſortio eorum gauderent Monoheroës, qvæ invidia, ſi pari potionis dulcedine inebriarentur. Mythologia triceſima qvinta: þa mællti Gangleri. Hvat hafa æinheriar" at drykk. þat er þeim endiz iafngnoglega ſem viſtin. eda" er þar vatn drukkit. þa ſeger Haar. Undarlega ſpyrr þu" nu at Alfodr muni bioda til ſin konungum eda iorlum eda" odrum rikismonnum ok muni gefa þeim vatn at drekka." ok þat veit trua min at margr kemr ſa til Valhallar. er" dyrt mundi þikkiaz kaupa vazdrykkinn ef æigi væri betra" fagnadar þangat at vitia ſa er adr þoler ſaar ok ſvida til" banans. annat kann ek ſegia þer þadan. Geit ſu er"

„ Heidrun heiter ſtendr uppi a Valholl ok bitr barr af „ limum tres þeſs er miog er nafn frægt er Leradr heiter. enn „ or ſpenum hennar rennr miodr ſa er hon fyller skaprker „ þat hvern dag er ſva er mikit at aller æinheriar verda „ fulldrukner af. h. e. *Tum ait Ganglerus : qvali potu utuntur Monoheroës, qvi eis æqvè ac cibus ſufficiet? an verò aqva ibi bibitur? Reſpondit Harus: Abſurdam jam quæſtionem proponis. An credis Pantopatrem Reges, Comites, aliosve potentes ad ſe invitare, aqvamqve illis pro potu offerre? Per fidem meam! multi in Valhallam veniunt, qvi aqvæ potum carè nimis emiſſe ſibi viderentur, ſi majus gaudium ibi ſperandum non eſſet, utpote qvi vulneribus & dolore extingvuntur. Aliud qvidpiam de hac re tibi referam. Capra qvæ Heidrun dicitur ſupra Valhallam ſtat, foliaqve carpit è ramis arboris valdè celebris qvæ Leradr dicitur. ex illius uberibus medo defluit, tantæ capacitatis vas qvotidie implens, ut omnibus Monoheroibus plenè inebriandis ſufficiat.* Eæ erant exoptatæ, & vulnerum acerba recompenſaturæ deliciæ, ſine ullo mali ſenſu, qvotidie ultra ſatietatem medone inebriari; qvem *adeo viribus pollere, ut inſtar generoſi vini ebrietatem inducat*, fatetur Ludovicus Nonnius.[k] Tales qvoqve vires ejus ſenſêre Dani, ſi modò viſiones Edvardi Regis Angliæ recipiamus, qvas ſuperſtitione captis, vel adulationi obnoxiis amicis enarravit, qvarum hæc una in Chronico Johannis Bromtoni recenſetur: *Alio tempore ferunt ipſum Regem Edwardum inter miſſarum ſolempnia in exceſſu mentus factum, contra morem riſiſſe. Aſtantibus qvi aderant & qvidnam eſſet inqvirentibus, Rex ait, Contigit Danos & Norreganos Angliam venire, ſed cunctis ad navigandum*

k. de re cibar. lib. 4. cap. 14.

dum paratis, optulit qvidam navigaturis calicem medonis, imprecans illis probrosum nomen si non biberent. At dum calix calici succederet, ebrietas vertitur in loqvacitatem, loqvacitas in litem, lis in pugnam, sicqve dispersi, à proposito abstinuerunt. Idem commemorat Henricus de Knyghton libri primi de Eventibus Angliæ capite octavo; at Ailredus [l.] Abbas Rievallensis non ad Edvardum Ethelredi filium sicut Bromton refert, sed rapit ad Edvardum seniorem Alfredi filium: nihilominus similis farinæ visionem de Edvardo Confessore protrudens, [m.] inter missarum celebrationem vidisse, Regem Danorum coactâ classe exercitum in Angliam trajicere paratum, *cum incautiùs unum pedem extendisset, è prora labi*, & pelago cooperiri. & addit: *Notatur tempus & hora. Mittuntur in Daciam nuncii, de omnibus diligenter inqvirunt, inveniuntqve sic omnia horâ eadem accidisse quâ beatissimo regi fuerant cœlitus revelata. Fama autem tanti crebrescente miraculi, cecidit timor super omnes qvi audierunt verbum. Et scientes qvia Deus ipse pro Edwardo pugnaret, tam Daci qvàm ceteræ nationes intercurrentibus nunciis & muneribus fœdus cum eo pepigerunt.* At nobis diligentiùs inqvirentibus veraces manifestaverunt Historici, neqve Magnum, neqve Svenonem, qvibus solis regnante in Anglia Edvardo, Daniæ regnum parebat, eo mortis genere occubuisse: illud autem Ailredo largimur, ab Anglia avertisse Svenonem potentissimum Daniæ Regem non superstitiosas Edvardi missas, sed munera, Svenoni scilicet ab Edvardo data, & promissa tributa: sufficienter testante Adamo Bremensi, [n.] cùm Sven classem paravisset, *ut Angliam suo juri subjiceret*, qvòd Edvardus pacem eligens, *victori obtulerit tributum, statu-*

l. de geneal. reg. Angl. m. de vita Edvar. Conf. n. lib. 3. cap. 12.

ens eum post se regni hæredem. Contra qvod nihil valet exceptio Alfordi, o. narrationem hanc Adami exinde infirmari, qvod affirmet Wigorniensis, Svenonem Danorum Regem à Norvegiæ Rege impetitum, auxilium ab Anglorum Rege Edvardo postulasse; confundit enim tempora Alfordus. Scribit Wigorniensis, p. contra Magnum Regem Norvegiæ sollicitasse auxilia Edvardi Svenonem; at Adamus, non nisi post obitum Magni, securâ jam Danicæ Monarchiæ possessione gaudentem Svenonem, insinuat semet ad invasionem Angliæ accinxisse, sed oblato tributo placatum supersedisse. Nec tamen hæc omnia eò tendunt, qvod majores nostros ab nimis liberali nonnunqvam medonis ingurgitatione prorsus contendam liberare; qvos excessisse qvandoqve modum, cum genio indulgerent, vel ipse Saxo, licet valdè circumspectus, negare non est ausus, q. Danos siccandis certatim calicibus assvetos fuisse. Et in illo excessu cum Anglis paria facere, innuit libro ipsius secundo introductus eqves Britannicus, ita locutus: *Novi Danorum luxum; nunqvam plena meri vasa liqvissent, ni timor aufugere compulisset. Facilius vitam deseruissent qvàm vinum. Communis hîc nobis affectio est, hac illis imagine respondemus.* Immò ipsi Angli pestiferæ consvetudinis culpam in nos prorsus conjiciunt; ut Willielmus Malmesburiensis de gestis Regum Anglorum libri secundi capite octavo: *Unde factum est, ut fama eius per ora omnium volitante, alienigenæ, Saxones, Flandritæ, ipsi etiam Dani huc frequenter annavigarent, Eadgaro familiares effecti, qvorum adventus magnum Provincialibus detrimentum peperit, qvod à Saxonibus animorum inconditam ferocitatem, à Flandritis corporum enervem molliticm, à Danis pota-*

o. Ann. Eccl. Ang. tom. 3. an. 1047. p. pag. 625. q. lib. 5.

potationem discerent. qvem exscribere Helinandus Frigidi montis monachus, [r] aliiqve videntur. Cui immoderatæ potationi modum statuere intendens Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, *quia compatriotæ in tabernis convenientes, jamque temulenti pro modo bibendi contenderent, ipse clavos argenteos vel aureos vasis affigi jussit, ut dum metam suam qvisqve cognosceret, non plus subserviente verecundia, vel ipse appeteret, vel alium appetere cogeret.* ut addit loco nuper citato Malmesburiensis; insuper libro primo de gestis Pontificum Anglorũ ostendens, illos in poculis clavos in Concilio Londinensi anno millesimo centesimo secundo celebrato *pinnas* esse dictas; qvarum institutionem non tam Dunstano qvàm ipsi Regi Edgaro Johannes Bromton adtribuit: *Edgarus tamen Dacorum petitioni nimis inconsulte favebat, nam vix fuit in Anglia viculus in qvo Daci cum Anglis non habitarent; demùm hoc bono animo tolleratum summæ calamitati peperit eventum. Nam Daci à natura potatores fortissimi, hoc unum prædicabile perpetuum reliqverunt Anglis, ut jam Anglorum probitas toti præjudicet mundo in calicibus epotandis. Qvamobrem Rex clavos in ciphis fecit infigi, ut per emensos ciphorum terminos biberent ad mensuram.* & mox docet, convenientia strenuis potationibus *profusa convivia in Anglia à Danorum adventu* exhiberi cœpta. At meo qvidem judicio, Romanis eodem jure adscribant, qvibus ante Danos insulam eorum ingressis, & longè lateqve dominantibus, cum præsideret Agricola, scribente Tacito, [s] *paullatim discessum ad delinimenta vitiorum, porticus & balnea, & conviviorum elegantiam.* Elegantiam vocat, immensitatem potationum; vera enim rerum vocabula perdidimus: cum

r. Chronic. lib. 46. s. in Agric.

cum nemini ignotum sit, qvantâ strenuitate pocula epulis miscuerint Romani, qvi & magistrum bibendi talis sortiebantur, leges poculis positurum. de qvo ritu Horatius, aliiqve veterum pleni; qvorum meliora, qvoad hanc materiam, Antiqvitatum Convivialium libro secundo, capite septimo exscripsit Jo. Gvilielmus Stuckius. Stupendæ namqve ebrietati corpora animosqve adjecerant Romani, tanqvam ad perdenda vina geniti: multi ad ostentationem virium infundebant, qvorum catalogum texuit Plinius,[t] Novellium Torqvatum, L. Pisonem, M. Antonium, aliosqve magnis potationibus famosos & commendatos recensens, de Torqvato notabiliter addens: *Torqvati rara gloria (qvando & hæc ars suis legibus constat) non labasse sermone, nec levatum vomitione, non altera corporis parte dum biberet: matutinas obisse vigilias, plurimum hausisse uno potu: plurimum præterea aliis minoribus addidisse: optima fide non respirasse in hauriendo, neqve expuisse: nihilqve ad elidendum in pavimentis sonum ex vino reliqvisse, diligenti scito legum contra bibendi fallacias.* Sic Heroicum qviddam censebatur, plena evacuare pocula; more apud Græcos antiqvissimis qvoqve temporibus recepto, summum fortium virorum præmium, plena censeri pocula, uti ex Homero ipso colligere possumus. Nostris eandem calicum curam fuisse, eò minus mirum, qvod strenuæ honoratæqve immoderatæ potationis exemplo præiverat Thor Deus, qvi in eâ arte excellere sibi ipsi visus est, mythologiâ Eddæ qvadragesimâ primâ docente. Itaqve secutis prævium Deastrum summatibus viris, non potuit non gratum esse atqve acceptum, qvotidianis in Valhalla indulgendi potationibus spem habere; cùm perpetua continuatio

t. lib. 14. cap. 22.

tio hilaritatem augeret: qvâ perpetuitate delectatus qvoqve L. Runnius, monumento suo, à Grutero [u] prolato, inscribi fecit:

CUPIDIUS. PERPOTO. IN. MONUMENTO. MEO QVOD. DORMIENDUM. ET. PERMANENDUM HIC. EST. MIHI.

Qvotidiè autem potationi incumbere in Valhalla Monoheroës, Eddam do testem mythologiâ tricesimâ qvintâ; ok er lidrat dogurdar mali þa rida þeir heim til hallarennar ok setiaz til drykkiu. h. e. *qvovis die, ubi tempus prandii instat, ad aulam eqvitant, & ad compotationem consident.* Et ut majori commoditate gauderent, pocillatorum officium non ipsi exseqvebantur. Ministrorum enim qvondam in Septentrione eæ partes erant; honoratæ tamen; præsertim ubi Regi & Regiis purpuratis inserviendum, Viglundar sogo docente: þessi veitsla var miog agiæt at ollum fongum. Konungr skipar þa þorgrimi at standa frammi um daginn at skeinkia ser oc sinum villdar monnum. þotti hirdmonnum Konungs vid of hversu mikit Konungr lagdi uppa þorgrim i allri virdingu oc metordi. h. e. *Eximium erat in omni apparatu hoc convivium. Rex Thorgrimũ procedere jubet, & illo die sibi & caris sibi viris infundere. Invidis id oculis aulici Regis aspexere, qvod tantam dignitatem Thorgrimo Rex conferret.* Nonnunqvã honoratissimis hospitibus, Regiâ nempe dignitate conspicuis, majorem honorem habituri qvi eos excipiebant, qvamvis non minoris ipsi essent qvalitatis, filias suas pocula porrigere voluerunt; pulchro in Chronico Snorronis occurrente exemplo: þa mællti Granmarr Konongr vid Hilldigunni dottor sina at hon skylldi bua sik ok bera ol gestom. hon var allra kven-

u. pag. 922. n. 2.

;, kvenna friduz. tok hon þa silfrkalk einn ok fylldi. geck ,, hon fyrir Hiorvard konong ok mællti. Allir heilir Ylfin- ,, gar at Hrolfs minni Kraka. ok drack af til halfs. Sidan ;, selldi hon Hiorvardi konongi. Nu tok hann kalkinn ok ;, hond hennar med ok mællti at hon skylldi sitia hia ho- ,, nom. hon sagdi þat eigi vikinga sid. at drecka hia konum ;, tvimenning. Hiorvardr let þess meiri von at hann mun- ,, di þat skipti a giora at hata helldr vikinga laugin ok dre- ,, cka tvimenning vid hana. þa settiz Hilldigunnr hia ho- ,, nom ok drucko þau bædi saman ok toludo mart of kvell- ;, dit. Eftir um daginn er þeir konongar hittaz hof Hior- ,, vardr bonord sitt. ok bad Hilldigunnar. Granmarr kon- ;, ungr bar þetta mal upp fyrir konu sina Hilldi. ok adrá ,, rikis menn. sogdo sumir at honom mundi vera mikit ,, traust at Hiorvardi konongi ok þotti þetta radligt vera. ,, Lauk sva at Hilldigunnr var faustnud Hiorvardi konungi. ,, ok giordi hann brudlaup til hennar. h. e. *Tum Granmarus Rex Hildigunnæ filiæ suæ in mandatis dedit, ut vestes suas optimas induta, hospitibus cervisiam propinaret; hæc omnium fœminarum formosissima erat. Assumpsit ea poculum argenteum, ac infudit. Deinde Hiorvardum Regem adiit, dixitqve: Salvete omnes Ylfingi. Hoc poculum in Hrolfi Regis Kraki memoriam bibo. Deinde postqvam dimidium exhausisset, Hiorvardo Regi poculum tradidit. Ille poculum excipiens simulqve manum illius apprehendens, ut apud eum consideret, rogavit. Illa piratis in more non esse dixit, cum fœminis pocula potitare. Respondit Hiorvardus se piratarum mores recusare promptum, si cum illa mutuis indulgere poculis liceret. Tum Hildigunna ad latus ejus considebat, adeo ut hac*

hac vespera mutuis poculis & colloqviis se invicem delectarent. Luce crastina cum convenirent Reges, Hiorvardus Hildigunnam sibi in uxorem dari petivit, quâ de re cùm Rex Granmarus cum uxore Hilda, cæterisque magnatibus consultaret, dicebant multi, Regi Granmaro potentiæ magnam accessionem exinde venturam, idcirco petitioni illius indulgendum svadebant. Tandem Hildigunna Regi Hiorvardo in matrimonium data est, qvi cum ea nuptias celebravit. Erat ea sine dubio Granmari intentio, captum formâ pulcherrimæ pocillatricis Hiorvardum, ex infesto inimico amicum & regni sui tutelarem facere socium. Qvomodo & Hengistus terram, firmasqve in Britannia sedes à Vortigerni regis liberalitate aliter impetrare diffidens, adornavit convivium, jussitqve *filiam, qvæ esset & naturæ miraculum & virorum spectaculum, fungi pincernæ munere, ut regis accumbentis oculos pasceret.* Qvi formæ gratiâ & gestuum elegantiâ statim sauciatus, nuptias virginis petiit, Hengisto totam Cantiam pro munere assignans; Willielmo Malmesburiensi de gestis Regum Anglorũ libri primi capite primo, memorante. Meliùs itaqve fecisset Hundingus Svecus, si filiæ aliive eas partes demandasset; nam cum regiæ dignitatis indecorè oblitus, pincernam agere non cunctaretur, malè ipsi cessit tanta sui fastigii oblivio. Itaqve nec decuisset Reges Principesqve in Valhalla pristinæ majestatis vel memores vel adhuc gaudentes, ipsos sibi infundere. Credidisse igitur, occisos occisori futuros illic pocillatores, annotavit in librum primum Saxonis Brynolfus. Communiter tamen Valkyriæ id muneris præstarent, qvæ cùm & ipsæ Monoheroës in beatas sedes invitassent, omni famulitii genere proseqvi non destituebant. Edda mythologiâ tri-

„ cesimâ primâ : Enn eru þær adrar er þiona skolu i Valholl bera dryckiu ok giæta bordbunadar ok olgagna. Sua „ eru þær nefndar i Grimnismalum.

„ Hrift ok Mift vil ek
„ at mer horn beri
„ Skeggiolld ok Skogul
„ Hilldr ok þrudr
„ Hlokk ok Herfiotur
„ Gaull ok Geira Hod
„ Ranngrid ok Radgrid
„ ok Reginleif
„ þær bera Einherium ol.

„ þessar heita Valkyriur. h. e. *Sunt & aliæ* virgines *quæ in Valhalla ministrare debent, nempe potum infundere, & utensilia mensarum, atqve vasa cervisiaria custodire. In Grimnismalum ita enumerantur.*

Hrista & Mista volo
ut mihi cornua porrigant,
Skeggolda & Skogula
Hilda & Thruda
Hlocka & Herfiotra,
Golla, Geira, & Hoda,
Ranngrida & Radgrida,
& Reginlefa;
hæ Monoheroibus cervisiam porrigunt.

Hæ dicuntur Valkyriæ. Cornua porrexisse Monoheroibus liqvore repleta dicuntur, antiqvissimum in Septentrione poculi genus, de qvibus ex professo egêre Wormius in disqvisitione de aureo cornu, & Thomas Bartholinus, pater meus, capite tricesimo de Unicornu. Neqve tamen ex com-

communi animalium cornu elaborata pocula in Valhalla viserentur; sacratiora desiderabantur ex cæsorum craniis inimicorum confecta, qvæ apud Danos, vel ex Daniâ oriundos, alias qvoqve gentes, in summo erant pretio. Multarum nationum diversi meminêre authores. De Scythis Herodotus, [x] inimicissimorum capita ab eis qvi pauperes sunt, crudo tantum bovis corio: à divitibus non modò exterius induci bovino corio, verùm etiam interius inaurari; & sic pro poculis usurpari. Unde Ctesippus apud Platonem in Euthydemo ait, *hos esse Scytharum felicissimos optimosqve viros, qvi in suis craniis multum auri habent. & hoc qvidem mirabilius, qvòd & bibant è craniis suis deauratis, & hæc intus conspicentur, suos ipsorum vertices in manibus gestantes.* Ex hac materiâ confectū opinarer scyphum, qvi apud Scythas, Aristotele memorante, [y] die qvodam festo circumferebatur, ex qvo *bibere non licebat ei, qvi hostem neminem interfecisset.* Scordiscos inter cætera dictu audituqve horrenda, qvæ in captivos agebant, *raptis qvum poculo opus esset, humanorum capitum ossibus cruentis, capillatisqve adhuc, ac per interiores cavernas malè effuso cerebro oblitis* usos fuisse, compilator Historiæ Miscellæ [z] refert; qvod tetigisse visus est in Breviario Rufus Festus. Panebos omitto, qvos *mortui Regis caput trunco amputatum inaurantes in sacris statuisse* scribit Nicolaus Damascenus: & Essedones, qvos defunctorum parentum *capita, ubi fabrè expolivêre, auro vincta pro poculis gerere*, Solinus atqve Mela testantur; qvorum hic jungit, Auchetas ita *pocula inimicissimorum capitibus expolivisse:* qvomodo Crunnus Bulgarus ex capite Nicephori argento forinsecus induto, Sclavinorum prin-

x. lib. 4. cap. 65. y. de Republ. lib. 7. cap. 2. z. lib. 6.

principes bibere fecit, ut legitur Historiæ Miscellæ libro vicesimo qvarto: & Curem Pieczenigorum principem ex cranio Stoslai poculum sibi fieri curavisse, cui hæc verba inscripta erant: *Dum aliena sequitur, perdit sua*, annotat Daniel Printz.[aa] Hoc *genus barbaræ magnificentiæ nunqvam Gallis Celtisve intra eos terminos, qvos eis verè natura præscripsit*, placuisse, Forcatulus[bb] asseverat; tametsi de Boiis luculenter scribat libri vicesimi tertii capite vicesimo qvarto Livius: *spolia corporis caputqve ducis Romani, Postumii, præcisum Boii ovantes, templo, quod sanctissimum est, apud eos intulere: purgato inde capite ut mos iis est, calvam auro cælavere, idqve sacrum vas iis erat, qvo solennibus libarent: poculumqve idem sacerdoti esse, ac templi antistitibus.* & de Celtis Silius Italicus:[cc]

At Celtæ vacui capitis circundare gaudent
Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula servant.

Deniqve Langobardis eundem ritum notum fuisse, sufficienter docet Paulus Diaconus libri primi capite vicesimo septimo: *Langobardi victores effecti sunt, tanta in Gepidos ira sævientes, ut eos ad internecionem usqve delerent, atqve ex copiosa multitudine vix nuncius superesset. In eo prælio Alboin Cunimundum occidit, caputqve illius sublatum, ad bibendum ex eo poculum fecit, qvod genus poculi apud eos scala dicitur, lingva vero Latina pateræ vocitatur.* Unde genus, undeqve morem ejusmodi conficiendarum paterarum, inde etiam nomen *scalæ* iis inditum, ex septentrione nempe, traxerunt Langobardi, manifestum faciente Vaulundar qvidu:

„Enn þær skalar
„er vnd skaurom voro
„sveip hann utan silfri selldi

aa. Moscov. cap. 1. bb. de Gall, Imp. & Phil. lib. 1. cc. lib. 13.

„ sellldi Nidadi.

h. e.

Crania autem illa
quæ pericraniis suberant
argento obduxit (Volundus)
& Nidado tradidit.

Sic & Godruna Atlam virum alloqvitur in Atlamalom:

„ Maga hefir þu þinna
„ mist sem þu sizt skylldir
„ hausa veitz þu þeirra
„ hafda at aulskalom.

h. e.

Filios tuos
amisisti modo qvo minimè velles;
crania nosti eorum
pro poculis cervisiariis usurpari.

In sacris Odini, ejusmodi cavatis in pocula craniis usos Septentrionales, Schefferus [dd] conjicit, nullo veterum, qvod sciam, testimonio fultus, sed qvia *barum regionum incolæ se bibituros olim apud Odinum è craniis à se occisorum hostium putabant; cujus opinionis non videtur alia fuisse caussa, qvàm vetus ea consvetudo. Nempe qvia in felicitatis parte ponebant, iis uti in conviviis sacris, multò magis ea felicitate fruituros post mortem inter viros fortes credebant.* Hoc ultimum certè credebant; faciente fidem Regnero Lodbrock, qvi morti vicinus, in cygneâ suâ cantione, qvæ de Valhallæ gaudiis præsumpserant Septentrionales, magnâ ex parte aperiens, ita canit strophâ vicesimâ qvintâ:

„ Hiuggum ver med hiorvi.

dd. Upsal. cap. 10.

„Hitt læir mik iafnan
„at Balldrs fedur becki
„buna veit ek at sumlum
„dreckom bior at bragdi
„or biugvidom hausa
„sytir ei drengr vid dauda
„dyrs at fiolnis husum
„eigi kem ek med ædru
„ord til Vidris hallar.

h. e.

Secuimus ense.
Illud me semper gaudere facit
qvod Balderi patris scamna
parata sciam ad convivium;
bibemus cerevisiam brevi,
ex concavis craniorum poculis.
(non exhorret mortem animosus)
in præstantis Odini domicilio:
non venio cum timoris
verbis ad Odini aulam.

Hanc autem, præter alias, ob causam, Picollum Prussorum Deum, eundem fuisse cum Othino Septentrionalium, qvòd Picollo fuerit *consecratum mortui hominis caput*, ut habet Matthias Strykovius in Sarmatia Europæa; conjectura est Christophori Hartknochii in antiqvitatibus Prussicis versatissimi, rerum Prussicarū dissertatione decimâ. Demùm hîc omittere nolo, Eunapium Sardianum in Ædesio acriter invehi in Monachos, *homines* (ut scribit) *qvidem specie, sed vitam turpem porcorum more exigentes*, qvi eorum qvos martyres, diaconos, & legatos arbitrosqve precum petitionum-

numqve apud deos nominabant, *condita & salita capita pro divis ostentabant.* Sed non nisi ipsi Odino concessum, in Valhallâ satiari potione, & cibi expertem durare; qvem duobus ad mensam adstantibus Lupis appositam sibi escam, qvâ non indigeat solo vino recreatus, distribuere, mythologiâ tricesimâ qvintâ Edda indicat. Reliqvis illuc receptis necessarium fuit, cibum poculis qvotidianum interponere; qvi qvoqve affatim, & ad palatum fortium virorum, gratis erat adponendus. Heimill er matr" ok drykkr honum sem ollum þar i Havaholl. h. e. *Liber" erit illi cibus & potus, ut omnibus aliis in Odini aula;* Ganglero inqvit Haar seu Odinus, mythologiâ secundâ. Innumeræ autem multitudini ad satietatem usqve suffecturum credebatur apri lardum, de qvo ita tractat Mythologia tricesima tertia: þa mællti Gangleri. þat seger þu at aller" þeir er i orrosto hafa fallit fra upphafi heims eru nu kom-" ner til Odins i Valholl. hvat hefer hann at fa þeim at vi-" stum. ek hugda at þar skylldi vera allmikit fiolmenni." þa seger Haar. Satt er þat er þu seger. allmikit fiolmenni" er þar. enn micklu fleira skal enn verda ok man þo oflitid" þikkia þa er ulfrenn kemr. enn alldri er sva mikill mann-" fioldinn i Vallholl at æi ma þeim endaz flesk galltar þess" er Scrimner heiter. hañ er sodinn hvern dag ok heill at aptni." Enn þessi spurning er nu spyr þu þikki mer likara at faer" munu sva viser vera at her kunni satt af at segia. And-" hrimnir heiter steikarenn. enn Elldhrimner ketillenn." sva er her sagt.

„ Andhrimner lætr
„ i elldhrimni
„ Serimni sodinn
„ fleska bazt enn þat

faer

„faer vitu
„vid hvat Einheriar alaz.

h. e.

Tum dixit Ganglerus. Cùm dixeris, omnes homines ab initio mundi in bello cæsos Valhallam ad Odinum venisse; qvalem qvæso illis victum præbet? existimo enim ingentem turbam ibi esse congregatam. Respondit Haarus: Vera profers, ingens ibi populi numerus est, multumqve posthac ei accedet. attamen nimis exiguus videbitur, cum adveniat lupus. Nunqvam vero tanta hominum freqventia in Valhalla est, qvin sufficiat illis lardum Apri illius qvi Serimner dicitur. Is qvotidie elixatur, sed vespere integer remanet. Paucos verò tam sapientes inveniri credo, ut qvæstionem, qvam nunc proposuisti, rectè resolvere qveant. Andhrimner cocus vocatur, Elldhrimner vero cacabus. uti hic dicitur.

Andhrimner (cocus) *curat*
in Elldhrimno (cacabo)
Serimni (apri) *coqvi*
lardum optimum. Sed illud
pauci norunt
qvo victitent monoheroës.

Qvotidianis enim, qvæ mox inspiciamus, Monoheroum exercitationibus nutrimento abundans caro reqvirebatur: qvemadmodum & Judæis persvasum est, resuscitatos mortales, in novo mundo *non adeo crebrò uti nunc, opus habituros cibo & potu uti: sed certis qvibusdam temporibus, pro natura & vigore cibi succulentioris & efficacioris ad nutriendum, qvi tum temporis erit. Eo autem cibo veluti oleo instaurabitur semper humidum radicale, ut ala-*

cres

cres & vegeti robuſtiqve maneant : uti ſcribit Menaſſeh Ben-Iſrael.[ee] & confirmat apud Daſſovium de reſurrectione mortuorum, R. Moſes de Trana, futura illa *alimenta tenuia, ſimiliaria, & accidentia prope ad temperamentum mannæ, quæ alant & conſervent corpus humanum per unum prandium in multos dies.* qvi heic manifeſtum facit, non carnem tunc exſpectari; & ut credibile eſt, minimè omnium ſuillam, qvæ viventibus adhuc Judæis non in minori eſt averſione qvàm Mahumedanis, qvi idcircò inter victum incolarum Paradiſi numerari nolunt illicita, ut carnem ſuillam, teſtante Doctrinâ Machumeti. At Septentrionalibus arriſit, ut inter omnes maximè alens; cujus rei certiſſimum ex Athletis indicium profert Galenus libri tertii de Alimentorum facultatibus capite ſecundo: *Omnium ciborum, ſuum caro potentiſſime nutrit. cujus rei athletæ certiſſimum tibi præbent indicium. Si enim paribus exercitationibus parem molem alterius cibi diem unam comederint, poſtero die ſtatim ſentient ſeſe redditos imbecilliores. Qvod ſi pluribus deinceps diebus id fecerint, non imbecilliores modo, verum etiam alimenti penuria macilentiores palam conſpiciuntur.* Apri glandulas athletis pro cibo fuiſſe, ex verſu Martialis,

Partitur apri glandulas palæſtritis.

colligit Mercurialis.[ff] Thebanū tamen qvendam athletam, reliqvos ſui temporis athletas viribus ſuperaſſe, qvòd caprinas carnes manducaret, ex Athenæo ibidem refert. Illa qvoqve bina carnium genera veteres noſtræ terræ pugiles, perpetuo armorum exercitio dediti laudabant, Starcathero apud Saxonem[gg] loqvente:

Fugimus lautæ vitium popinæ,

ee. de reſurr. mort. lib. 3. cap. 9. ff. de art. gymnaſt. lib. 1. cap. 15. gg. lib. 6.

Rancidis ventrem dapibus foventes:
Coctiles paucis placuêre ſucci
Tempore priſco.
Diſcus herboſi vacuus saporis,
Arietum carnes dabat & ſuillas,
Temperans uſus nihil immodeſto
Polluit auſu.

At qvia caro ſuilla glutinoſum ſuccum craſſumqve habet, ſale primùm à Borealibus conditur, mox fumo exponitur, ut ſale & fumo humiditas viſcoſa abſumatur & temperetur, fiatqve eſu ſvavis & ſalutaris, noſtris hominibus expetita, ut docet venerandus Pater meus de Medicina Danorum diſſertatione ſextâ. Et olim ita uſitatum, rigidus idem ciborum exactor Starcatherus pronunciat:

Hic famis primæ ſtimulum licebat
Aridis pernæ natibus levare.

Hujusmodi ſuccidiam antiqvis Romanis non ingratam inviſamve fuiſſe, docet ſatyra undecima Juvenalis:

Sicci terga ſuis, rarâ pendentia crate,
Moris erat qvondam feſtis ſervare diebus.
Et natalicium cognatis ponere lardum.

CAPUT XIII.

Monoheroum exercitia, imagine belli in Valhalla exerceri. Caſi bello, ad repetenda prælia magiâ excitati. Mortui malorum præteritorum obliti. Dvergi ſeu Nani arte fabrili inſignes. Arma cum mortuis ſimul cremata & ſepulta. Gladii qvomodo apud ſepultos locati. Gladii à Chriſtianis ad monumenta ſepulchralia ſuſpenſi. Arma in Valhalla cui uſui eſſent. Ante Crepu-

ſcu-

sculum Deorum, omnes mortui in Valhalla vel Niflheimo essent. Qvid de Udaensakri sentiendum.

Anteqvam memoratis epulis reficerentur in Valhalla Monoheroës, ad qvotidiana priùs exercitia dilabebantur. Ad ea peragenda gallicinio excitandos, Volospa indicare videtur:

„Gol um Asom
„gullinkambi
„sa vekr haulþa at hiarar
„at heriafaudrs
„enn annarr gol
„fyr iord neþan
„sotraudur hani
„at saulom heliar.

h. e.

Cecinit circa deos
aureâ cristâ insignis,
ille viros ad arma excitat
apud exercitus patrem.
Sed alter cecinit
infra terram
fulvus gallus
in ædibus Helæ.

Sic excitatorum exercitia, plenè describit mythologia Eddæ tricesima qvinta: Her mattu hæyra i Grimnis-" malum.

„Fimm hundrut dyra
„ok of fiorum tugum
„sva hygg ek a Valholl vera.
„atta hundrut æinheria ganga

,, ſenn or æinum dyrum
,, þa er þeir fara vid vitni at vega.

,, þa mællti Gangleri. Allmikill mannfioldi er i Valhollu. ,, ſva niota ek tru minnar allmikill hofdingi er Odinn ,, er hann ſtyrer ſva mikklum her. eda hvat er skemtan æin- ,, herianna þa er þeir drekka ægi. Haar ſegir. hvern dag ,, er þeir hafa klæz. þa hervæda þeir ſik ok ganga ut i gar- ,, dinn ok beriaz. ok feller hverr annan þat er leikr þeirra. ,, ok er lidr at dogurdar mali. þa tida þeir heim til hallaren- ,, nar ok ſetiaz til drykkiu. ſva ſem her ſeger.

,, Aller Æinheriar
,, Odens tunum i
,, hoggvaz hverian dag
,, val þeir kioſa.
,, ok rida vigi fra
,, ſitia meirr umſatter ſaman.

h. e. *Heic ex Grimnismalum audire potes.* (ait Harus adGanglerum.)

Qvingentas fores
& præterea qvinqvaginta
in Valhalla eſſe puto:
Octingenti Monoberoës prodeunt
ſimul ex ſingulis foribus,
cùm contra lupum bellatum eant.

Tum ait Ganglerus: Magna certè turba Valhallam incolit. per fidem meam, magnificum principem Odinum eſſe neceſſe eſt, cùm tantum regat exercitum. qvo autem exercitio monoberoës delectantur, cum poculis non indulgent? Reſpondit Harus. Qvotidie poſtqvam veſtes induti ſunt, armaturam aſſumunt, deinde in aream exeuntes dimicant,

unus-

unusqve alterum prosternit; hoc eorum exercitium est. Instante vero prandii tempore, domum ad aulam eqvitant, ac ad potandum consident, veluti hic dicitur.

Omnes Monoheroës
in Odini area
se invicem qvotidie cædunt.
stragem eligunt,
& à cæde revertuntur.
amici deinde considentes.

Perfectam belli, qvod unicè viventes amaverant, fuisse imaginem, egregius ex libro primo Saxonis locus confirmat, ubi de Hadingo in sedes hominibus post mortem designatas à venefica fœmina ducto: *Qvo pertransito, binas acies mutuis viribus concurrere contemplantur. Qvarum conditionem à fœmina percunctante Hadingo, Ii sunt, inqvit, qvi ferro in necem acti, cladis suæ speciem continuo protestantur exemplo, præsentiqve spectaculo præteritæ vitæ facinus æmulantur.* Hoc cùm absurdum humanæ appareret rationi, prostratos qvotidianâ strage, resurgere, atqve pugnæ, integratis viribus accingi; Odinus ut omnem dubitationem excuteret, præstigiis per Hildam exercitis effecit, vel potiùs efficere creditus est, Hithinum & Hóginum ad repetendum prælium resurgere, atqve ita suo exemplo monstrare, exercitia Monoheroum Valhallina, possibilia esse. De iis Saxo: [a] *Ferunt Hildam tanta mariti cupiditate flagrasse, ut noctu interfectorum manes redintegrandi belli gratiâ carminibus excitasse credatur.* Conflictum hunc Mythologia Eddæ sexagesima septima ita complectitur: þa hofu þeir orrosto þa er hiadninga-" vig er kallat ok borduz þann dag allan. ok at kvelldi fo-"
ru

a. lib. 5.

„ ru konungar til skipa. enn Hilldr gekk um nottina til val-
„ fens ok vakti upp med fiolkyngi alla þa fem dauder voru.
„ ok annan dag gengu konungar a vigvollinn ok borduz.
„ Sva ok aller þeir er fellu hinn fyrra daginn. for fva fu or-
„ rofta hvern dag epter annan at aller menn þeir er fello
„ ok oll vapn þau er lagu a vigvelli urdu at grioti. En er
„ dagadi ftodu upp aller dauder menn ok borduz. ok oll
„ vapn voru þa nyt. Sva er fagt i kvædum at Hiadningar
„ skolu fva bida ragnarokkrs. h. e. *Tum prælium, qvod Hedingorum cædes dicitur, inceperunt, totoqve illo die pugnarunt; vespere Reges ad naves redibant. Hilda vero cæsos noctu adiit, omnesqve mortuos magicis artibus excitavit. Proximo die Reges locum pugnæ repetierunt, dimicaruntqve, neqve minus omnes qvi pridie cecide-rant. Hoc modo, uno die post alterum prælium stetit, ut omnes qvi caderent, armaqve in loco prælii iacentia in lapides mutarentur, die vero elucescente omnes qvi mortui fuerant, surgerent dimicarentqve, armaqve tunc utilia essent. In Carminibus dicitur, Hedingos ita ad Crepusculum Deorum duraturos.* Attamen qvomodo post multorum curricula annorum, larvarum illud prælium ceffaverit, prolixiùs enarratur in manufcripta, qvam poffideo, Hogini & Hethini faga, ubi & memoratur qvas partes in cæfis excitandis Odinus habuerit; Hethini manibus dicentibus: *enn Oþinn hefir lagt þetta a oss.* h. e. *Odinus verò nobis hoc imposuit.* Sed non facturum me operæ pretium, crediderim, fi redolentem fabulofa narrationem integram darem: & eâdem confideratione ficco pede pertranfeo exemplum qvod ex Hrolf Kraka fogu adducere poffem, ubi fimiles præftigias exercet percelebris illa magiæ artifex Sculda,

da, in fratrem suum Hrolfum Regem, insidias, vires, magiam expromens. Habent non absimile qvidpiam Annales Hiberniæ à Camdeno editi: *Eo tempore Hibernici de O-mayll inierunt versus partes de Tullagh & bellum commiserunt, unde de Hibernicis occisi fuerunt circa CCCC. quorum capita Dubliniam missa fuerunt; & mirabilia postea ibi videbantur. Qvasi mortui surrexerunt, & invicem pugnaverunt, & Fennokabo signum eorum exclamaverunt.* Taliter perdurantem mortis sensum Manibus gravem fuisse, indicant qverelæ Hethini, qvæ in ipsius historia legi possunt: & contra leges Erebi, cæsos vitæ & pugnæ restitui, Lucanus [b]. canit:

- - - si tollere totas
Tentasset campus acies, & reddere bello:
Cessissent leges Erebi, monstroqve potenti
Extractus Stygio populus pugnasset Averno.

Et ille idem libro septimo, ejusmodi æternas pœnas sensumqve mortis imprecatur Crastino evocato in exercitu Cæsaris, qvi acies commisit:

Dii tibi dent mortem, qvæ cunctis pœna paratur,
Sed sensum post fata tuæ dent, Crastine, morti,
Cujus torta manu commisit lancea bellum,
Primaqva Thessaliam Romano sangvine tinxit.

Hinc Castorem atqve Pollucem, omnium mortalium miserrimos, qvibus semel mori non licuit, Lactantius [c]. judicat. Et apud Photium [d]. de Dercyllide atqve Mantinia refert Antonius Diogenes, oraculum ipsis datum fuisse, in Thulen insulam deferrendos, & *cum alia adversa passuros, tum impietatis in parentes pœnas daturos: vitam nimirum ipsis cum morte alternis vicibus commutatum iri*, & noctu

qvi-

b. lib. 6. c. Divin. Instit. lib. 1. cap. 10. d. Bibl. cap. 166.

qvidem victuros, interdiu vero semper mortuos futuros. Unde, addente ibidem Dinia, Paapis in insula Thule ipsis superveniens, *arte suâ magicâ hoc effecit, ut interdiu morerentur, nocte vero accedente reviviscerent;* hoc *tantùm ritu ad illud efficiendum usus, qvod publicè in illorum faciem conspueret.* Sed credibile est, persvasum habuisse veteres, non molestum, sed deliciosum futurum in Valhalla exercitium, qvo in necem continuo concursu acti, præteritæ vitæ facinus æmularentur, ut ab Saxone audivimus. Cui ipse alibi [e] primâ specie contrariari videtur, ubi omnium præteritorum mortuos oblivisci, creditum fuisse inculcat, Collerum hæc differentem introducens: *Sæpe enim incolumi spiritu membrorum clades pugnantibus incidit: qvæ sors omni fato tristior esse solet, qvòd sors omnium memoriam tollat, vivens vero proprii corporis stragem negligere neqveat.* Neqve dissimili sensu, libro ejusdem qvinto, Ericum Frotho Rex alloqvitur: *Nulla me meliorum spes ad vivendi cupiditatem adducit: Qvis ad solidum laceratam fortunæ meæ sortem resarciet casus? Et jam horum nisi periclitantem excepissetis, immemor essem.* Sed malorum dedecorumqve oblivionem morte afferri, credidisse, statuamus; ut nempe Collerus membrorum cladis post mortem, nullam futuram memoriam: & Frotho, deperditæ claritatis reminiscentiam in altera vita non duraturam, existimaverint. Cum aliàs apertissimum sit, credidisse fortium facторum memoriam notitiamqve permansuram, qvi juxta eorum decorem & magnitudinem, honores in Valhalla atqve voluptates decerpere vellent. Itaqve ab oblivionis campo Monoheroës procul amoveamus, à qvo Heroäs qvoqve suos separaverunt Græci Romaniqve, loqvente apud Dionysi-

e. lib. 3.

nysium Halicarnasseum, [f] Veturiâ Marcii matre: *Et si quis locus est, qui humanas animas à corpore solutas recipiat, meam non subterraneus caliginosusque capiet, quod miserorum esse domicilium perhibent; nec campi quos Lethæos nominant; sed sublimis & purus æther, in quo aiunt diis genitos fortunatam & beatam vitam degere: quibus renuntiata tua pietate concessaque sibi gratia & honore habito, semper tibi præclaram aliquam à diis retributionem petet.* Et quemadmodum Lappones, docente apud Schefferum Olao Petri, [g] arcum & sagittam penes mortui cadaver clam sepeliunt; rati, eum, cùm tandem surrexerit, idem aggressurum vitæ genus. Et de Pruthenis notitiam veri Dei necdum adeptis, insignis est apud Dusburgium locus Chronici Prussiæ parte tertiâ, capite quinto, & plurima à nobis hactenus allata, & Hartknochii aliorumque Historiæ Prussicæ recentiorum effatum, Prussos à Gothis Septentrionalibus *sacros ritus omnemque religionem suam petiisse*, mirificè confirmans: *Pruthenis*, inquit Dusburg, *resurrectionem carnis credebant, non tamen, ut debebant. Credebant enim si quis nobilis vel ignobilis, dives vel pauper, potens vel impotens esset in hac vita, ita post resurrectionem in vita futura. Unde contingebat, quod cum nobilibus mortuis arma, equi, servi & ancillæ, vestes, canes venatici, aves rapaces, & alia quæ spectant ad militiam, urerentur. Cum ignobilibus comburebatur id, quod ad officium suum spectabat. Credebant quod res exustæ cum eis resurgerent, & servirent sicut prius.* Sic olim, opificio insignes, præsertim tali cujus usus armatis conducibilis, eamdem artem adeo post mortem, in altera vita non obliviscerentur, ut insuper exercerent. Conjecturam sumo ex Scallagrimo, fabro ferrario

f. lib. 8. g. Lappon. cap. 27.

rario eximiæ industriæ, cujus tumulo super arma & eqvum, illata conjecerim fabrilia ipsius instrumenta, ut eam insuper artem in nova vita exercerer. Ita exeqvias ejus Eigla descri-„bit: Let Egill þar giora haug a framanverdu nesinu var þar f „lagdr Skallagrimr ok hestr hans ok vapn hans ok smidar-tol. h. e. *Egillus in extrema lingulæ ora tumulum fieri curavit, in qvem Scallagrimus cum eqvo suo, armis, & fabrilibus instrumentis illatus.* Tamenetsi gaudium Valhallæ Scallagrimus fortè sibi promittere neqvibat, utpote siccâ morte defunctus; nihilominus fuisse in Valhallâ Dvergos, seu Nanos traditur, qvos fabrilis artis eximios cultores deprædicant. Horum qvatuor in Asgardiâ, non procul ab ipsius Odini cubiculo permanentium, meminit Saga „af Hogna oc Hedin: Menn þeir voru i Asgardi er einn „het Alfrigg annar Dvalinn þridi Berlingr fiordi Grerr. „þeir attu heima skamt fra holl konungs. þeir voru menn „sva hager at þeir logdu allt a giorva hond. þesshattar „menn sem þeir voru kolludu menn Dverga. þeir bygdu „einn stein. þeir blonduduz þa meira vid mannfolk enn nu. h. e. *Viri qvidam in Asgardia erant, quorum unus Alfrigus nomine fuit, secundus Dvalinus, tertius Berlingus, qvartus Grerus, hi non procul ab habitaculo Regis* (Odini) *vixerunt: hi tanta arte fabrili pollebant, ut omnia fabricare possent. Istiusmodi homines, qvales illi fuêre, Nani vocabantur; Lapidem qvendam inhabitarunt. Eo tempore hominibus magis familiares fuere, qvàm nunc sunt.* In altera autem vita eos qvoqve inventum iri, colligo ex mythologiâ Eddæ qvadragesimâ tertiâ, ubi Literum nanum pedibus suis obvolutū, Thorus in pyram Balderi detrusit, qvi flammis absumptus, ad inferos haud dubiè cum ipso Balde-

Baldero migravit. Neqve nullum opificum in Valhalla usum credamus. Namqve & calceorum usum illic monstravimus, & armorum trademus. Utraqve autem hæc sibi ipsi adornandi scientiam nulli esse probrosam, Havamal pronunciant:

„Skosmidr þu verir
„ne skeptismidr
„nema þu sialfum þer ser
„skor er skapadr illa
„edr skapt se rangt
„þa er þer bauls bedit.

h. e.

Calcearius ne sis,
nec hastilis faber,
nisi tui ipsius causâ fiat.
si calceus enim malè sit formatus,
vel hastile inæqvale,
tum mala tibi imprecantur.

Qvocirca qvod viventibus ignominiæ non vertebatur, neqve in altera vita despiciendum, sine dubio crediderunt; arma & ad arma pertinentia fabricandi habere notitiam. Etenim si cujus rei ad Valhallam secum portandi cura erat primariis viris, præcipua certè gladii armorumqve. Frotho Magnus apud Saxonem [h] retulit in legem, ut paterfamilias in bello cadens, *cum eqvo omnibusqve armaturæ suæ insignibus tumulo mandaretur*. Hunc morem non Danos modò, sed & cæterum Septentrionem incolentes usurpavêre. De Thorolfo, Scallagrimo, & Egillo cum armis tumulatis Eigla agit, & de aliis obvia ubivis exempla. Si corpora primùm comburerentur, cineresqve deinde collecti

Cccc 2 terræ

h. lib. 5.

terræ mandarentur; & pyræ, & ossibus atq; cineribus in urnas collectis, arma addebantur. Testem do Saxonem, Haraldi Hyldetandi exeqvias libro octavo describentem: *Cumqve superjectum ignis cadaver absumeret, mœrentes circuire proceres, impensiusqve cunctos hortari cœpit, uti arma, aurum, & qvodcunqve opimum esset, liberaliter in nutrimentum rogi, sub tanti taliterqve apud omnes meriti regis veneratione transmitterent. Cineres qvoqve perusti corporis urnæ contraditos Lethram perferri, ibiqve cum eqvo & armis, regio more, funerari præcepit.* Hinc, ubi ex tumulis, nostro vel avorum tempore, urnæ cum cineribus effossæ, fragmina gladiorum rarò non simul inventa. Nonnunqvam autem sedentes in tumulis collocati Reges, arma induti: & qvos idem exitus manserat, milites præcipui, eorum ab utroqve latere constituti. In qvem forsan finem concamerationes in collibus factæ à Danis; qvalis est collis iste in Hibernia, apud Sligoensses in Conatia, cujus introitus anno millesimo sexcentesimo qvadragesimo detectus est casu, atqve apertus. *Cameræ ibi qvadrangulæ sunt, è saxis ingentibus, arcuato opere, cum terrâ super impositâ, in collem formatâ, constructæ, una cum meatu circulari ad easdem.* Ichnographiã areæ structuræ hujusce cameratæ exhibet Jacobus Waræus,[1] verisimiliter concludens, *cum in concamerationibus nulla reperiantur indicia foraminum, vel ad lucem admittendam, vel ad fumum emittendum*, qvòd fuerit *Conditorium Magnatibus & Ducibus suis* ab priscis Ostmannis, qvomodo in Hibernia Dani sive Normanni appellabantur, destinatum. Temoriæ qvoqve in Hibernia Reges, armati, ac forsitan sedentes tumulati. Scribitur enim in vita tripartita S. Patricii, cujus authorem Colganus statuit S. Evinum,

1. Antiqv. Hibern. cap. 32.

num, partis secundæ capitulo octavo: *Solebant gentiles, Reges & heroës illius gentis,* Temoriæ, *facie ad faciem usqve in diem judicii, in suis armis tumulari.* Si facie ad faciem versi fuerunt, credibile est, sedentes vel erectos collocatos. Sedentem qvoqve in tumulo suo Hrolfonem Kraka nonnulli historici describunt, gladio armatum. Vita ejus veteri lingvâ composita modum statuti cadaveris silet, de gladiis ipsi, Heroibusqve, comitibus ipsius additis, sic loqvitur: Var haugr orpinn eftir Hrolf konung, ok lagt " hia honum sverdit Skofnungr. ok finn haugr handa hveri. " um kappa, ok nockur vapn hia. h. e. *Hrolfus Rex in* " *tumulum illatus est, simul cum gladio suo Skofnungo. Singuli Heroës singulis tumulis sunt inclusi, armis apud qvemqve constitutis.* Proprio & discreto tumulo qvemqve illatum innuit. aliter tamen Þordar saga Hredu, ex qva si non alios, Bodvarum Biarconem certè & Hialtonem, fidissimos amicorum, eodem cum Rege tumulo honoratos concipimus; ubi de *Skofnungo* per summam Skeggonis audaciam ablato: Skeggi var mikill garpr oc einvigis madr mikill, " hann var lengi i vikingu. Eitt hvert sinn kom hann vid " Danmork ok kom til Hleidrar. Þangar sem haugr Hrolfs " konungs Kraka var. oc braut hauginn oc tok brott sverdit " Hrolfs konungs Kraka Þat er Skofnungr het oc bezt sverd " var borit til Islandz. oc oxina er Hiallti hafdi att hinn " Hugprudi. enn hann nadi eigi laufa af Bodvari Biarka. " Þvi hann feck hvergi sveigt hans armleggi. h. e. *Skeggo* " *fortis & insignis bellator fuit. Hic diu piraticam exercuit, & aliqvando ad Daniam appulit, venitqve Lethram, ubi tumulus Hrolfi Regis Kraki fuit; qvem fregit, gladiumqve Hrolfi, dictum Skofnung abstulit, qvi ensis omnium in*

Islandiam deportatorum optimus erat. Cepit & securim quam Hialto Modestus possederat. Lausam vero gladium è manu Bodvari Biarconis extorqvere non potuit, cùm brachia ejus flectere non valeret. addit Landnama : Bodvar „ villde ad honum enn Hrolfr konungr vardi. h. e. *Bodvarus* Skieggonem gladium suum vi rapere volentem *impetere voluit, sed Hrolfus Rex id impedivit.* Skofnungum autem gladium miræ volunt fuisse naturæ ; cum enim vi- „ branti Theodoro Hredæ Eidus dicit : þat er nattura sver- „ dzins at nockut verdr at hoggua med þui hvern tima sem „ brugdit er ; *gladii ea est natura, ut eo aliqvid omninò cædendum sit qvando strictus fuerit.* Prolixiùs in Kormaks sagâ hanc gladii jam sui dotem Skeggo deprædicat „ Kormako : Vandæsi mun þer áþikia medferdinni segir „ Skeggi. pungr fylgir oc skalltu hann kyrran lata. Eigi „ skal sol skiña a it efra hialltid. Eigi skalltu oc bera þat „ nema þu buiz til vigs. Enn ef þu kemr a vettfang. sit „ einnsaman oc bregd þar rett fram brandinn. oc blas á. „ þa mun skrida yrmlingr undan hiålltinu. halla sverdinu „ oc gior honum hægt at skrida under hialltid. h. e. *Fortè tibi singularis videbitur ejus tractatio ; Ei sacculus qvidam additus est , qvem violare cave. Superiorem Capuli partem solis radii non attingant. nudare noli , nisi ad cædem sis paratus; Si verò ad locum duelli veneris, ab aliis secede, tum stringe ac extende ensem, & in illum spira ; tum ex capulo vermiculus qvidam prorepet : Declina capulum, ut in eum facilius regrediatur.* Kormakus , accepto „ gladio, domum ad matrem rediens : Synir henni sverdit „ oc vill bregda sverdinu. þat gengr eigi or slidrunum. „ Dalla mællti. Ofoprаdþægr ertu frændi. Kormakr setr þa sætr-

fætrna vid hiolltin oc flitr af punginn. Skaufnungr gren-" iar þa vid. oc gengr eigi or flidrunum. h. e. *Et gladium" ostendit; stringereqve voluit, evaginare verò non potuit. Dalla* (mater) *ait: Consilia data nimis spernis, cognate. Kormakus tunc capulum pedibus suppofuit, sacculumqve abrupit; Skofnungus tum mugitum edidit, non tamen evaginari potuit.* Kormakus cum Besso, qvem ad duellum provocaverat, pugnaturus, locum duelli adiit, ac ab aliis hominibus secessit: Kormakr fezt nidr, oc tekr af fer fverdit." hirti eigi þo at sol skini a hialt honum, en hann hafdi gyrt " fik utan um klædi ok vill bregda oc feck eigi. fyrr en hann " ste a hialltid oc kom yrmlingrinn. ok var ekki med farit ", fem skyllði. ok var brugdit heillum fverdfins. en þat geck " grenianda or flidrum. h. e. *Kormakus in terra consideat, gladioqve, qvem supra vestes portaverat, se discinxit, à solis radiis capulum attingi parvi faciens. Cum autem stringere vellet, non potuit, priusqvam capulum calcaret: Tunc vermiculus prodiit. Kormakus vero gladium ritè non tractavit, unde fortuna gladium deseruit. Skofnungus vero mugitum edens evaginabatur.* Cæterum facto Skeggonis, ex tumulo Hrolfi Skofnungum reportantis, nihil apud Islandos illustrius & celebratius; cum virilis audaciæ haberetur, sepultis arma auferre, qvæ mortui præstigiis diabolicis acriter retinere contendebant. Qvò refero, qvod de Giselberto habet Paulus Diaconus, [k] eum, ex Alboini tumulo spatham cùm abstulisset, *apud indoctos homines, Alboini se vidisse*, jactavisse. Forsan enim apparêre ipsi visi sunt Alboini manes, spatham abstrahi qvasi ægrè ferentes. Qvod & Angantyri Manes malè habuit, pluribus illusionibus Hervaram filiam absterrentes, ne Tyrfing, charum gladium, tumulo

k. de Gest. Langob. lib. 2. cap. 28.

mulo extraheret; Hervarar sagâ memorante. Charissimum qvod vivus habuerat Argantyrus, ille erat gladius, qvem idcirco à cadavere suo divelli fremebat. Magnâ enim curâ providerat, ut si in conflictu cum Oddo & Hialmaro succumberet, adamatū gladium sepulturæ suæ superstites inimici mandarent: promittens ipse vicissim, si sibi victoria daretur, qvod armorum genus adversariis maximo in precio erat, ipsorum tumulis inferre; in Orvaroddz sogu sic locutus: „ Þat vil ek segir Angantyr ef nockur kemz i brott hedan, at engi skal annan ræna vapnum. Ek vil hafa Tyrfing i lord med mer, þo at ek deyi. Sva skal Oddr hafa skyrtu sina oc skeyti sin. Hialmar bryniu sina. Sva skilia þeir fyrir at hver skuli verpa haug eptir annan þeir sem lifa. h. e. *Volo, inqvit Angantyrus, ut qvicunqve ex nobis hoc discrimen evaserit, cæsos armis non spoliet. Ego cum ense meo Tyrfingo sepeliri volo. Oddus cum subuculâ suâ, & sagittis sepeliatur; Hialmarus cum loricâ suâ. Deinde pepigerunt, ut qvi superstes foret, occisos sepeliret.* Eundem in finem existimo Bessum & Haldorum occisi Vali scutum ad pedes ejus demortui erexisse, gladiumqve ad caput constituisse, prout in Kormaks sogu „ legitur: Sidan setia þeir upp skiolld hans at fotum ho-„ num, en sverd at hofdi ok breida a hann vararfelld hans. h. e. *postea scutum ipsius ad pedes ejus constituerunt: gladium ad caput; togaqve propriâ eum cooperierunt.* Scilicet ne sepulturam illius ablato gladio dehonestare viderentur. Verùm an ideo ad caput cadaveris constitutus gladius, ut eundem ordinem in tumulis servaret; hæreo. In Ezechielis qvidem Prophetia l. invenio, primarios ex gentilibus bellatores, suppositis capiti gladiis sepultos, *Et non dor-*

l. cap. 32. v. 27.

dormierunt cum fortibus qui ceciderunt de incircumcisis, qui descenderunt ad infernum cum armis bellicis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis. Attamen in Septentrione, gladios mortuorum manibus insertos fuisse, vel lateri appensos, ex ante allatis verisimile, & plenariè confirmat Inscriptio sepulchralis apud Messenium, [m] si modò genuina est ex lingvâ Septentrionali in Latinam translatio: *Domitor violentorum, ac defensor oppressorum, cicatricibus ac senectute plenus; gladio accinctus, hic situs sum Ingolphus.* Sed observandum & hoc est, qvòd tumulo rarò nisi propria mortui arma inferrentur; in pyram verò etiam amici sua conjicerent, ut ex Haraldi Hyldetandi exeqviis manifestum: vel hostibus detracta adderent, qvemadmodum Hunnos fecisse, vexatus ille Jornandis locus indicat, capite qvadragesimo nono: *Postqvam talibus lamentis est defletus, stravam super tumulum ejus, qvam appellant ipsi, ingenti commessatione concelebrant, & contraria invicem sibi copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, noctuqve secreto cadaver est terra reconditum. Cujus fercula primum auro, secundo argento, tertio ferri rigore communiunt, significantes tali argumento potentissimo regi omnia convenisse: ferrum qvo gentes edomuit; aurum & argentum, qvod ornatum reipublicæ utriusqve acceperit: addunt arma hostium cædibus acqvisita, phaleras vario gemmarum fulgore preciosas, & diversi generis insignia, quibus colitur aulicum decus.* Duravit autem diutissimè in Septentrione mos ille inferendi tumulis arma; & Christianâ religione invectâ, cum multi paganorum sepeliendi ritus abolerentur, hic retentus. Neqve id tantopere colligo ex funebri apparatu Háqvini Adelsteinii regis Norvegiæ, qvi defunctus, in col-

m. Tumb. Sveon cap. 2.

lem importatus eſt, cum integrâ armaturâ, & precioſiſſimis veſtibus, nullâ præterea qvalicumqve re, pecuniâve additâ, „ ut habet Snorronis Chronicon : logdo þar i konong meþ „ i alvæpni ſitt ok hinn bezta bunad ſinn. enn ecki ſe annat. Licet enim ſeriâ diſſimulatæ veræ fidei pœnitentiâ ſub mortis articulum angeretur, non tamen niſi ethnico more ſepeliri voluit, qvem non Chriſtianè traductæ vitæ optimè qvadrare, faſſus eſt. Certius aliqvantùm præbet teſtimonium Dudo S. Qvintini Decanus de moribus & actis Normannorum libro primo, ubi Haſtingus baptiſmi lavacro tinctus, ſimulatâ morte, cum Comes & Epiſcopus Lunenſis civitatis, in urbe ſepeliri permiſiſſent; militibus ſuis congregatis celebrandi funeris ſui ordinem exponit: *Mihi modò facite feretrum, & ſuperponite me qvaſi mortuũ, arma meum in ipſo collocate, & vos in gyrum circa ipſa flebiliter ſtate.* Sed longè clariſſimus eſt locus in Bua ſogu mihi obſervatus, ubi tradito, qvomodo Buo cum Jokullo luctatus „ interierit, hiſtoria ita pergit: þa ſtod kirkia ſu at Eſin- „ bergi er Orlygr hafdi giora latit gaf þa engi madr gaum at „ henni. oc med þvi Bui var skirdr madr enn blotadi all- „ dregi. þa let Helga grafa Bua undir kirkiuvegginum ſy- „ dra. oc lagdi ecki ſe hia honum utan ſverd oc vapn. h. e. *Templum ab Orlygo erectum Eſinbergi adhuc ſtetit, ſine ullius curâ aut inſpectione. Qvoniam vero Buo batizatus erat, nec idola unqvam coluerat, Helga conjux ipſius ad auſtrale templi latus eum ſepeliendum curavit, nullis opibus appoſitis, præter gladium & armaturam.* Manavit hinc ſine dubio uſitata in magnatum exeqviis conſvetudo, gladium ſuper feretrum mortui collocandi, eumdemqve poſtea ad ſepulchrale monumentum ſuſpendendi: qvod

ad

ad Sverri Regis ſepulchrum Norvagos feciſſe,in vita ipſius adnotatur: ſicut & Skulo Comes ſuper tumulum Ingonis Regis, gladium ipſius, galeam & clypeum affigi fecit. Huc refero, qvod ſtatuunt Leges Henrici Primi Regis Angliæ capite octuageſimo tertio: *Si quis in vindictam, vel in ſe defendendo occidat aliqvem, nihil ſibi de mortui rebus aliqvis uſurpet, non eqvum, non galeam, vel gladium, vel pecuniam prorſus aliqvam. Sed ipſum corpus ſolito defunctorum more componat, caput ad occidens, pedes ad oriens verſum, ſuper clypeum ſi habeat, & lanciam ſuam figat & arma circummittat.* Neqve poſſum heic intactum omittere gladii Otgerii Dani, qvem ſine dubio priùs ad tumulum ipſius in Cœnobio Faroniano appenſum, ſeorſim nunc ibidem cum ferreo clypeolo, in ſacrario adſervari, indicat in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, ſæculi qvarti parte prima, eruditiſſimus Johannes Mabillon; gladium ſeu ſpatham ſic deſcribens: *Hujus verò ſpathæ, qvæ Otgerii dicitur, à ſumma lamina longitudo eſt trium pedum & pollicis unius; ſecundum capulum & glandem, pollicum ſeptem: ſummæ laminæ latitudo trium pollicum, in acumine unius & dimidii: totius ſpathæ pondus eſt qvinqve librarum cum qvarta parte.* Neqve inſcriptionem gladii omittit enucleare, qvatenus adeſæ antiqvitate ſinunt litteræ: *In ſpathæ lamina hinc inde apparent leonis & aqvilæ effigies aureæ; item inſcriptio utrimqve eadem, aureis characteribus qvatuor detim cælata, ſed ita obliteratis, ut ſcripturæ ſenſum penitus adſeqvi non potuerint peritiſſimi & oculatiſſimi qvique, qvibuſcum id enodare tentavi. Sic legendum fortean eſt,* HIC VEGOTIS GLADIUS. *tametſi primo conſpectu legendum exiſtimabam,* HUGONIS GLADIUS, *aut,* HIC DE

GOTIS GLADIUS. *Fortè qvod ab Hugone qvodam, vel à Gothis eum accepiſſet Otgerius.* Feliciorem ſagaciſſimo viro in explicandis literis ſe futurum credere, temerarii eſſet: cujus ſummæ diligentiæ nos debere grati agnoſcimus, patefactum tandem verum ſepulturæ eminentiſſimi Herois locum; qvem honorem antea Belino tribuimus, decepti fabuloſâ Turpini hiſtoriâ, qvam Jo. à Leydis, Vincentius Bellovacenſis, Sabellicus, aliiqve cum applauſu ſeqvuntur. Plurimum qvoqve errori noſtro contulit Claudius Lyſchander, [a] ſepulchrum Otgerii ſeu Holgeri, Belini ab incolis monſtratum Danis illuc adventantibus, referens. At ego majorem fidem magno habuerim Mabillonio, oculato doctiſſimoqve teſti; cujus exacto judicio in hoc defero: in illo vero diſſentire cogor, qvod acriter contendat, Otgerio Duci, *Dani cognomentum non niſi poſt invectam Pſeudo-Turpini fabulam, id eſt poſt tempus Frederici Ahenobardi, adfictum eſſe*: ideoqve conjicit, *Auſtraſiis* eum *accenſendum*. Neqve enim temerè à Danis abſtrahendum, aliàs ex profeſſo, ſi Annales patriæ Eccleſiaſticos protrahere Deus conceſſerit, vindicare conabimur. Cæterùm Chriſtiani ex gentiliſmo, ut plures alios ſupervacuos, hunc morem, arma ad Mauſolea ſuſpendendi, retinuerunt, qvem decorandis monumentis inſervire credebant: & inſuper documentum, armorum uſu floruiſſe ſepultum. Alia autem arma addendi cauſa gentilibus fuit, qvâ moti qvoqve plurimi, ante obitum gladios ſuos defodiebant. eam ex antiqvitatū tenebris eruere annitar. Non corpora modò cæſorum, ſed & arma Odino conſecrata fuiſſe, inſignis ex vicinia noſtra Antiqvitatum myſta, Olaus Verelius, cenſet; inductus inſuper inſcriptione Lapidis Jærmſtadenſis, qvam in notis

a. Synopſ. Hiſt. Dan. lib. 4. pag. 2.

notis ad Hervaræ sagam, ita transtulit: *Thuro lapidem posuit Asguto fratri suo, qui cecidit magnum gigantem in Jatustun, dedicavitqve loricam Odino Deo.* Non vellico hanc translationem, in qva tamen nullatenus acqviesco. Attamen non tam Odini, qvàm mortuorum causâ Valhallam tendentium, arma adjecta, certissimum est, qvos eis ibi usuros, firmâ imbiberant persvasione. *Satis apparet, esse aliqvid manes credidisse, nec finem letho animalibus factum, qvo illud etiam facere videtur, qvod non, ut reliqvi barbari, cadavera mortuorum suorum promiscuè proiecerint, sed in viridariis suis qvos hortos familiæ nominabant, Ettebagar, & passim circa villas etiam hodie conspiciuntur, honestè cum carissimis sibi rebus sepeliverint, præcipuè telis & armis, si viri militares fuerant, qvasi trophæa secum non de hoste tantum sed & de morte haberent, his iterum aliqvando usuri*, ut loqvitur Johannes Stiernhöök. [o] Usum illum in decore constitisse, & apparatus Regii ostentatione, capite decimo octavo Upsaliæ antiqvæ autumat Schefferus: *Qvod si nihil aliud, arma certè tumulo immissa, credo ut sic comparerent apud inferos, ceu Reges decet. Hinc est, qvod è tumulis Upsaliensibus erutum aliqvando gladii manubrium, ut Messenius testatur. Neqve aliter intelligendus est Olaus, qvando de sepultura veterum:* Mos antiqvorum erat, cadavera principum certis monticulis, gradibus vel qvadrato, vel rotundo ordine circumsectis, humi cum gladio & clava recludere. *Qvia clava gladiusqve inter præcipua freqventissimaqve veterum arma, hinc apposita defunctis.* Pulchrè hæc & eruditè, sed occultior suberat causa, ex priscis monumentis protrahenda. Omnia sveta olim militaribus munia, in Valhallâ executuros Monoheroës,

o. de jur. Sveon. lib. 2. par. 2. cap. ult.

perſvaſum erat. jam verò ſi militiam veterum Septentrionalium attendamus, palmaria armorum cura erat, ut ea bello apta, nitidaqve haberent. In eum finem, ſi copiæ educendæ, ſi prælium committendum, luſtrabantur prius à Ducibus arma univerſorum. Eodem modo in Valhalla Odinus & Aſæ, Monoheroum forti & ſtrenuâ operâ in Crepuſculo Deorum uſuri, cum ad qvotidianas velitationes illi prodirent, ad ſupremum diem qvò exercitatiores evaderent, armiluſtrium priùs celebrabant; ubi conſepulta arma, vel in terram defoſſa, magno uſui erant, utpote Aſis oſtendenda, an reqviſiti eſſent valoris. Hoc odoratus ſum ex illuſtriſſimo „ loco, qvi in Nialâ occurrit: Hogni tekr ofan atgeirinn ok „ ſaung i honum. Ranveig ſpratt upp af ædi mikilli ok ſe„ gir. hverr tekr atgeirinn þar er ek bannada ollum med at „ fara. ek ætla ſegir Haugni at færa fodur minum ok hafi „ hann til Valhallar ok beri framm a vapna þingi. h. e. *Hognus bipennem ſumpſit, quæ tunc ſonitum dedit. Ranveiga* (avia illius paterna) *furens ſurrexit, dicens: quisnam bipennem ſumere audet, qvam attrectare, omnibus inbibui? Ego, inqvit Hognus, patri meo eam adferre ſtatui, qvi eam ad Valhallam deportet ac in Armiluſtrio ibidem oſtendat.* Bipennibus enim ſecuribusqve freqventer armati erant majores noſtri; qvæ Danis familiaria erant arma, ut in vita Anſcharii canit Gualdo, Curlandos devictis Danis abſtuliſſe

Vaſa virûm, veſtes, clypeos, ſua tela, bipennes.

Hinc pulchrè apud Guillelmum Pictavenſem: *Emit Rex Francorum Karolus pacem atqve amicitiam à Rollone primo Duce Normannorum, ac poſteriorum parente, natam ſuam Giſlam in matrimonium, & Britanniam in ſervitium per-*

perpetuum ei tradens. Exoraverant id fœdus Franci, non valentes amplius resistere Gallico ense Danicæ securi. & eodem sensu, de Æthelstano Angliæ & Analafo Danorum seu Normannorum Regibus, canit apud Malmesburiensem Versificus qvidam:

Excivit tandem famæ qverimonia Regem,
Ne se cauterio tali pateretur inuri,
Qvod sua barbaricæ cessissent arma securi.

Francis certè secures militares, longissimo post tempore, secures Danicæ indigitabantur, ostendente Richerio Monacho: [p] *Argentinenses sibi ascias fecerant fabricari, qvas Franci Haches Danoises appellant, qvibus Argentinenses exercitum Episcopi ita detruncaverunt, ut nec scutum, nec galea, neqve lorica, nec demum alia armatura durare posset.* Et Frisones *Danis securibus* armatos, Willielmum de Hollandia, Regem Alemanniæ à Papa creatum, oppressisse, scribit Matthæus Parisiensis in historia Henrici Tertii. Securi qvoqve Danicâ egregiam pugnam anno millesimo centesimo qvadragesimo secundo edidit Stephanus Rex Angliæ, ut prodit Johannes Prior Hagustaldensis; [q] qvò tamen in prælio eum *securi Norica* dimicasse, scribit Ordericus Vitalis. [r] Norvegi enim non minus qvàm Dani securibus præliabantur, unde refert Westmonasteriensis, Noricorum gentem *non gladiis sed securibus uti.* & Norvegos usum Securium ad terram Hiberniæ portasse, observat Bromtonus. Igitur Bipennibus præcipuè usuros se in Valhalla credebant; non exclusis tamen aliis armis, unde Stygium fluvium, ad qvem concurrentes Monoheroum erant acies, Hadingus apud Saxonem [s] aspexit, correpta sub undas

[p] Chron. Senoniens. lib. 5. cap. 15. [q] contin. hist. Simeon, Dunelm. [r] Eccl. Hist. lib. 13. [s] lib. 1.

das varia arma volvere: *Progressiqve præcipitis lapsus ac liventis aqvæ fluvium diversi generis tela rapido volumine detorqventem, eundemqve ponte meabilem factum offendunt. Qvo pertransito, binas acies mutuis viribus concurrere contemplantur: qvarum conditionem à fœmina percunctante Hadingo; Is sunt, inqvit, qui ferro in necem acti, cladis suæ speciem continuo protestantur exemplo, præsentiqve spectaculo præteritæ vitæ facinus æmulantur. Prodeuntibus murus aditu transcensuqve difficilis obsistebat.* Hæc sedium defunctis destinatarū descriptio, mirè convenit cum eâ, qvâ inferos, qvò Balderum Edda immeritò demittit, mythologia qvadragesima qvarta depinxit; ubi Hermodus novem continuas noctes, per opacas & profundas valles, cursu concitato iter habuit, anteqvàm ad amnem Giallam seu Stygem perveniret. Sic Saxo Hadingum à fœmina sub terras abductum, priùs *vapidæ cujusdam caliginis nubilum penetrare* facit, *perqve callem diuturnis adesum meatibus* incedere, qvàm *fluvium ponte meabilem factum* offenderet. Atqve ut eum pertransitis murus obstabat; sic Hermodus averni januam clatratam invenit, qvam saltu eqvi transiliens, ad Balderum introivit. In Helæ autem aulam detrusum Balderum, missili transfossum, ita intelligamus, qvod vel Edda pro Valhallâ Heroibus debitâ male substituerit Helæ palatium: vel Asæ tempore mortis Balderi, nondum publicè à Septentrione fuerint adorati; cujus obseqvium cùm sibi paravissent, Asgardiam unde egressi erant, Valhallam seu ditis sedem finxerunt, animasqve per vim corporibus emissas illuc recipiendas. Ejus enim delicias, firmato jam in superstitiosas mentes imperio, ut proniores ad arma essent, Odinus arma secutis promiserat:

rat: reliqvis per otium exspectantibus obscuram & ignobilem senectutem, Niflheimi metum incutiens. Ubi qvalis conditio morbis & senio extinctos maneret, mythologia vicesima octava patefacit: Hel kastadi hann i Niflheim " ok gaf henni valld yfer niu heimum at hon skylldi skipta " ollum vistum med þeim er til hennar voru sender. enn þat " ero sottdauder menn ok ellidauder. hon a þar mickla bol- " stadi. ok eru gardar hennar forkunnar hafer ok grindr sto- " rar. Eliudner heiter salr hennar. hungr diskr hennar. " sulltr knifr hennar. ganglati þræll. ganglot ambatt. fallan- " da forat þreskolldr. hon er bla half. en half med horundz- " lit. þvi er hon audkend. ok helldr gnupleit ok grimmleit. h. e. *Helam in Nifheimum demisit, imperiumqve dedit super mundos novem, ut mansiones inter omnes qvi ad eam mittuntur, distribuat: Hi vero sunt morbis & senio mortui. Ingentia ibi habitacula possidet, sepimentaqve illius præalta sunt, cancelliqve grandes. Ejus palatium, Nimbus vocatur: Mensa, Fames: Culter, Esurigo: Servus, Tardigradus: Ancilla, Tardigrada: Limen, Præcipitium. Helæ dimidium corpus cærulei est coloris; dimidium verò colore cutem humanam refert; facilè igitur nosci potest, utpote faciem valde torvam & truculentam habens.* Hue igitur summa redit. & ante, & post Crepusculum Deorum, non nisi bina receptacula, eaqve diversi generis, mortuorum omnium credebant. Ante Crepusculum, *Nifheimr* morbis aut senectâ extinctos reciperet: vi ferrove cæsos *Valhalla*, ad qvam veluti appendices qvædam referuntur **Freyæ**, Thoriqve palatia. Addit numero Brynolfus Svenonius, inductus à Stephanio in notis ad librum qvartum Saxonis. Ibi primùm confundit sedes mortuorum ante atqve

post Crepusculum Deorum; deinde *Niflheim* omittit, & substituit *Helgrindur*, seu claustrum, qvod Niflheimum circumdare, Edda notat. Demum tertiam mansionem, justis extra strepitum Valhallæ præparatam adinvenit, *Udainsakr* dictam, *qvem sibi commenti sunt antiqvi agrum solo fertilissimo, qvem bonos & qvietos homines ab hac vita excepturum crediderunt, ubi immortales manerent justi & pacifici homines, qviqve strepitum Valhallæ non affectarent, verùm in vita ad præclara pacis ac togatæ virtutis merita à sago transiissent, ac mortalibus hac ratione publicè profuissent, ubi in alternis deliciis ac voluptatibus versarentur, sine labore, metu, ac molestia, ipsa deniqve morte. Jam vero, qvamvis alicubi terrarum locum hunc existimabant; ubi tamen esset potissimùm, vulgò nescitum est. Antiqvitates Islandicæ innuunt opinionem fuisse, ultrà Grandvicum, Norvegiæ terminum, ubi Jotumheimos ponunt, esse: ac potissimùm Glæsevell, id est, splendidos campos.* Hic non absqve summâ ratione, Verelius regerit: [t] *Crederem eqvidem viris eruditis, si antiqvitatis testimonio niterentur. Qvid de beatis innocentum receptaculis senserint antiqvi, pluribus in locus Edda, Glæsisvell verò penitus ignorat.* Decepit autem Brynolfum mendacissima Erici Vagi fabula, qvæ dicit nominatum Ericum *Udaensakrs* investigandi desiderio captum, permulta terræ loca peragrasse; ac tandem ad domum qvandam in aëre pendulam pervenisse, in qvam ab Angelo qvodam, ut fabula narrat, introductus est, & edoctus, illic esse *Udaensakr*, ac omnes integros vitæ, scelerisqve puros, finitâ mortali vitâ, eò migraturos. Compilata est à Christiano qvodam fabula, qvi per *Udaensakr*, paradysum significare velle videtur; præfer-

t. not. in Hervar. S. cap. 1.

fertim cum nominis vis ansam dederit. *Udainsakr* enim, benè observante Verelio, *agrum significat immortalium. Rationem nominis subjungit auctor Hervaræ sagæ, qvod istius loci incolæ, nec morbo nec senio graventur, diutissime qve vivant.* Est qvoq; locus in Boreali Islandia, in præfectura Vaudloþingi, territorio Hedinsfirdi, *Udaensakrs* nomine etiamnum gaudens; de qvo eâ vanâ opinione imbuti fuerunt multi accolarum, neminem ibi, etiamsi letali morbo infectum, animam exspirare posse, sed priùs extra ejus loci limites efferendum. Addunt fabulæ qvidam, freqventem qvondam habitatoribus eundem locum fuisse, qvi omnes cum deseruerunt, qvod miserabile esset, inter terrores mortis constitutos, exoptatum vitæ finem non posse sortiri.

CAPUT XIV.

Mundum igne periturum Christiani, Philosophi, Stoici, & veteres Septentrionales credebant, qvi id Ragnarockr vocabant seu Crepusculum Deorum. Post Ragnarockr, boni in Gimle beatè viverent, mali in Nastrondum torqverentur.

Ut ante *Crepusculum Deorum*, (sicut *Ragnarockr* explicant) bina omnium animarum vidimus receptacula: sic post finem orbis terrarum, totidem gentiles credidisse, unum bonorum, præmiis & voluptatibus afficiendorum, alterum malorum, pœnis affligendorum, demonstrandum est; ubi priùs *Ragnarockr* explicaverimus. Igne mundum à Deo destruendum clarè docet sacra Scriptura; inprimis eximius iste locus capite tertio posterioris S. Petri epistolæ: a. *Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ τῷ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν*

a. ver. 7. & 10.

ανθρώπων. Ἥξει δὲ ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται. Hoc creditum, gravissimi instar erroris Christianis objicit Cæcilius, ab Minucio Felice introductus: *Qvid, qvod toti orbi, & ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium, ruinam moliuntur: qvasi aut naturæ divinis legibus constitutus æternus ordo turbetur, aut rupto elementorum omnium fœdere, & cœlesti compage divisâ, moles ista, qva continemur & cingimur, subruatur.* Sed scitè regerit Octavius: *Cæterum de incendio mundi, aut improvisum ignem cadere, aut difficilem non credere, vulgaris erroris est. Qvis enim sapientium dubitat, qvis ignorat, omnia qvæ orta sunt, occidere; qvæ facta sunt, interire? Cœlum qvoqve cum omnibus qvæ cœlo continentur, ita ut cœpisset desinere fontium dulci aqva, marisve nutriri, in vim ignis abiturum, Stoicis constans opinio est, qvòd consumpto humore mundus hic omnis ignescat: & Epicureis de elementorum conflagratione, & mundi ruina eadem ipsa sententia est. Loqvitur Plato partes orbis nunc inundare: nunc alternis vicibus ardescere: & cum ipsum mundum perpetuum & insolubilem diceret esse fabricatum, addit tamen ipsi artifici Deo soli & solubilem esse, & mortalem. Ita nihil mirum est, si ista moles ab eo, qvo exstructa est, destruatur. Animadvertis Philosophos eadem disputare qvæ dicimus, non qvod nos simus eorum vestigia subsecuti, sed qvod illi de divinis prædictionibus prophetarum, umbram interpolatæ veritatis imitati sint.* A qvo fonte opinionem hanc Philosophi hauserint, edocet: & qvod eâ communiter imbuti fuerint, præsertim Stoici, licet anxiè in aliam eos sententiam

dé-

descendisse, allaborent qvidam probare. Sed demus illis, qvosdam masculæ sectæ, communem ejus doctrinam in hoc capite deseruisse; at eminentiores firmiter adhæsêre. Et miror Paganinum Gaudentium [b] scribere velle: *Mirum est Lucanum Stoicum, qvando agit de interitu mundi, conflagrationis & ἐκπυρώσεως non meminisse, sed tantum dissolutionem & confusionem ob oculos posuisse. Legantur, & perpendantur ejus verba.* Neqve enim ipse Superûm Rex apud Ovidium [c] clarius loqvitur, ubi

Esse quoque in fatis, reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli
Ardeat; & mundi moles operosa laboret.

qvàm Cordubensis Poëta libro septimo:

- - Hos populos si nunc non usserit ignis,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti.
Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Misturus.

Premit ubiqve patrui sui Annæi Senecæ vestigia; qvi eruditionis Stoicæ princeps, libro tertio Naturalium Qvæstionum, capite vicesimo octavo: *Qua ratione, inqvis? Eadem, qva conflagratio futura est. Utrumqve fit, cùm Deo visum ordiri meliora, vetera finiri. Aqva & ignis terrenis dominantur. Ex his ortus, & ex his interitus est.* Et uberiùs capite vicesimo sexto Consolationis ad Marciam: *Et cùm tempus advenerit, qvo se mundus renovaturus exstingvat, viribus ista se suis cædent, & sidera sideribus incurrent, & omni flagrante materia, uno igne, qvicqvid nunc ex disposito lucet, ardebit.* Involvebant & ipsos Deos igneâ hâc ruinâ, Justino Martyre docente. Post exustionem demùm mundum alium sempiternum, instaurandum credi-

b. Addend. de philos. apud Roman. cap. 19. c. Metam. lib. 1.

diſſe, teſtis eſt Philo Judæus: [d] *Stoici unum mundum aſſerunt, & Deum autorem ejus generationis: corruptionis verò non item Deum, ſed indefeſſam vim ignis rebus inſitam, poſt longas temporum ambages abſumpturam & in ſemet mutaturam omnia: ex qva denuo mundum inſtauraturam opificis providentiam. juxta horum opinionem poteſt dici alter mundus ſempiternus, alter corruptibilis, ut nunc eſt ornatus & diſpoſitus: ſempiternus, poſt exuſtionem reparabilis, ut nunqvam deſinat.* His Stoicorum dogmatibus de mundi, Deorum, hominumqve per ignem vaſtatione & reſtitutione, conferatur veterum Septentrionalium Philoſophia, & qvodammodo qvadrare reperiatur. Agunt de his myſteriis Voloſpa, & Edda Snorronis, qvarum cùm hæc ex alterâ ſua habeat deſumpta, prioris integrum locum adduxiſſe ſuffecerit; cujus explanationem ne qvis à me exſpectet. Ut enim impreſſa docti Iſlandi mihi non ſatisfecit expoſitio: ſic multò minùs meas in obſcuriſſimâ materiâ conjecturas aliis arriſuras, præſumpſerim. Et interitum qvidem mundi ſic orditur fatidica vetuſtiſſimæ Odæ author:

„ Hrymr ekr auſtan
„ hefiz lind fyr
„ ſnyz Jormungandr
„ i iotunmodi
„ ormr knyr unnir
„ enn ari hlackar
„ ſlitr nai neffaulr
„ Naglfar loſnar.

h. e.

Hrymus (gigas qvidam *) ab ortu aurigat, intumeſcit mare,*

volut

d. lib. Qvod mundus ſit incorruptib.

volutat se Jormungandus (angvis terram ambire creditus)
furore giganteo,
angvis maria movet;
aqvila verò clangit,
dilaniat cadavera lurido rostro.
*Naglfar (*navis*) solvitur.*

„ Kioll fer austan
„ koma muno Muspellz
„ um laug lydir
„ enn loki styrir
„ fara fiflsmegir
„ med freka allir
„ þeim er brodir
„ Bileipz i for.

h. e.

Navis ab ortu venit,
Aderunt Muspelli
per mare incolæ,
Lokus vero gubernat.
Incedunt furentes populi
cum lupo omnes,
Illiscum frater
*Bileipi (*Lokus*) prodit.*

„ Hvat er med Asum
„ hvat er med Alfum
„ gnyr allr iotunheimr
„ Æsir ro a þingi
„ stynia Dvergar

fyr

„ fyr fteindyrom
„ veggbergs vifir
„ vitod er en edr hvat.

h. e.

Qvid novi apud Deos geritur?
qvid apud genios?
fragore perſonat totus gigantum mundus.
Dii in foro verſantur,
gemunt Nani
ante lapidearum habitationum oſtia,
lapideorum meatuum gnari.
Noſtin' adhuc? aut qvid rei geritur?

„ Surtr ferr funnan
„ med fviga læfi
„ skinn af fverdi
„ fol valtifa
„ griotbiorg gnata
„ enn gifr rata
„ troda halir helveg
„ en himin klofnar,

h. e.

Surtus (ater) *ab auſtro prodit,*
igne comitante,
radiat ſolis inſtar, enſis
Deorum bellacium;
Saxa ruinam minantur,
fœminæ vero giganteæ vagantur.
calcant viri viam Helæ. (ab Helæ fcilicet domicilio venientes.)
Diffinditur cœlum,

„ Þa kemr Hlinar
„ harmr annarr fram
„ er Odinn ferr
„ vid Ulf vega
„ en bani Belia
„ biartr at Surti
„ Þa mun Friggiar
„ falla angantyr.

h. e.

Tum evenit Hlinæ
dolor secundus (Hlina una Dearum est, qvæ Friggæ amicos, (qvorum præcipuus, utpote maritus, Odinus) a periculis tuetur; unde *Odini cædes* vocatur *Hlinæ dolor.)*
qvando Odinus prodit
ad dimicandum cum Lupo,
occisorqve Belæ (Freyus *)*
Candidus cum Surto.
Tum Friggæ
cadet maritus.

„ Þa kemr inn mikli
„ maugr Sigfaudor
„ Vidarr vega
„ at valdyri
„ lætr hann megi Hvedrungs
„ mund um standa
„ hior til hiarta
„ Þa er hefnt faudor.

h. e.

Tum prodit magnus
filius Odini

 Vi-

Vidarus, ut pugnet
cum stragis animali; (lupo.)
curat sobolis giganteæ (lupi)
insistere
gladium cordi:
tum patris mortem ulciscitur.

„Þa kemr inn mæri
„maugr Hlodyniar
„gengr Odins sonr
„vig Ulf vega
„dreps hann af modi
„Midgardz veor
„muno halir allir
„heimstod rydia.

h. e.

Tum prodit magnus
filius Hlodynæ (Thorus.)
Incedit Odini filius
ut cum lupo (seu fratre lupi Jormungando) *dimicet.*
magnâ audaciâ occidit
Midgardicum angvem.
viri omnes
è mundo evacuabuntur.

„Geyr Garmr miok fyr
„Gnipa helli
„festr mun slitna
„enn freki renna
„gengr fet nio
„fiorgyniar burr
„neppr fra nadri

nids

„ nids okvidnum.

h. e.

Latrat Garmus valdè
ante Gnipense antrum,
rumpentur catenæ,
& proruet lupus,
progreditur passus novem
Fiorgynæ proles (Thorus. terra enim aliàs *Fiorgyn* dicitur.)
tristis ab angve,
mala facere non timido.

„ Sol ter sortna
„ sigr folld i mar
„ hversa af himni
„ heidar stiornor
„ geisar eimi
„ vid aldr nara
„ leikr har hiti
„ vid himin sialfan.

h. e.

Nigrescit sol.
immergitur mari tellus.
disparescunt è cælo
serenæ stellæ.
sævit ignis
sub seculi extremitatem,
lambit ascendens flamma
ipsum cælum.

Post hanc tàm amplam *Ragnarockrs* seu *Crepusculi Deorum*

orum deſcriptionem,tranſit ad novi mundi exortum: duplicemqve futurum locum vaticinatur,unum bonorum, qvi in *Gimle*, ſub regimine ſummi Dei, omnium rectoris, beatè feliciterqve in omnia ſecula degent; alterum malorum, *Naſtrond*,ubi niger Draco, ſeu ipſiſſimus Diabolus, ſceleratos viros intenſis, nec finem habituris torqvebit cruciatibus:

„Ser hon uppkoma
„odro ſinni
„iord or ægi
„idia græna
„falla forſar
„flygr aurn yfir
„ſa er a fialli
„fiska veidir.

h. e.

Videt illa emergere
alterâ vice
terram è mari
valde viridem;
Labuntur aqvæ,
ſupervolat aqvila
qvæ in montibus
piſces capit.

„Finnaz Æſir
„a Ida velli
„oc um moldþinur
„matkann dæma
„oc minnaz þar a
„megin doma

oc

„oc a Fimbultys
„fornar runar.
h. e.
Conveniunt Dii
in Idæ Campo,
& de dirutis habitaculis
validis loqvuntur,
ibiqve mentionem faciunt
magnorum colloqviorum,
& Odini
antiqvorum ſermonum.

„Þar munu eptir
„undrſamligar
„gullnar tauflur
„i graſi finnaz
„Þærs i' ardaga
„attar haufdo
„folkvalldr goda
„oc Fiolnis kind.
h. e.
Ibi deinde
mirabiles
deaurati orbes aleatorii
in gramine invenientur,
qvos olim
poſſederant
Rector Deorum (Odinus)
& Odini progenies.

„Muno oſanir

„ akrar vaxa
„ bauls man allz batna
„ Balldr mun koma
„ bua þeir Hauþr oc Balldr
„ Hroptz figtoptir
„ vel Valtivar
„ vitod er en edr hvat.

h. e.

Ferent non sati
agri fructum,
adversa qvævis cessent,
aderit Balderus,
incolent Balderus & Hódus
Odini dirutas ædes,
bene bellaces Dii.
Nostin' adhuc? aut qvid geritur?

„ þa kna Hænir
„ hlaut vid kiosa
„ ok burir byggia
„ brædra tveggia
„ vindheim vidan
„ vitod er enn edr hvat.

h. e.

Tum Henerus
sorte partem accipiet,
& posteri habitabunt
fratrum duorum (Magni & Modi filiorum Thori)
amplum ventosum mundum.
Nostin' adhuc? aut qvid geritur?

Sal

„ Sal ser hon standa
„ solo segra
„ gulli þakdan
„ a Gimle
„ þar skulo dyggvar
„ drottir byggia
„ oc um alldrdaga
„ yndis niota.

h. e.

Domum stare videt
sole clariorem,
auro tectam,
in Gimli,
ibi probi
populi habitabunt,
& per secula
gaudio fruentur.

„ þa kemr hinn riki
„ at regin domi
„ auflugr ofan
„ sa er aullo rædr
„ semr hann doma
„ oc sakar leggr
„ ve skaup setr
„ þau er vera skulo.

h. e.

Tum prodit potens ille,
instante divino judicio,
validus è supernis,
qvi omnia regit,

hic

hic ſententiam fert,
& cauſas dirimit,
ſacra fata ſtatuit
quæ durabunt.

„þar kemr inn dimmi
„dreki fliugandi
„nadr frann nedan
„nida fiollum
„berr ſer i fiodrum
„flygr voll yfir
„nidhoggr nai
„nu mun hon ſeycqvaz.

h. e.

Advenit fuſcus
draco volans,
anguis aſper, ab imis
Nidenſibus montibus,
pennis ſuis fert,
pervolat campum,
Nidhoggus mortuos.
nunc illa terra abſorbetur.

„Sal ſa hon ſtanda
„ſolo fiarri
„naſtrondo a
„nordr horfa dyrr
„fello eitrdropar
„inn um liora
„ſa er undinn ſalr
„orma hryggiom.

De-

h. e.

Domum stare vidit
à sole remotam
in Nastrondo,
fores boream spectant,
destillant veneni guttæ
intrò per fenestras;
hæc contexta est domus
spinis serpentinis

,, Sa hon þar vada
,, þunga strauma
,, menn meinsvara
,, oc mordvarga
,, oc þa annars glepia
,, eyra runo
,, þar saug Nidhoggr
,, nai framgengna
,, sleit vargr vera
,, vitod er enn edr hvat.

h. e.

Ibi vadare vidit
rapida fluenta
viros perjuros,
& sicarios,
& qvi alterius vellicant
aurem conjugis.
rodebat ibi Nidhoggus
mortuorum cadavera,
laniavit lupus viros.
Nostin' adhuc? aut qvid rei geritur?

Duplicem atqve discretam, post conflagrationem mundi, mansionem piorum atqve impiorum, non Christiani modò credunt, dulcissimi Salvatoris nostri Jesu Christi effatis [e]. certi effecti; sed & saniores pleriqve Rabbinorum & gentilium Philosophorum, vel post destructionem hujus mortalis mundi, vel protinùs ac corpora reliqverint, animas, ut meritæ fuerint, sive ad sempiterna gaudia, sive ad locum suppliciorum migrare, statuerunt. De R. Johanan Ben-Zacay referri, *qvod imminente fatali hora fleverit: rogatus causam à discipulis, responderit, duas se videre ante oculos suos vias; unam qvæ recta ad infernum; alteram, qvæ in paradisum euntes ducat; & nescire se, qva ducendus sit:* scribit Menasseh Ben-Israel, [f] addens, *qvamplurima etiam commemorare de utraqve hac via Cabalistas per totum Zoar.* Socratem, cum pænè in manu jam mortiferum teneret poculum, ita locutum esse, ut non ad mortem trudi, verùm in cœlum videretur ascendere, Tullius commemorat, [g] *ita enim censebat, itaqve disseruit: duas esse vias, dupliceisqve cursus animorum è corpore excedentium. nam qui se humanis vitiis contaminavissent, & se totos libidinibus dedissent, qvibus cæcati velut domesticis vitiis, atqve flagitiis se inqvinavissent, vel rep. violanda fraudes inexpiabileis concepissent, iis devium qvoddam iter esse, seclusum à concilio deorum. qui autem se integros, castosqve servavissent, qvibusqve fuisset minima cum corporibus contagio, seseqve ab his semper sevocassent, essentqve in corporibus humanis vitam imitati deorum: his ad illos, à qvibus essent profecti, reditum facilem patêre.* Plato [h]. historiam exhibet Heri Armenii in prælio occumbentis

e. Math. 25. f. de resurr. mort. lib. 2. cap. 20. g. Tuscul. Qvæst. lib. 1. h. de Republ. lib. 10.

tis, sed rursum redivivi, & referentis binos cohærentis telluris meatus, in qvos animæ defunctorum, justorum qvidem in illum qvi ferret ad cœlum, tenderent. Qvam saluberrimam Platonis sententiam, in Timæo qvoqve explicatam, celebrat & deprædicat Constantinus Magnus,[i] non solùm ut admiratione dignam, sed etiam utilem inprimis. *Qvis enim ejus sermonibus fidem adhibens & felicitatem expectans, vitam non optime instituat; & justitiam qvidem ac temperantiam non consectetur; improbitatem vero aversetur?* Demùm, Lactantio[k] attestante, *esse inferos Zenon Stoicus docuit, & sedes piorum ab impiis esse discretas.* Stoicæ autem Philosophiæ veterum Septentrionalium placita in multis consona inveniri, & aliàs docuimus; & inprimis liqvidum est ex opinione de Fato, cujus inevitabili vi & hi atqve illi omnia subjiciebant. Hoc constantissimè creditum, *cæli influentiâ & siderum bonitate* omissis, qvas Germanis robur addidisse & mortis contemptionem instillasse ratiocinatur Franciscus Irenicus;[l] tertium atqve ultimum ponimus argumentum spretæ à Danis mortis, uti inseqvens postremus hujus tractatus liber indicabit.

i. Orat, ad SS. cætum cap. 9. k. Inst. div. lib. 7. cap. 7. l. Exegel. Germ. lib. 4, cap. 16.

THOMÆ BARTHOLINI TH. FILII

De

Causis contemptæ à Danis adhuc Gentilibus mortis

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Fatum qui crediderint, qui non. variè explicatum. Stoici omnia inevitabili fato subjiciebant. Stoicis Septentrionales in hoc dogmate conformes. Odinus fatorum constitutor. Nornæ tres, seu Parcæ, fatorum dispensatrices. Aliæ Parcæ ad infantes recens natos venientes, Puerperis salutares, Disæ etiam vocabantur, communi omnibus Deabus vocabulo.

Fati explicationes innumeræ sunt, cum id propemodùm omnes gentes nationesqve, cunctæqve Philosophorum Scholæ credentes, diversis, suo qvisqve, modis explicaverint. Epicurum qvidem & Anaxagoram Clazomenium sustulisse & omnino negasse fatum, dicitur; qvibus Josephus assentientem facit integram Saducæorum sectam. Aliàs omnes ferè aliqvod agnovêre; cui

cui bona malaqve referre Christianos, apud Minucium Felicem Cæcilius somniat: *injustos ipsos, magis nec laboro, jam docui: qvanqvam etsi justos darem, culpam tamen vel innocentiam fato tribui, sententiis plurimorum etiam vestra consensio est.* Sed improbum mendacium redarguit Octavius: *Qvid aliud*, inqvit, *est fatum, qvàm qvod de unoqvoqve nostrum Deus fatus est? qvi cum possit præscire materiam, pro meritis & qvalitatibus singulorum etiam fata determinat.* Fuit itaqve, qvod Christianis Cæcilius affingit, gentilium Philosophorum proprium de Fato judicium; qvone & necessitate immutabili, an forte res mortalium volvantur, Tacitus [a] disertè inqvirit. Cum Providentia pari passu ambulare, sanissimus Philosophantium Plato definivit, Apuleio [b] scribente: *Plato definit Providentiam, divinam esse sententiam, conservatricem prosperitatis ejus, cujus causa tale suscepit officium: divinam legem esse Fatum, per qvod inevitabiles cogitationes Dei atqve incepta complentur. Unde si qvid Providentia geritur, id agitur etiam Fato: & qvod Fato terminatur, Providentia debet susceptum videri.* Sed de eo, cæterisqve Philosophis alii ex professo egêre; neqve ad nostrum institutum facit, nisi opiniones Stoicorum revolvere, qvi omnia necessitati obligantes, inevitabili fato subjiciebant: definiente illud apud Gellium, [c] Stoicæ Philosophiæ principe Chrysippo: *Fatum est sempiterna qvædam & indeclinabilis series rerum & catena, volvens semet ipsa sese, & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex qvibus apta connexaqve est.* Genuinam gubernationis fatalis descriptionem, juxta Stoicorum scitum, dedit & Seneca Tragicus:

Gggg 3 *Fatis*

a. Annal. lib. 6. b. de dogm. Plat. lib. 1. c. lib. 6. cap. 2.

Fatis agimur, cedite fatis,
Non sollicitæ possunt curæ
Mutare rati stamina fusi.
Qvicqvid patimur mortale genus,
Qvidqvid agimus, venit ex alto.
Non illa Deo vertisse licet,
Qvæ nexa suis currunt causis.

Parum erat, ipsius arbitrio vitam mortemqve humanam relinqvere,

Certo veniunt ordine Parcæ.
Nulli jusso cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem.
Recipit populos urna citatos.

Ipse Deus, ille universi conditor, miserâ conditione, necessitati fatali subjicitur. *Qvid est boni viri? præbere se fato. Grande solatium est cum universo rapi. Qvicqvid est qvod nos sic vivere jussit, sic mori: eadem necessitas & Deos alligat. irrevocabilis humana pariter ac divina cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit qvidem fata, sed seqvitur. semper paret, semel jussit.* Verba sunt Senecæ; [d] cui Lucanus libro secundo concinit:

Sive parens rerum cum primum informia regna,
Materiamqve rudem flamma cedente recepit,
Fixit in æternum causas, qva cuncta coercet,
Se qvoqve lege tenens.

Et, si hominibus minus crediderimus, ipsum Delphicum Oraculum Lydis à Cræso emissis, Herodotus [e] memorat respondisse: *Sortem fato destinatam defugere, deo qvoqve est impossibile.* Tale itaqve fatum non immeritò explodens Augu-

d. de providen. cap. 5. e. lib. I. cap. 91.

gustinus [f.] exclamat: *O si cor tuum non esset fatuum; non crederes fatum.* Credidêre tamen antiqvi Pharisæi, qvos fato cuncta tribuisse, Josephus indicat; eamdemqve sententiam his temporibus Calvinianos suam fecisse, contendit in epistola ad Beverovicium Simon Episcopius. Ipsi tamen abnegant, ut ex alia Jacobi Crucii ad eumdem videre est epistola; cui calculum addit Gisbertus Voëtius, addens tamen, non deesse inter antiqvos& recentiores, doctos viros, qvi Stoicorum placitum in dextram partem interpretentur: qvorum uni Lipsio, Stoicum dogma, *Deum à Fato suspendere non Fatum à Deo*, ita lenienti, non alio sensu excipiendum, qvàm *decreta Dei immutabilia esse*, subscribit Johannes Junius. Sed de mente Calvinianorum digladientur si velint, qvibus cum voluptate controversiæ tractantur. Maiores nostros nullâ adhuc Christi cognitione imbutos, immò omnes Septentrionales, contiguas qvoqve gentes, Stoicam de Fato opinionem imbibisse, ex monumentis constat. Slavos tantùm excepit Procopius: [g.] *Deum unum fulminis opificem putant, cui res parêre omnes. Fati neqve nomen norunt, neqve ullam ejus in res humanas vim esse existimant.* Duplex potius, communi pluribus errore gentibus, Numen, Helmoldo [h.] teste, credebant, *omnem prosperam fortunam à bono Deo, adversam à malo, qvem sua lingva Diabol sive Zcerneboch, idest, nigrum Deum appellabant, dirigi profitentes.* Septentrioni autem fatum more Stoico reveritum, jampridem observavit Brynolfus Svenonius: [i.] *Fatum universus Septentrio, & Stoicam de necessitate opinionem, magno affirmavit consensu; contra qvam nec res, nec consilium, nec humana virtus ulla, qvicqvam pos-*

f. tract. 37. in Evang Johann. g. Goth. Hist. lib. 3. h. Chron. Slav. lib. 1. cap. 52. i. Not. in lib. 1. Sax.

posset. & addit, eamdem sententiam sapere hos versus Saxonis:

Cum sors rebellem præcipitem fugat,
Nec tela tendat, qvem metus abstrahit.

Ejusmodi voces freqventissimas in ore veterum Heroum reperimus. In Hrolfi regis historia loqvitur Hialto: *eigi er forlogin hægt at beygia.* h. e. *fata flecti non possunt.* Vikarus ad mortem illectus, in Gautreks sogu: *enn ef odruvis er; þa mun audna rada, hvad atgiorist*, h. e. *si vero aliter eveniat, fato eventus committendus*. Apud Saxonem[k], Hildigerus, mortiferum sibi vulnus inflictum animadvertens, in modum carminis fatur:

- - *qvæcumqve ligat Parcarum præscius ordo,*
Qvæcumqve arcanum superæ rationis adumbrat,
Seu qvæ fatorum serie prævisa tenentur,
Nulla caducarum rerum conversio tollet.

Et qvi primo loco nominandus erat, Regnerus Lodbroch strophâ vicesimâ qvartâ canit:

„Hitt syniz mer raunar
„at forlogum fylgium
„far gengr of skop norna.
h. e.
Hoc videtur mihi revera,
qvod fata seqvamur,
pauci transgrediuntur decreta Parcarum.

deniqve canit in Ynglingatali Thiodulfus:

„þa er Halfdan
„sa er i Hollti bio
„Norna doms
„of notit hafdi.

Cum

k. lib. 7.

h. e.
Cum Haldanus
qvi in Holti habitavit,
Parcarum decretum
subiisset.

Illud autem pleniorem Stoici dogmatis similitudinem exprimit, qvod majorem in vitam humanam Fatis potentiam, qvàm ipsi Odino, adsignet Hrolfus Rex, qvi in Historia de ipso compilata locutus fertur: audna rædr huers mans " lifi,enn eigi sa illi andi. h. e. *In fatorum potestate est bo- " minis cujusqve vita, non in mali illius genii.* Nisi potiùs consarcinatorem hujus historiæ Christianum, talia verba Hrolfo tribuisse,ab ipso nunqvam prolata,suspicemur; cum aliàs crediderint,veterem Odinum in principio rerum, consortibus suis ad secretum concilium convocatis, humano generi fata constituisse. Edda mythologiâ duodecimâ: þa mællti Gangleri. hvat hafdiz Allfodr þa ad er giorr var " Aasgardr.Haar svarar. I upphafi setti hann stiornar menn " i sæti ok beiddi þa at dæma med ser orlog manna ok raada " um skipun borgarennar. þat var þar sem heiter Idavollr i " midri borginni. Var þat hid fyrsta þeirra verk at giora " hof þat er sæti þeirra tolf standa i onnor en hasætid þat er " Allfodr a. h. e. *Tum dixit Ganglerus: Qvid egit Pantopater post factam Asgardiam? Respondit Harus: In principio Rectores in sedes collocavit, eosqve hominum fata secum definire, ac de urbis constitutione arbitros esse jussit. Hæc acta sunt in media urbe, ubi Ida Campus dicitur. Primum operum eorum erat, fanum fabricare, in qvo sedes eorum duodecim extiterunt, præter solium, qvod Pantopater possidet.* Friggæ qvoqve Odini conjugi om-

Hhhh nium

nium hominum fata prævisa, ipse Odinus Loko in Loka senna inculcat, memorante Mythologiâ decimâ octavâ: „Frigg er kona hans. ok veit hon ok oll orlog manna þot „hon segi ægi spar sem her er sagt at Odinn mællti sialfr „vid þann As er Loki heitir.

„Ærr ertu Loki
„er þu ydra telr
„liota leidstafi
„orlaug Frigg hygg ec
„at aull viti
„þott hon sialfgi segi.
h. e.

Frigga Odini uxor etiam omnium hominum fata novit, qvamvis non vaticinetur; qvomodo dicitur heic, Odinum ita Asarum unum Lokum allocutum esse:

Insanus es, Loke,
qvod vestros enumeres
turpes actus;
fata Friggam credo
omnia noscere,
etiamsi ipsa non dicat.

Sed ut Græci tres Virgines, sub qvarum potestate omnium essent fata hominum, adinvenerunt, μοίρας appellantes, qvas Latini Parcas dixerunt; sic nostrates, easdem *Nornir* indigitantes, ejusdem potestatis crediderunt, testante Mythologiâ decimâ qvintâ: Margir stadir eru a „himni fagrir ok er þar allt gudleg vorn fyrir. þar stendr „salr æinn fagr under askinum vid brunninn. ok or þeim „sal koma þriar mæyiar þær er sva heita. Urdr, Ver-„dandi, Skulld. þessar mæyiar skapa monnum alldr.

þær

þær kollum ver Nornir. h. e. *Multa in cælo amæna loca* " *sunt, divinâ defensione munita. Sub Fraxino juxta fontem* (Urdarbrunn) *domus quædam amæna extat: Ex hac domo tres virgines prodeunt his nominibus gaudentes, Urdr, Verdandi, Skulld. Hæ virgines hominibus vitæ tempus præfiniunt; Illas, Parcas vocamus.* quæ ex Voluspa desumpta sunt, ubi canitur:

„þaþan koma meyiar
„margs vitandi
„þriar or þeim sæ
„er und þolli ſtendr
„Urd heto eina
„adra Verdandi
„skaro a skidi
„Skulld hina þridio.

h. e.

Inde prodeunt virgines
multarum rerum gnaræ
tres ex illo mari
quæ ligno (Aski Ydrasils) *ſubeſt.*
Urd unam vocarunt,
alteram Verdandi,
inciderunt ligno
Skuldam tertiam.

„þær laug logdo
„þær lif kuro
„allda bornom
„orlaug ſeggia.

h. e.

Hæ fata deſtinarunt,

hæ vitæ tempus definiverunt
filiis hominum,
fataqve statuunt.

Præter has tres, plures insuper Nornas seu Parcas crediderunt, ad qvemlibet mortalium nativitatis tempore venientes, & certum vitæ terminum ipsi assignantes; qvas qvoad originem, in triplici: qvoad qvalitatem, in duplici differentia ponit Mythologia decima qvinta: Enn eru flei-„ri Nornir þær er koma til hvers barns er borid verdr at „skapa alldr. ok eru þessar godkunnigar. enn adrar Aalfa „ættar. enn hinar þridiu dverga ættar. sva sem her segir.

„Sundr bornar miok
„segi ek at Nornir se
„æigut þær ætt saman
„sumar eru Askungar
„sumar eru Alfkungar
„sumar dættr Dvalens.

„Þa mællti Gangleri. Ef nornirnar raada orlogum man-„na þa skipta þær gæysi uiafnt er sumir hafa gott lif ok ri-„kulegt enn sumer hafa litid len eda lof. sumir langt lif. su-„mir skamt. Haar segir. godar Nornir skapa godan all-„dr enn þeir menn er fyrir uskopum verda þa vallda þi illar Nornir. h. e. *Sunt adhuc plures Parcæ, qvæ ad infantem qvemvis recens natum accedunt, ut vitæ tempus ipsi determinent. Harum qvædam divinæ sunt originis, aliæ vero Alforum (* Geniorum *) originis, tertiæ vero Dvergorum (* Nanorum *) originis. uti hic dicitur.*

Diversæ admodum originis
dico Parcas esse,
uno genere non sunt ortæ,

qvæ-

qvædam sunt divinæ originis,
qvædam ex Alforum prosapia,
qvædam Dvalini (qvi Dvergus seu Nanus erat) *filiæ.*

Dixit iterum Ganglerus: Si Parcæ fata hominum regunt, ea valde dispariliter distribuunt, cum qvidam feliciter & laute vivant, qvidam exiguam fortunam honoremve sortiantur; qvidam longâ vita fruantur, qvidam brevi. Respondit Harus: Bonæ Parcæ felicem dant vitam, qvod vero qvidam sinistra experiantur fata, malæ Parcæ causantur. Parcas ad infantes sub nativitatis tempus venientes, Fata appellare videtur apud Saxonem [l] Starcatherus:

At mihi, si recolo, nascenti fata dedere
Bella sequi, belloqve mori, miscere tumultus,
Invigilare armis, vitam exercere cruentam.

Nisi heic per Fata, Odinum, Thorum, cæterorumq; Deorum intelligamus colluviem, qvos in pleno concilio, Starcathero eventura prædixisse, narrat Gautreks oc Hrolfs saga; qvo tamen tempore Starcatherum pueritiam egressum fuisse, ex contextu ejusdem sagæ colligitur. Parcas autem nativitatis tempore adesse, volebant; qvocirca sicut apud alias gentes Puerperis propria numina, Parcas tres fuisse, pater meus Thomas Bartholinus annotavit, [m] sic & in Septentrione, fœminis parturientibus, ut onere faciliùs levarentur, auxilium Parcarum implorabatur, docente Brynhilldar qvida:

„Biargrunar skalltu kunna
„ef þu biarga villt
„oc leysa kind fra konom
„a lofa þær skal rista
„oc of lido spenna
„oc bidia þa disir duga.

l. lib. 8. m. Syn. antiqv. Puerper.

h. e.

Runas auxiliatrices calleas,
si auxiliari velis (puerperis,)
partumqve faciliorem reddere;
hæ in volâ exarandæ,
artusqve tum volâ *palpandi,*
ac à Parcis auxilium petendum.

Parcas sive Nornas, Disas vocari, non mirandum, cum omnes fœminei sexus, qvibus divinitatem adscribebant, Disarum nomine veniant. Freya enim in Edda, *Vanadis* h. e. *Dea ex prosapia Vanorum:* & Skada, *Ondrdis* h. e. *Dea in xylosoleis currens*, vocantur. Valkyrias ab Regnero Lodbrocho Disas nominari, antehac audivimus, & confirmat Sigurdar qvida Fafnisbana aunnur:

„ Talar disir standa
„ þer a tvær hlidar
„ oc vilia þic sarann sia

h. e.

Fallaces Disæ adstant
tibi ab utroqve latere,
& intueri volunt tibi vulnera infligi.

A Disis cæsum Thidrandum Halli filium, vetus erat traditio, cujus breviter meminit Niala: synir Hallz a Sidu" voru þeir þorsteinn oc Egill oc Liotr þidrandi þann er sc-" gir at difer vægi. h. e. *Halli de Sido filii erant Thorstenus, Egillus, Liotus, & Thidrandus qvem Disæ occidisse dicuntur.* ea cædes prolixiùs describitur in Olai Tryggvesonii Historia, ubi Disarum illarum plena delineatio: „ Hann geck þa undir vidkaustinn. oc heyrdi at ridit var „ nordan a vollinn. hann sa at þat voru konur niu oc vo-

ru

ru allar i ſvortum klædum oc hofdu brugdin ſverd i hon- "
dum. hann heyrdi oc at ridit var ſunnan a vollinn. þar "
voru oc niu konur allar i lioſum klædum oc a hvitum he- "
ſtum. þa villdi þidrandi ſnua inn oc ſegia monnum ſynina. "
en þa bar at konurnar fyrr hinar ſvart klæddu oc ſottu at "
honum. en hann vardiz drengiliga. En langri ſtundu ſi- "
darr vaknadi þorhallr oc ſpurdi hvart þidrandi vekti oc "
var honum eigi ſvarat. þorhallr kvad þa mundi offeinat. "
var þa ut gengit. var á tungl skin oc froſt vidri. þeir fundo "
þidranda liggia ſærdan oc var hann borinn inn. oc er menn "
hofdu ord vid hann. ſagdi hann þetta allt ſem fyrir hañ haf- "
di borit. hañ andadiz þañ ſama morgin i lyſing oc var lagdr "
i haug at heidnum ſid. Sidan var halldir frettum til um "
manna ferdir. ok viſſu menn ecki vanir uvina þidranda. "
Hallr ſpurdi þorhall hveriu gegna mundi um þenna un- "
darliga atburd. þorhallr ſvarar. þat veit ek eigi. en geta "
ma ek til at þetta hafi engar konur verit adrar en fylgiur "
ydrar frænda. get ek at her eptir komi ſida skipti. oc mun "
þvi næſt koma ſidr betri hingat til landz. ætla ek þær diſir "
ydrar er fylgt hafa þeſſum ætrunadi hafa vitat fyrir ſida "
skiptit. ok þat at þer munut verda þeim af hendir frændr. "
Nu munu þær eigi hafa þvi unat at hafa engan skatt af ydr "
adr. ok munu þær þetta hafa i ſinn lut. en hinar betri diſir "
mundo vilia hialpa honum oc komuz eigi vid at ſva buny. "
nu munut þer frændr þeirra niota er þann munut hafa er "
þær boda fyrir oc fylgia. h. e. *Thidrandus lignorum ſtruem acceſſit, audivitqve borealem areæ partem ungulis eqvinis concuti, viditqve adeſſe fœminas novem, nigris veſtibus indutas, ſtrictosqve gladios manibus geſtantes. Audivit & auſtralem areæ partem ungulis eqvinis ſimiliter*

con-

concuti, novemqve fœminas adesse candidas vestes indutas, albisqve eqvis insidentes. Cumqve in dormitorium regredi, aliisqve visionem indicare vellet, fœminæ nigrum indutæ amictum, citius aderant, eumqve armis statim impetebant; ille vero impetum earum viriliter sustinuit. Aliqvanto post Thorhallus (convivarum unus, qvi aliqvid mali eâ nocte metuendum esse præsagierat, & præteritâ vesperâ prædixerat) *evigilans, rogavit utrum Thidrandus vigilaret, necne? Cumqve nullum acciperet responsum, dixit se nimis tardasse. Exibant deinde viri aliqvot. Nox erat lunæ lumine illustris, geluqve paulo intentius. Qvi exierant, Thidrandum saucium jacentem invenerunt, eumqve in domum retulerunt. Ille, de casu suo rogatus, omnia qvæ vidisset narravit, eodemqve mane circa ortum diei exspirans, tumulo, more ethnico, illatus est. Deinde explorari fecerunt amici, an qvidam eo tempore illàc iter fecissent, sed frustra, cum Thidrando nulli, qvod sciri posset, fuissent inimici. Hallus Thorhalli sententiam de mirando hocce portento inqvirit. Respondit Thorhallus: Hoc exactè non scio, conjicere tamen licet, has fœminas, non fuisse nisi tuæ prosapiæ seqvaces genios. Religionis immutationem brevi subsecuturam esse præsagio, illamqve huic meliorem fore, qvæ in hanc insulam brevi invehetur. Hanc mutationem Disas hasce vestras, præsenti religioni faventes, prænovisse autumo, eâqve vestram prosapiam ab iis separandam: Ideoqve ægrè tulisse omni vestra familia penitus carere, ac idcirco hunc juvenem in suam partem sumpsisse: Meliores vero Disas ei auxilium laturas fuisse existimo, sed hâc vice impeditas fuisse. Illos itaqve, prosapiæ vestræ bono fore crediderim, qvos illæ venturos præmon-*

monstrant, & qveis illæ tum adhærebunt. Deniqve tales fuerunt Nymphæ illæ, qvas telam texentes, cujus stamina ex humanis erant intestinis,conspexisse Darradum. Niala narrat, qvam narrationem, qvamtumvis fabulosa videatur, ob venustam carminum antiqvitatem adjiciam: Die qvo circa Dublinum,ingens inter Brianum Regem ex una, Sigtryggum Hiberniæ Regem, Sigurdum Orcadum Comitem, & Broderum piratam, ab altera partibus, pugnatum est prælium, Vard sa atburdr a Katanesi at madr het Daurrudr er " ut geck. hann sa at meñ ridu tolf saman til dyngiu nockur- " rar. ok hurfu þar aller. hann geck til dyngiunnar. ok sa " inn i glugg. at þar voru konur inni. ok hofdu vef upp fær- " dann. Manna hofut voru fyrir kliana. ok þarmar or mo- " nnum fyrir viptu ok garn. sverd var fyrir skeid. en aur " fyrir hræl. þær qvadu þa visur nockurar. h. e. *Accidit* " *in Katanesi (*Scotiæ territorio*) qvod vir qvidam nomine Darradus exiens videret duodecim homines ad tumulum qvendam eqvitare, ubi mox disparuerunt. Deinde tumulum accessit, ac per foramen vidit fœminas in tumulo versantes; hæ telam ad texendum parabant: Capita humana stamini alligata fuere, intestina humana pro stamine & subtegmine, ensis pro instrumento qvo densatur tela, proqve radio sagitta. Hæ fœminæ carmina aliqvot canebant.*

„ Vitt er orpit
„ fyrir valfalli
„ rifs reidi sky
„ rignir blodi
„ nu er fyrir geirum
„ grarr uppkominn
„ vefr verþiodar

Iiii „ Þer

„ þær (*rectius* þann) er vinor fylla
„ raudum vepti
„ Randves bana.

h. e.

Latè diffunditur
ante stragem futuram
sagittarum nubes,
depluit sangvis,
jam hastis applicatur
ciner acea
tela virorum,
qvam amicæ, texunt
rubro subtegmine,
Randveri mortis.

„ Sia er orpinn vefr
„ yta þaurmum
„ ok hardkliadr
„ hofdum manna
„ ero dreyrrekin
„ daurr at skoptum
„ iarnvardr yllir
„ en aurum hræladr
„ skolum fla sverdum
„ sigrvef þenna.

h. e.

Texitur hæc tela
intestinis humanis,
staminiqve strictè alligantur
capita humana;

sunt

sunt sanguine roratæ
hastæ, pro insilibus:
textoria instrumenta, ferrea:
ac sagittæ pro radiis:
densabimus gladiis
hanc victoriæ telam.

„Gengr Hilldr vesa
„ok Hiorþrimul
„Sangridr Svipul
„sverdum tognum
„skapt mun gnesta
„skiolldr mun bresta
„mun hialmgagarr
„i hlif koma.

h. e.

Prodeunt ad texendum Hilda
& Hiorthrimula,
Sangrida & Svipula,
cum strictis gladiis:
hastile frangetur,
scutum diffindetur,
ensisque
clypeo illidetur.

„Vindum vindum
„vef darradar
„sa er ungr konungr
„atti fyri
„fram skolum ganga
„ok i folk vada

„þar er vinir varir
„vapnum skipta.

h. e.

Texamus, texamus
telam Darradi.
Hunc (gladium) *rex juvenis*
prius possidebat:
Prodeamus
& cohortes intremus,
ubi nostri amici
armis dimicant.

„Vindum vindum
„vef Darradar
„ok fiklingi
„fidan fylgium
„þar fa bara
„blodgar randir
„Gudr oc Gondul
„er grami hlifdu.

h. e.

Texamus, texamus
telam Darradi,
& Regi
deinde adhæreamus:
ibi videbant
sangvine rorata scuta
Gunna & Gondula,
quæ regem tutabantur.

„Vindum vindum

„vef

„ vef Darradar
„ þar er ve vada
„ vigra manna
„ latum eigi
„ lif hans faraz
„ eigu Valkyrior
„ vigs um kosti.

h. e.

Texamus, texamus
telam Darradi,
ubi arma concrepant
bellacium virorum,
non sinamus eum
vita privari,
habent Valkyriæ
cædis potestatem.

„ þeir muno lyder
„ londum rada
„ er utskaga
„ adr um bygdu
„ qved ek rikum gram
„ radinn dauda
„ nu er fyrir oddum
„ jarlmadr hniginn.

h. e.

Illi populi
terras regent,
qvi deserta promontoria
antea incolebant.

dico potenti regi
mortem imminere,
jam ſagittis
occubuit Comes.

„Ok munu Irar
„angr um bida
„þat er alldri mun
„ytum ſyrnaz
„nu er veſr oſinn
„en vollr rodinn
„munu um lond fara
„læſpioll gota.

h. e.

Et Hibernis
dolor accidet,
qui nunqvam
apud viros delebitur.
Jam tela texta eſt,
*campus verò (*ſangvine*) roratus,*
terras percurret
conflictus militum.

„Nu er ogorligt
„um at litaz
„at dreyrugt ſky
„dregr med himni
„mun lopt litad
„lyda blode
„adr ſpar varar
„ſpringa allar.

Nunc

h. e.
Nunc horrendum est
circumspicere,
cum sanguinea nubes
per aëra volitet.
tingetur aer
sanguine virorum,
antequam vaticinia nostra
omnia corruant.

„Vel qvedu ver
„um konung ungan
„sigr hlioda fiold
„syngium heilar
„en hinn nemi
„er heyrir a
„geirlioda fiold
„ok gumum segi.

h. e.
Bene canimus
de rege juvene
victoriæ carmina multa,
bene sit nobis canentibus!
Discat autem ille
qui auscultat
bellica carmina multa,
& viris referat.

„Ridum hestum
„allz ut berum
„brugdnum sverdum

„a brott

„ a brott hedan.
h. e.
Eqvitemus in eqvis
qvoniam efferimus
strictos gladios,
ex hoc loco.

Non potest ob hanc visionem *pugna* vocari *tela Darradi;* namqve ita, diu ante prælium Nialæ memoratum, eam nuncupavit Egillus Scallagrimi filius:

„ Varat villr stadar
„ vefr Darradar
„ of glams gladar
„ geirvangs radar.
h. e.
Non obliqvè deflectebat
tela hastarum
per resonantem
scutorum ordinem.

Egilloqve antiqvior Eyvindus Scaldaspillir eâdem usus est voculâ: *Darradr hrystiz.* h. e. *hastarum ordines tremebant.* Itaqve indubitanter falsum est, pugnam, à Darrado Nialæ memorato, *vef Darradar* dici cœpisse; ejus enim fabulæ compilator hanc vocem, ni fallor, erroneè nomen viri proprium fecit, cum *darradr* non ineptè dicatur *hastarum ordo*, à *daur*, *hasta*, *darra* in gen. pl. & *radir*, *ordo*.

CAPUT II.

Oracula à Parcis, aliisqve Numinibus, in Templis edebantur, vel voce, vel signo. Vates divinandi solertiam habebant à spiritu familiari; manibusqve evocatis; qvi exci-

excitabantur vel carminibus magicis, vel Runicis literis certo modo exaratis. Odinus carminum, & literarum Runicarum, in Septentrione inventor. Magia literis Runicis qvomodo peracta.

Patefacto, Disarum nomine Deas qvascunqve venire, corruunt operosæ at fundamento carentes eorum conjecturæ, qvi Disam, peculiare aliqvod muliebris sexus numen fuisse contendunt, eiqve separata aliqva sacrificia oblata opinantur. Ubi enim sacri Disiaci mentio occurrit, qvemadmodum in Vigaglums saga: þar varveizla buin " at vetrnottum oc gort Disablot oc aller skulu þessa min-" ning giora. h. e. Apud Vigfusum Baronem Norvagicum, *sub initium hyemis convivium paratum fuit, & sacrificium Disis institutum; qvem morem omnes observare tenebantur.* & in Eigla: Hafdi Bardr þar buid veizlu moti hon-" um oc skylldi þar vera Disablot. h.e. *Bardus convivium* " *in adventum* Erici Regis *instruxerat, & Disis sacrificium ibidem celebraretur.* & alibi, difficilis erit conjectura, qvibus Dearum id sacrum solenne fuerit, determinare; si qvis Parcis adscripserit, per me licet: Iis enim Sacella qvoqve dedicasse Septentrionem, in qvibus oracula ipsarum super futuris liberorum eventibus consulebantur, & responsa dabantur, ex inclyto Saxonis loco [a]. edocemur: *Mos erat antiqvis, super futuris liberorum eventibus Parcarum oracula consultare. Qvo ritu Fridlevus Olavi filii fortunam exploraturus, nuncupatis solenniter votis, deorum ædes precabundus accedit, ubi introspecto sacello, ternas sedes totidem nymphis occupari cognoscit. Qvarum prima indulgentioris animi, liberalem puero formam, uberemqve humani favoris copiam erogabat. Eidem secunda, benefi-*

a. lib. 6.

cii loco, liberalitatis excellentiam condonavit. Tertia verò protervioris ingenii invidentiorisqve studii fœmina, sororum indulgentiorem aspernata consensum, ideoqve earum donis officere cupiens, futuris pueri moribus parsimoniæ crimen affixit. Qvibus autem sterilitas uxorum invisa erat, Deorum & Odini oracula pro fœcunditate concilianda expetebant, Saxone nostro[b.] iterum docente: *Haldanus his gestis, Guritha potitur. Qvam qvum sterilitatis vitio obnoxiam animadverteret, maximamqve prolis creandæ cupidinem haberet, conciliandæ ei fœcunditatis gratiâ Upsalam petit, responsoqve monitus, suscitandæ sobolis causâ fraternis primùm manibus parentare; postqvam oraculo paruit, optatæ rei solatium impetravit. Siqvidem filium ex Guritha suscepit, cui Haraldo vocabulum aptavit. Qvi qvum eximiæ formæ, præcipuæqve magnitudinis esset, coævisqve robore & staturâ præstaret, tantam Othini, cujus oraculo editus videbatur, indulgentiam expertus fuerat, ut integritatis ejus habitus ferro qvassari non posset.* & mox addit, qvomodo eidem Haraldo instantis belli eventum *oraculis explorare cupienti, senex præcipuæ magnitudinis, sed orbus oculo obvius extitit, qvi hispido etiam amiculo circumamictus, Othinum se dici* testabatur. Ex præmissis autem ab Saxone allatis patet, Oracula edita in locis cultui Deorum dicatis, in Templis nempe atqve fanis, qvemadmodum & in Norvegia tria tempore Haqvini Comitis responsis Dæmonum celebria extiterunt Fana. Binorum mentionem Niala facit: Hann „ferr þar til er hann kemr til Gudbrandz i Dali. hann var „hinn mesti vin Hakonar Jarls þeir attu hof bader saman. „oc var þvi alldri upplokit nema þa et Jarl kom þangat. „þat var annat mest hof i Noregi en annat a Hlaudum.

b. lib. 7. h. c.

h. e. *Progressus est* Hrappus *donec Dalos ad Gudbrandum veniret; hic Haqvino Comiti perqvam amicus erat. Hi unum templum simul habebant, qvod nunqvam aperiebatur nisi adventante Comite. hoc templum alterum in Norvegiâ maximum erat, alterum vero Hladis.* Tertii notitiam Theodrico Monacho debemus: *Est locus qvi dicitur Mærin, in Nidrosiensi diœcesi, ibi, ut fertur, dabantur responsa à Dæmonibus. Illuc & Hacon congregaverat multitudinem Idolorum.* Illa Idola in Templis collocata, edebant oracula, vel vivâ voce, qvemadmodum legitur in Holmveria sogu de lapide, ut suspicor, in modum idoli formato, in fano collocato, & divinis honoribus mactato: Hann for af stad oc beid þar til þess Þorsteinn for til blothuss sins " sem hann var vanr. Enn er Þorsteinn kom geck hann inn i " blothusit oc fell framm fyrir steini þeim er hann blotadi " oc þar stod i husinu oc mælltiz þat fyrir. Indridi stod uti " oc heyrdi þetta qvedit i steininum. "

„þu hefir hingat
„i feinsta sinni
„feigum fotum
„folld sporada
„þvi mun rett adr
„raudull skini
„hardr Indridi
„heipter giallda.

h. e. *Indridus domo profectus, Thorstenum ad fanum more solito adventantem expectabat. Thorstenus adveniens; fanumqve intrans, coram lapide, qvem in fano stantem colere svevit, in faciem procubuit, oravitqve. Indridus foris stans, hoc Carmen in lapide cantari audivit.*

Kkkk 2 Tu

e. Hist. Norv. cap. 11.

Tu huc
ultimâ vice
morti vicinis pedibus
terram calcasti,
certè enim anteqvam
sol splendeat,
animosus Indridus
odium tibi rependet.

Sicqve narrat Thorlefi Jarlascaldi historia, Haqvinum Comitem ab oraculo Thorgerdæ Deæ, qvam impensè colebat, edoctum fuisse modum magicum perdendi Thorlefi, „cui infensissimus erat: Hakon Jarl villdi nu giarna hefna „a þorleifi þessarar smanar ef hann giæti. heitir nu a full- „trua sina þorgerdi Horgabrudi oc Yrpu systur hennar. at „reka þann galldr ut til Islandz at þorleifi ynni at fullu oc „færdi þeim miklar fornir oc geck til fretta: Enn er hann „feck þat er honum likadi. let hann taka einn rekabut oc „giora or tremann. oc med fiolkyngi oc atkvædum Jarls „enn trollskap oc fitons anda þeirra systra let hann drepa „einn mann oc taka or hiartad oc lata i þenna tremann. oc „færdu sidan i fot oc kolludu hann þorgard. oc mognudu „hann med sva miklum fiandakrapti at hann geck oc mæll- „ti vid menn. komu honum sidan i skip oc sendu hann ut „til Islandz at drepa þorleif Jarlaskalld. gyrdi Hakon „Jarl hann atgeiri þeim er hann hafdi tekit or hofi þeirra „systra oc - - - - hafdi att. h. e. *Haqvinus Comes hanc ignominiam in Thorleifo ulcisci voluit, si copia daretur: Thorgerdæ itaqve Horgabrudæ & sorori ejus Yrpæ, qvibus summè confidebat, supplicavit, ut aliqvod divinitatis suæ opus in Islandiam mitterent, qvod Thorleifo mortem conciliæ*

ciliaret; iisq.e magnas hostias immolans, responsa popo-scit. Cumqve optata responsa accepisset, è ligno fluctibus ad terram jactato statuam humanam fieri, Magiaeqve ac diris suis, & diabolicae dictarum sororum virtuti fidens, virum qvendam interfici, illiusqve cor ligneae huic statuae inseri curavit; eumqve vestes indutum, Thorgardum nominavit: Diabolicisqve viribus eum adeo vivificavit, ut ambularet, ac cum hominibus colloqveretur. Hunc navi impositum in Islandiam ablegavit, ut Thorleifum Jarlascaldum interficeret. Haqvinus Comes eum bipenne cinxit è delubro sororum depromptâ, qvam - - - antea posse-derat. Thorgardus in Islandiam vectus, Thorleifum in conventu provinciali constitutum bipenni confodit. Enn er " hann feck lagit hio hann til, þorgardz. en hann steyptiz " i iord nidr sva at i iliarnar var at sia. þorleifr snaradi at " ser felldinum oc kvad visu.

„Hvarf hinn hilldardiarfi
„hvat vard af þorgardi
„villumadr a velli
„vigdiarfr refilstiga
„farit hefir gautr at grioti
„gunnelldz enn fiolkunni
„sidan mun hann i heliu
„hvilaz stund oc milu

h. e. *Cum Thorleifus se pungi sentiret, Thorgardum gladio petiit; ille verò vertice in humum demissâ, terrâ absorptus est, adeo ut volae pedis apparerent. Thorleifus togâ se circumdedit, carmenqve cecinit.*

Disparuit bellicosus
(qvò devenit Thorgardus?)

vir erraticus terræ insistens,
cædere audax;
descendit inter lapides
bellator magiæ callidus.
Is exindè apud inferos
diu permanebit.

Nonnunqvam idola nutu aut gestu expressisse oracula credebantur, & indicasse exauditas supplicantium preces; ut memorata nuper Thorgerda fecit, cum Haqvinus Sigmundo Bresti filio reditum adinsulas Færóenses meditanti, id consilii daret, ut deam suam prius placaret, qvò benedictionem ab ipsâ promereri posset, Olai Tryggvasonii Historiâ memorante: Gengu þeir þa til hoffins. oc fell Jarl allr til iardar fyrir likneski hennar. oc la lengi. Likneskit vat prydt miok oc hafdi digran gullhring a hendi. Enn er Jarl stod upp tok hann til hringsins oc villdi na af henni. en Sigmundi syndizt sem hon beygdi hnefann. Jarl mællti. Ecki er henni blidt til þin Sigmundr oc veit ek eigi hvart ek get þer i sætt komit vid hana. en þat megum vid þar at merki hafa. hvart hon vill midla ockr hringinn er hon hefir a hendi. tok Jarl þa silfrmen oc lagdi a fotstallinn fyrir hana. Jarl lagdiz þa nidr i annat sinn a golfit fyrir hana oc fann Sigurdr at hann taradiz miok. En er hann stod upp tok hann til hringsins oc let hun hann þa lausann. Jarl feck Sigurdi hringinn. h. e. *Haqvinus & Sigmundus fanum deinde introiverunt, Comes in terram se projecit coram sculptili, qvod valde ornatum erat, crassamqve auream armillam manu gestabat. Exurgens deinde Comes armillam abstrahere conatus est, Sigmundo autem videbatur ea manum flectere. Comes tum dixit: Dea tibi*

tibi Sigmunde, non favet, & difficultèr ei reconciliaberis: hoc autem favoris signum nobis erit, si armillam sibi auferri patiatur. Comes monile argenteũ scabello ante eam imposuit; deindeqve iterũ in pavimentũ se abjecit, viditqve Sigmundus eum lachrymas fundere. Elevatus demum, armillam capere tentavit, qvam illa tum dimisit. Comes autem Sigmundo eam tradidit. Præter Oracula autem ab idolis edita, erant & Vates, de Futuris callenter prædicentes, vel superstitiosis imponentes; qvi Saxone [d] definiente, *primam physiculandi solertiam obtinentes, artem possedêre Pythonicam.* Hujusmodi *vatum veris prædictionibus expertum* se apud eundem [e] refert Hotherus, bello qvo Boum excipere debeat, semet periturum. Gram qvoqve, libro ipsius primo memoratur *ab aruspicibus accepisse, nisi auro Sictrugum superari non posse.* Vates autem divinandi solertiam variis modis, iisqve illicitis acqvirebant. Nonnullos circumtulisse secum familiares in parvis idolis spiritus, tum ex Halfredo colligo, qvi insimulabatur Thorum ex dente balenæ circumferre: tum ex Helgone Magra, qvi Islandiam navigans, Thorum consuluit de statione capienda; scilicet imagunculã Thori gestatilem, ex qva immundus spiritus consulenti responsũ dabat. Landnama sic narrat: Enn er" Helgi sa landit. geck hañ til fretta vid þorhvar hañ skylldi " land taka. Enn frettinn visadi honum til Eyia fiardar. oc " losadi honum hvarki at hallda austr ne vestr. h. e. *Cum " autem Helgo intra conspectum terræ esset, Thorum interrogavit, ubi ascensionem faceret, terræ possessionem occupaturus. Oraculum ad sinum Eyiaford eum ablegavit, nec permisit, aut ad orientem aut ad occidentẽ deflectere.* Alios manium elices fuisse, & ab iis vi carminum evocatis futura ex-

d. lib, 1. e, lib. 3.

exqvisivisse, indicio est Harthgrepa, qvam Saxo [f] refert, *magicæ speculationis officio superùm mentem rimari* cupidam, *diris admodum carminibus ligno insculptis, iisdemqve linguæ defuncti suppositis, eum horrendum auribus carmen edere* coëgisse; qvo carmine instantia evocatrici suæ fata mortuus cecinit:

Tunc qvæ nostra chaos fata reduxit,
Et dedit hoc rursum visere lumen,
Mirè corporeis nexibus indens
Manes elicitos sollicitando,
Qvod nisa est temerè, flebit acerbè.

atqve ita finit:

Fœmina sed nostros, crimine pressa suo,
Placabit cineres, ipsa futura cinis,
Qvæ miseris umbris huc remeare dedit,
Inferis me qvi reduxit, execrandus oppetat,
Tartaroqve devocati spiritus pœnas luat.

Præiverat horrendo exemplo Othinus, cujus gustum ante exhibui, nunc integrum subjungam, ex vetustissimâ odâ *Vegtams kviþa* dictâ:

„Upreis Odinn
„allda gautr
„oc hann a Sleipni
„saudul um lagdi
„reid niþr þadan
„niflheliar til
„mætti hann hvelpi
„þeim er or heliu kom.

h. e.

Surgebat Odinus

viro-

f. lib. 1.

virorum summus,
& Sleipnerum
ephippio stravit,
equitabat deorsum
Niflhelam versùs,
obvium habuit catellum
ab Helæ habitaculis venientem.

„Sa var blodigr
„um brioſt framan
„kiapt vigfrekann
„oc kialka nedan
„go hann a moti
„oc gein ſtorom
„gauldrs fauþur
„gol um lengi.
h. e.
Huic sangvine aspersa erant
pectus anterius,
rictus mordendi avidus,
& maxillarum infima;
allatrabat ille,
& rictum diduxit
magiæ patri,
& diu latrabat.

„Fram reid Odinn
„folldvegr dundi
„unz kom at hafo
„Heliar ranni
„þa reid yggr

„fyrir auſtan dyr
„þar ſem hann viſſi
„vaulo leidi.

h. e.

Equitavit Odinus,
terra ſubtus tremuit,
donec ad altum veniret
Helæ habitâculum.
tum equitavit Odinus
ad orientale oſtii latus,
ubi fatidicæ
tumulum eſſe novit.

„Nam hann vitugri
„valgalldr qveda
„leit i nordr
„lagdi a ſtafi
„fræþi tok þylia
„fretta beiddi
„unz naudig reis
„naſs ord of kvad

h. e.

Sapienti carmina
mortuos excitantia cecinit,
boream inſpexit,
*literas (*tumulo*) impoſuit,*
ſermones proferre cœpit,
reſponſa popoſcit,
donec invita ſurgeret
& mortuorum ſermonem proferret.

Hvat

„Hvat er þat manna
„mer okunnra
„er mer hefir aukit
„erfitt sinni
„var ek snivin sniovi
„oc slegin regni
„oc drifin dauggo
„daud var ek lengi.

h. e.

Qvisnam hominum
mihi ignotorum,
mihi facere præsumit
tristem animum?
nive eram
& nimbo aspersa,
pluviâqve rorata,
mortua diu jacui.

„Vegtamr ek heiti
„Valtams em ek son
„seg þu mer or helio
„ek man or heimi.
„Hveim ero beckir
„baugom stradir
„flet fagrlig
„flod i gulli.

h. e.

Viator nominor,
Bellatoris filius sum,
enarra mihi qvæ apud Helam geruntur,
ego tibi, qvæ in mundo.

Cuinam ſedes
auro ſtratæ ſunt?
lecti pulchri
auro ornati.

„Her ſtendr Balldri
„of brugginn miodr
„skirar veigar
„liggr skiaulldr yfir
„enn asmegir
„i of veini
„naudig ſagdak
„nu man ek þegia.

h. e.

Hic Baldero medo
paratus extat,
purus potus,
ſcuto ſuperinjecto;
divina verò ſoboles
dolore afficietur.
invita hæc dixi,
jamqve ſilebo.

„þegiat þu Vala
„þik vil ek fregna
„unz allt kunnak
„vil ek enn vita
„hver man Balldri
„at bana verda
„oc Oþins ſon
„alldri ræna.

h. e.

Noli fatidica tacere,

te interrogare volo
donec omnia novero.
adhuc scire volo,
qvisnam Baldero
necem inferet,
ac Odini filium
vitâ privabit?

„Haudr berr hafan
„hrodr barm þinnig
„han man Balldri
„at bana verda
„oc Odins son
„alldri ræna.
„naudig sagdak
„nu man ek þegia.
h. e.
Hódus excelsum fert
honoratum fratrem (sc. se ipsum) *illuc.*
is Baldero
necem inferet,
& Odini filium
vita privabit.
invita hæc dixi
jamqve tacebo.

„þegiat þu Vala
„þik vil ek fregna
„unz alle kunnat
„vil ek enn vita
„hverr man heipt Haudi
„hefnt ofvinna

„edr Balldrs bana
„a bal vega.

h. e.

Noli tacere fatidica,
adhuc te interrogare volo
donec omnia novero,
adhuc ſcire volo
qvisnam Hódo
odium rependet?
aut Balderi interfectorem,
occidendo, rogo adaptet.

„Rindr berr ſon
„i veſtr ſaulom
„ſa man Odins ſon
„einnættr vega
„haund um þværa
„ne haufut kembir
„adr a bal um berr
„Balldrs andskota.
„naudig ſagdak
„nu man ek þegia.

h. e.

Rinda filium pariet
in habitaculis occidentalibus,
hic Odini filius,
unam noctem natus, armis utetur;
manum non lavabit,
nec caput pectet,
antequam rogo imponat
Balderi inimicum.

invi-

invita hæc dixi,
jamqve tacebo.

„Þegiat þu Vala
„þik vil ek fregna
„hveriar ro meyiar
„er at muni grata
„oc a himin verpa
„halſa skautum
„ſeig þu þat eina
„ſeſrattu ſyrri.

h. e.

Noli tacere fatidica,
adhuc te interrogare volo,
qvænam ſunt virgines
qvæ præ cogitationibus lacbrymantur,
& in cœlum jaciunt
cervicum pepla?
hoc ſolum mihi dicas,
nam prius non dormies.

„Ertattu Vegtamr
„ſem ek adr hugdak
„helldr ertu Odinn
„allda gautr.
„Ertattu Vala
„ne vis kona
„helldr ertu þriggia
„þurſa modir

h. e.

Non tu viator es,
ut antea credidi;
ſed potius Odinus, *vi-*

virorum summus.
Tu non es fatidica,
nec sapiens fœmina,
sed potiùs trium
gigantum mater.

„Heim rid þu Odinn
„oc ver hrodigr
„sva kemr manna
„meirr aptr a vit
„er (rectius: unz) laus Loki
„lidr or baundom
„oc ragnarauk
„riufendr koma.

h. e.

Eqvita domum Odine,
ac in his gloriare,
nemo tali modo veniet
ad sciscitandum,
usqve dum Lokus
vinculis solvatur:
& Deorum crepusculum
dissolventes aderint.

Antiqvissimum hocce monumentum palam facit, adevocandos, ut futura edocerent, manes, adhibita non infanda modò carmina, qvæ *Valgalldr* vocantur, seu carmina magica mortuos excitandi vim habentia; *galldr* enim qvodvis magicum carmen denotat, ut in Havamalum:

„þann kann ec galdr at gala.

h. e.

Hanc novi incantationem canere.

qvod

qvod *Valr* autem mortuum significet, superiùs expositum est. Sed & litteras Runicas, qvarum secreto certoqve modo exaratarum efficaciâ, mortuos suscitari posse credebatur: & qvi latentes in carminibus maleficas virtutes prolixè in Havamalum enumerat Odinus, *suspensorum Deus* seu *Hangatyr* vel *Hangadrottinn* dictus, qvia suspendio enecatis vitam restituere valuit; runis callenter exaratis id se efficere gloriatur:

„Þat kann ek iþ tolfta
„ef ek se a tre uppi
„vafa virgilna
„sva ek rist
„oc i runom faak
„at sa gengr gumi oc mælir vid mik.

h. e.

Illud duodecimum novi,
si in ligno supernè videro
laqveo suspensum cadaver motu agitari,
ita exarare calleo
& runas incidere,
ut vir ille incedat ac mecum colloqvatur.

Runas certè, si qvis alius, calluit necessariò Odinus, qvi eas primus adinvenit; qvas qvi *Fimbulo*, qvasi diverso ab Odino Deo adscribunt, fallunt atq; falluntur: atqve ita statuentes decepit pravè intellecta stropha in Havamalum. Percurrantur enim omnes undiqve extantes antiqvitates nostræ, & fidem do, *Fimbul* qvasi nomen proprium deastri, vel unius ex grege Asarum qvi huc cum Odino advenerunt, nunqvam repertum iri. Immo vocula illa nusqvam, qvod qvidem sciam, absolutè posita invenitur, sed

Mmmm sem-

ſemper cum aliis dictionibus compoſita, & tunc intenſionem vel incrementum rei ſignificandæ denotat. In Havamalum:

„ Fimbulſambi heitir
„ ſa er fatt kann ſegia
„ þat er ofnotrs adal.

h. e.

Inſignis fatuus dicitur,
qvi pauca loqvi novit,
hoc fatui proprium eſt.

Sic in Mythologiâ Eddæ qvadrageſimâ octavâ, hyems illa, qvam duratione ſuâ unam æſtatem excluſuram fabula deſcribit, *fimbulvetr* h. e. *ingens hyems* nominatur: Vetr „ ſa kemr er kalladr er fimbulvetr. þa drifr ſnior or ollum „ ættum. froſt eru þa mikil ok vindar hardir. ekki nytr ſolar. „ þeir vetr fara þrir ſaman ok ecki ſumar i millum. h. e. *Aderit hyems, qvæ Ingens hyems nominatur. Tum ex omnibus cœli cardinibus ninget, geluqve intenſum erit, ac venti impetuoſi; Sol calore ſuo nihil proficiet. Hæ tres hyemes conjunctæ ſunt, nullâ interveniente æſtate.* Ejusdem hyemis mentio in Vafþrudnis malum occurrit:

„ Hvat lifir manna
„ þa er hinn mæri liþr
„ fimbulvetr med firum.

h. e.

Qvinam hominum vivent,
cum fluxerit magna
Ingens hyems apud viros?

Demum in Voluſpa Odinus nuncupatur *Fimbultyr* h. e. *ingens Deus:*

Oc

„Oc minnaz þar a megindoma
„oc a fimbultys fornar runar.

h. e.

Et mentionem ibi faciunt magnorum colloqviorum,
& ingentis Dei antiqvorum ſermonum.

Heic *Runar* expoſui *ſermones*, cùm vocabulum illud non ſemper literas, aſt nonnunqvam ſermones vel collocutiones exprimet; qvo ſenſu hanc ſtrophæ unius in Havamalum particulam:

„Godann mann teygdu þer
„at gaman runom.

ita reddiderim:

Bonum virum tibi amicum fac
ſermone faceto.

ſed certiſſimè evincit Edda, Conſiliarios Regis *Konungs runa* Scaldis antiqvis indigitari, perhibens: Jarlar ok" Herſar ok Hirdmenn eru ſua kendir at kalladir konungs" runar eda malar eda ſeſſar. Sva qvad Hallfrodr.

„Grams runi lætr glymia
„gunnrikr hinn er hvot likar
„ Hogna hamre ſlegnar
„heiptbradr um ſik vadir.

h. e.

Comites, Barones & aulici, poëticè vocantur Regis collocutores, vel confabulatores, vel conſeſſores; ſic cecinit Halfrodus:

Regis[3] *collocutor*[4] *facit*[8] *ſtrepere*[9]
bellipotens[1] *cui*[5] *alacritas*[6] *placet*[7]

Hógni[12], *malleo*[14] *fabricatas*[15]
iracundus[1] *circa*[10] *ſe*[11] *veſtes*[13].

& ex eâdem edocemur, uxorem, qvæ cum marito ſemper miſcere debet ſermones, & alloqviis curas ejus allevare, „*Runam* mariti poëticè appellari: Kona er oc kollod be-„dia oc runa buanda ſins. h. e. *Uxor circumſcribitur, mariti ſocia lecti & colloqvii*. qvò advocare licet Voluſpam:

„Oc þann annars glepr
„eyra runo.
h. e.
Et illum, qvi alterius vellicat
aurem conjugis.

Cæterùm alterâ ſignificatione, *Runir* literas illas famoſiſſimas Runicas, qvarum freqvens qvondam in Septentrione uſus, indigitant, qvarum adinventionem ſibi ipſi Odinus vendicat in illâ parte Havamala, qvam editores Runa Capitula nominaverunt:

„Veit ek at ek heck
„vindga meidi a.
„nætr allar nio
„geiri undadr
„oc gefinn Odni
„ſialfr ſialfum mer
„a þeim meidi,
„er mangi veit
„hvers hann af rotum renn:.
h. e.
Scio me pependiſſe
ex ligno ventis objecto, ins-

integris novem noctibus,
hastâ sauciatum
datumqve Odino,
ipsum (scilicet) *mihi ipsi.*
Ex illo (inqvam) *ligno,*
de qvo nemo novit,
à qvâ radice surgat.

„ Vid hleifi mik seldo
„ ne vid hornigi
„ nysta ek nidr
„ nam ek up runar
„ æpandi nam fell
„ ek aptr þatan.

h. e.

Nec pane me sustentarunt,
nec poculo;
Cum dolore deorsum cecidi,
Runas adinveni,
plangens (meum) *corpus*
inde iterum decidit.

„ Fimbul liod nio
„ nam ek af enom fregia syni
„ Baulþors Bestlo fauþur
„ oc ek dryck of gat
„ ens dyra miadar
„ ausinn odreri.

h. e.

Ingentia novem carmina
didici è celebri filio
Bolthori Bestlæ patris,

 pe-

potumqve accepi
pretiosi illius medonis,
haustum ex Odrero (vase ita dicto.)

„ þa nam ek frævaz
„ oc froþr vera
„ oc vaxa oc vel hafaz
„ ord mer af ordi
„ ordz leitadi
„ verk mer af verki
„ verkz leitadi.

h. e.

Tum erudiri cœpi,
& sapiens evadere,
crescere & benè habere.
Verbum è verbo
verbum mihi suggessit.
factum è facto
factum mihi acqvisivit.

„ Runar munt þu finna
„ oc radna stafi
„ miok stora stafi
„ miok stinna stafi
„ er fadi fimbulþulr
„ oc gordo ginregin
„ oc reist Hroptr raugna.

h. e.

Runas invenies,
& dispositas literas,
prægrandes literas,
prævalidas literas,

qvas

qvas exaravit Ingens senex (sc. Odinus,)
& fecerunt Dii.
& incidit Deorum (summus) *Odinus.*

„ Odinn med Asom
„ enn fyr Alfom Dainn
„ Dvalinn oc dvergom fyr
„ Asvidr iotnom fyr
„ Ek reist sialfr sumar.

h. e.

Odinus inter Deos,
inter Alfos (genios) *Dainus*,
Dvalinus inter Dvergos (Nanos.)
Asvidus inter Gigantes,
Ego ipse qvasdam incidi.

Omnibus hisce carminibus eò præsertim collimat Odinus, ut, etiamsi Odinum, & carminum authorem nonnunqvam distingvere apparenter videatur, se tamen ab nullo alio, sed ab seipso, & artem poëticam, & literarum Runicarum inventionem addidicisse patefaciat. Itaqve se ipsi sibimet sacratum primò ingerit, modo qvem superiori libro prolixè explicavimus, per vulnera nempe, qvibus aditus ad Odinum ejusqve curiam cœlestem patebat. Sic & per Bolthori filium, semet ipsum intelligit, utpote qvi erat Bolthori ex filia Bestla nepos, Mythologiâ Eddæ qvintâ docente. Neqve contrarii sensus sunt tria illa nomina, qvibus qvasi partitis non alium tamen nisi seipsum denominat, *Fimbulþul, Hropt Raugna*, & *Ginregin*, qvorum primum: *Senem* denotat, alterum: *Deorum præsidem*, tertium: *Deos*. Deinde ingenium qvidem Carmina fundendi è felici

mulsi

mulsi haustu lucratum se agnoscit, Mythologiâ sexagesimâ secundâ annotato: nihilo tamen minus ipsa Carmina ab seipso didicisse, seu Scaldicum componendorum Carminum modum se ipsum adinvenisse; qvem Poëseos Septentrionalis architectum omnes agnoscunt, & in exordio Chronici Norvagici sufficienter Sturlæsonius exprimit: Hann „ taladi sua sniallt ok slett at ollum er a heyrdo þotti þat ei- „ na satt. mælti hann allt hendingom. sua sem nú er kvedit „ er skalldskapr heitir. Hann ok hofgodar hanns heita lio- „ da smidir. þviat su iþrott hofzt af þeim i nordrlondom. h. e. *Tam disertè & ornatè loqvebatur, ut auditores verba ipsiq, ipsam esse judicarent veritatem. Rythmicè omnia loqvebatur, qvomodo nunc componuntur, qvæ Carmina vocantur. Ille, illiusqve socii nominantur Poëseos authores, eò qvod ars illa ab eis initium in Septentrione sumpserit.* Nihil Odino derogat, Poëseos inventum reliqvis Asis ab Snorrone heic communicari; licêt enim memorabiliora omnia ab Odino præcipuè, patrata repertaqve, consortibus Diis nonnunqvam similiter adscribantur, dispari tamen gradu potentiæ Eum & reliqvos ea effecisse, observandum, & Eddæ regu- „ la g. firmiter tenenda: Odinn er æztr ok ellztr Asanna. „ hann rædr ollum lutum, ok sva sem onnur gudin eru mat- „ tug þa þiona honum oll sva sem born fodur. h. e. *Odinus supremus est & antiqvissimus Asarum, qvi omnes res gubernat; atqve etiamsi cæteri Dii potentes sint, omnes tamen ipsi inserviunt, ut patri liberi.* Itaqve deinceps h. expressè Edda pronunciat, Odinum non hominibus modò artem Poëticam callentibus, sed & ipsis Asis mulsum, facultatem carmina componendi infundentem præbuisse: Sut- „ tunga miod gaf Odenn Asunum ok þeim monnum er yr- kia

g. myth. 18. h. myth. 62.

kia kunnu. Þui kollum ver Skalldskapinn feng Odins ok " fund. drykk hans ok giof. ok drykk Asanna. h. e. *Suttungi mulsum Odinus Asis dedit, & hominibus qvi carmina componere norunt. Idcirco Poësin vocamus lucrum Odini & inventum, potum ejus & donum, & potionem Asarum.* sic & vocavit Egillus Scallagrimi filius in Hófudlausn seu Redemptione capitis:

„ber ek Odins miod
„a Engla biod.
h. e.
Offero Odini medonem (carmen)
Anglorum Regi.

qvi & ibidem præmiserat:

„Enn ek Vidris ber
„munnstrindar mar.
h. e.
Ego autem Odini fero
labiorum mare.

Alterum insigne Odini inventum, fuerunt literæ Runicæ; qvocirca eum *in antiqvissimis exemplaribus Eddicis, Runhofdi* h. e. *Runarum autorem*, inter alia epitheta insigniri, alios secutus recentes, credidit Thormodus Thorfæus;[i.] additqve, in allatis ante ex Havamalum rythmis *tam Runarum simplicium & elementarium inventionem* sibi adscribere Odinum, *qvàm resolutorum characterum, illorum scilicet Magus familiarium, qvi ex multis Runicis componuntur, & integram vocem, unam aut plures, vel etiam exorcismum complectuntur.* De magicis Runis nullus scrupulum movet, seqve id ultrò largiri Verelius[k.] fatetur, *sin vero*, addit, *malrunas nostras ipsi* (Odino) *etiam tribuas*; Nnnn *recte*

i. Ser. Mſ. Reg. Dan. par. 1. cap. 2. k. Runogr. Scan. cap. 4.

recte & vere hoc fieri negamus. Neqve enim ullo documento antiqvitatis qvod fidem mereatur, id evinci potest. Communes Runas impropriè, licet alios fallentes secutus, *Malrunas* indigitavit, qvas inter Magicarum Runarum species disertis verbis enumerat Brynhildar kviþa:

„ Malrunar skalltu kunna
„ ef þu villt at mangi þer
„ heiptom gialldi harm.

h. e.

Malrunas calleas,
si neminem velis tibi
*injuriam (*illatam*) odio rependere.*

Junguntur enim cæteris nefandarum Runarum generibus, qvæ illeic enumerantur,

Sigrunir, Runæ ad victoriam adipiscendam.
Olrunir, Runæ ad vitandum venenum in potu oblatum.
Biargrunir, Runæ ad auxiliandum parturientibus.
Brimrunir, Runæ ad naufragium evitandum.
Limrunir, Runæ ad medendum adhibendæ, & foliis arborum incidendæ.
Hugrunir, Runæ ad ineptas cogitationes ab animo avertendas.

His Runarum generibus *Malrunæ* interpositæ leguntur; qvi itaqve cæteras superstitiosas Runas, Odini largitur inventum, qvâ ratione *Malrunas* excipiet? & communes Runas in Scandia ab Odino primùm inventas ullo antiqvitatis documento evinci, qvâ fronte neget, qvi noverit, protestari in Havamalum ipsum Odinum, qvod Runas adinvenerit, & simplices, & dispositas, ita scilicet ut magicis artibus inservirent? Sed solvendus est nodus. Verelius aliiqve ab-

abſtruſam atqve incompertam gentium Septentrionalium antiqvitatem penitùs convelli crediderunt, niſi Runarum inventio Odini atqve Aſianorum immigrationem tranſcenderet; hiſtoricæ namq; relationes lingvâ antiqvâ compoſitæ, qvotqvot nobis ſuperſtites temporum reliqvit injuria, altiorem neſciunt originem, ſed Odinum illum ut primum antiqvitatum noſtrarum fundamentum conſtituunt. Clara ſunt Rimbeiglæ verba, à me tamen nunqvam conſpectæ, prout ea adducit Thorfæus: Upphaf allra fraſagna i Norrænni " tungu þeirra er ſannindi fylgia hofz þa er Tyrkir oc Aſia " menn bygdu nordrit. þvi er þat med ſonnu at ſegia at " tungan kom med þeim nordr hingat er ver kollum Norræ- " nu oc geck ſu tunga um Saxland. Danmark. Sviþiod. " Noreg. oc um nockurn hluta Englandz. hofuds madr þeſsa " folks var Odinn. h. e. *Principium omnium Hiſtoriarum lingvâ Norvagicâ (ſeu Septentrionali) compoſitarum, qvæ veritati congruunt, ab illo tempore deducitur, qvo Turcæ & Aſiatici Septentrionem inhabitare inceperunt. Itaqve in veritate aſſeritur, lingvam qvam nos Norvagicam dicimus, cum illis ſimul in Septentrionem invectam; eademqve lingva uſurpabatur per Saxoniam, Daniam, Sveciam, Norvegiam, & partem Angliæ aliqvam. Ductor hujus populi fuit Odinus.* Qvando contigerit famoſa illa immigratio, Chronicon Snorronis Norvegicum innuit: I þann " tima foro Rumveria hofdingiar vida um heiminn oc bruto " undir ſik allar þiodir. enn margir hofdingiar flydu fyrir " þeim ofridi af eignom ſinom. Enn fyrir þvi at Odinn var " forſpar oc fiolkunnigr. þa viſſi hann at hans afkværni " mundi um nordr halfo heimſins byggva. ſetti hann þa " brædr ſina Vili oc Ve yfir Asgard enn hann for oc med "

„ honum diar allir oc mikit folk annat fyrst vestri Garda„riki oc þadan sudr i Saxland. h. c. *Hoc eodem tempore Duces Romanorum mundum latè peragrarunt, omnes nationes sibi subjugantes; quâ violentiâ adacti multi principes, possessiones suas deserebant. Cum verò Odinus futurorum præscius, & magicæ artis callidus esset, suam progeniem septentrionem inhabitaturam esse prænovit. Unde Vilo & Veo fratribus suis Asgardiæ præpositis, cum diis omnibus* (sociis suis) *magnoqve insuper comitatu, primò occidentem versùs in Russiam, deindeqve austrum versus in Saxoniam profectus est.* Et pressiùs definit tempus Edda præfatio: „ þa er Pompejus æinn hofdingi Romveria „ heriadi i austr halfuna flydi utan Odinn or Asia ok hin„ gat i nordr halfuna. h. c. *Cum Pompejus Dux qvidam Romanorum Orientem bellis infestaret, Odinus ex Asia huc in Septentrionem fugiebat.* Itaqve immoderatæ antiqvitatis amatores, historiis lingvâ Septentrionali compositis, & vetustissimis carminibus Odino nihil vetustius asserentibus destituti, atqve Saxoni nostro fidem abdicantes, in remotissimis à memoriâ hominum rebus, ad Runica monumenta confugiunt, clamitantes eorum qvædam adhuc conspici eam Asiaticorum immigrationem vetustate superantia; ideoqve antesignanum Asiaticorum Odinum litteras Runicas nullatenus excogitasse, ante ipsius adventum heic in lapidibus exaratas. Duplici sententiam hanc propugnant argumento. Primum suppeditabit terra lapides Runis sculptos circum jacens, ex cujus cespite effosso *judicari mox oculis potest, quâ post diluvium ætate lapis sit erectus.* Eo experimento deprehendisse se jactitant, lapides qvosdam *ferre ætatem trium millium septingentorum annorum;*

scri-

fcribente in addendis ad Runographiam Scandicam Verelio,& impensè fibi de felici hac Olai Rudbeckii folertiâ gratulante. Alterum Rudbeckius [l] depromit ex Literarum Septentrionalium antiqvitate ; eas enim Græcis antiqviores , immò litteras noftras *per Opim ad Græcos elatas*, ubi operofis,apud neminem inventuris fidem , hieroglyphicis demonftrationibus,impofuiffe fe orbi literato credidit ; protinùs inculcat , non intelligere fe *litteras qvibus hodieqve utimur* , cum nemo fane fit,*qvi eas poft introductam ad nos Religionem Chriftianorum h. e. ante fecula fummum qvatuor à nobis receptas neget :* fed Runas , qvæ *omnino fedecim,nec plures*, olim in ufu fuerunt ; ideoqve exultat fe in Prifcianum incidiffe,hæc qvoqve proferentem verba: *Apud antiqviffimos Græcorum non plus qvàm fedecim erant literæ.*

Qvàm vellem, hæc omnia veritati litarent ! & impensè me incomparabilis lapidum noftrorum Runicorum antiqvitas delectaret. Neqve enim eò iniqvitatis progrefluros vicinos noftros credimus , ut communem cum ipforum lapideis monumentis vetuftatem noftris adfignari indignentur. haurimus enim utriqve auram Septentrionis. Verû enim vero & illis nobisqve fummoperè cavendum , ne incredibilem rebus Borealibus vetuftatem folis conjecturis adfuere annitendo,fidem eis detrahamus etiam in illis, qvæ documentorum perfpicuitate clara atqve manifefta reddi poffunt. Idcirco fufficerit Arctois gentibus,ex indubitatis patriis documentis evinci poffe , etiam ante nativitatem Salvatoris noftri , Runicas ipfis ab Odino communicatas fuiffe literas. Ut enim verbum modò de duplici , qvorum mentionem injeci, aliorum argumento addam; ad primum,illudqve fpeciofius,

l. Atlant. cap. 38.

conveniens erit reſponſio, ubi inſcriptiones ipſæ lapidum prolatæ fuerint, ex qvibus de antiqvitate monumentorū tutius feretur judicium, qvàm ex inſtabili circumaggeſta terra, qvæ qvantas & pati potuerit & reverà paſſa ſit mutationes, nemo ignorat. Adeoqve licet calculi ſui certitudinem deſumat Rudbechius ex altitudine atræ terræ lapidibus circumjacentis, illud tamen judicium valdè erit incertum, cum nitatur ſaltem vacillante hac ſuppoſitione, terram illam atram ſingulis qvingentis annis, qvaſi determinatâ qvadam menſurâ, ad digiti unius altitudinem colligi. Sed cum tam variis terrena ſuperficies obnoxia ſit viciſſitudinibus, etiam breviſſimi temporis intervallo, haud immeritò de illius calculi certitudine dubitare poſſumus, cum innumera accidentia atræ terræ altitudinem parvo temporis ſpatio accelerare potuerint; qvod enim indubitanter opinatur Rudbechius, apud alios fidem vix inveniet, ipſum perluſtraſſe & adiiſſe loca à nemine unqvam habitata, nec poſt *diluvium* turbata. Qvod probare cum ipſi fuerit impoſſibile, de computo eius non inconvenienter pronunciare liceat, qvod benè monet in prodromo diſſertationis de Solido intra Solidum Nicolaus Stenonius, illos, *qui ad veram rerum cognitionem per* hujusmodi *experimenta incedunt, ſimul ac veritatis incognitæ indicia quædam illis apparuerint, rem totam extemplo detectum iri*, opinari. Secundum qvod attinet, nemo negaverit, apud Priſcianum [m] legi, *apud antiqviſſimos Græcorum non plus qvàm ſedecim fuiſſe literas.* ſed ut addit mox Priſcianus, *qvibus ab illis acceptis Latini antiqvitatem ſervaverunt perpetuam*; ita & Septentrionales qvondam, ad ſimilitudinem veterum Græcorum, ſedecim literas habuiſſe, apertiſſimè teſtatur

m. lib. I.

tur vetuſtus Author, qvi ſecundam Eddæ manuſcriptæ partem compilavit, qvam nonnullis *Scaldam* appellare libuit, circa annum domini milleſimum ducenteſimum decimum ſextum florens, uti Arngrimus [n] annotavit, de opere ipſo addens: *Scripſit de literis lingvæ vernaculæ ſermone patrio: ubi veteres iſtos characteres* (Runicos) *huic lingvæ proprios affirmat: utrosqve tam veteres qvàm novos, legitimâ tractatione perſeqvitur, per ſuas definitiones & diviſiones literarum in vocales & conſonantes.* moxqve innuit, eosdem veteres characteres proprios fuiſſe lingvæ, per totum orbem Arctoum populosqve vicinos qvondam uſitatæ: in antiqvis autem documentis non niſi Danicæ, rarò Norvegicæ nuncupatæ. Qvod illos attendere velim, qvi eam Gothicam, Scandicam, vel Svecicam nominandam acriter contendunt. Licet enim lubenter conceſſerim, Gothos Septentrionis incolas, Svecos, omnesqve Scandinaviæ inhabitatores eâ uſos fuiſſe, attamen priſco tempore aliter unqvam qvàm Danicam vel Norvegicam appellatam, ardua erit ipſis probatio. Itaqve & more cæteris Iſlandis tunc uſitato, Danicam indigitat Author ille antiqvus, qvi ſe ab Snorrone diverſum variis patefacit indiciis, non infreqventer Snorronem ad confirmationem ſuarum advocans poſitionem. Ita autem de Runicis loqvitur literis: Stafr hefir " þrenn tilfelli. Nafn. Figuru. Velldi eda maatt. Stafa " nofn eru XVI. i Danskri tungu. i þa liking ſem Grikkir " hofdu fordum daga. Enn þo eru merkingar þeirra mycklu " fleiri. h. e. *Litera habet tria accidentia, Nomen, Figuram, Poteſtatem ſeu valorem. Nomina literarum ſunt ſedecim in Danica lingva, ad ſimilitudinem antiqvorum Græcorum, attamen ſignificationes earum multò plures ſunt.*

n. Crymog lib. 1. cap. 1.

sunt. Esse sibi sermonem de literis Runicis, satis innuit in diffusa nominatorum trium literæ accidentium explicatione, ubi & figuras literarum adducit, & sæpius ingerit, explicare se literas occurentes *i runamaali* h. e. *in Runica lingva*: de qvarum qvoqve, ad modum alphabeti Latini,
„ dispotisione, pernotabiliter memorat: skal ydr syna hinn
„ fyrsta letrshaatt sva ritinn eptir sextan stafa staf-
„ rofi i Danskri tungu eptir þui sem Þoroddr Runa-
„ meistari ok Ari prestr hinn Frodi hafa sett i mo-
„ ti Latinu manna stafrofi er meistari Priscianus he-
fir sett. h. e. *Primas literarum lingvæ Danicæ formas vobis ostendam exaratas, prout Thoroddus Runarum Magister, & Aras Sacerdos multiscius eas disposuerunt, ad similitudinem alphabeti Latinorum à Magistro Prisciano ordinati*. Aras qvis fuerit, antea inqvisivimus. De Thoroddi circa alphabeta Runica studiis, prolixè agit in litteris suis ad Olaum Vormium Arngrimus, Litteraturæ Runicæ Vormianæ capite qvinto impressis; qvi & inde sine dubio cognomen Magistri Runarum invenit, qvemadmodum Odinus ob eandem literarum adinventionem *Runhofdi* h. e. *Repertor Runarum* dictus est. Agnoscamus enim eum earum parentem, qvi & sacrorum ritus, & exeqviarum solennitates, & carminum conficiendorum solertiam, & literarum beneficium, Septentrionem docuit: immò Magiam qvoqve, attestante Sturlæsonio circa Chronici Norvagici initium:
„ Allar þessar iþrottir kendi hann med runom oc liodom
„ þeim er galldrar heita. þvi ero æsir kalladir galldrasmidir.
„ Odinn kunni þa iþrott sva at mestr mattr fylgdi oc fram-
„ di sialfr er seidr heitir. enn af þvi matti hann vita aurlug
„ manna oc oordna luti. sva oc giora monnum bana eda uha-
min-

mingio eda vanheilindi sva oc at taka fra monnum vit eda "
afl. ok gefa odrum. Enn þessi fiolkyngi ef framit er fylgir "
sva mikil ergi ar eigi þotti karlmonnum skammlaust vid "
ar fara oc vargydionom kend su iþrott. h. e. *Omnes has* "
artes cum Runis & carminibus, qvæ Galldrar (incantationes) dicuntur, exerceri Odinus docebat. Ideo Asiani, Incantationum authores dicuntur. Odinus artem omnium efficacissimam, qvæ Seidr dicitur, callebat, & ipse peregit; Illâ verò fata hominum & res futuras noscere potuit: ut & mortem, infortunium, morbosve, hominibus immittere; necnon sapientiam & robur uni adimere, & alteri conferre. Hujus vero magiæ exercitium tam intemperata libido comitabatur, ut à viris sine dedecore usurpari non posse videretur, unde Deæ in illa arte instruebantur. In explicatione pestiferæ artis *Seidr*, variant antiqvæ lingvæ periti. per *ollas ferventes* exercitam, ideo qvosdam statuisse existimaverim, qvod derivaverint vocem à verbo *at seida*, *coqvere*. Coqvitur enim virus venenis rapidum: & venenis enumerata ab Snorrone mala Asianos promovisse, credibile, qvibus non mortem modò, sed & tam præcipitem necem qvàm si ferro urgeretur, inferre, execranda mortalium novir malitia. Eorum autem scelerum famâ ne gravarentur Asiani, fœminas hujus neqvitiæ instrumenta habebant, qvas veneficiis præ viris addictas, alii observaverunt. Odinus autem runis & carminibus nefandas artes exercuisse dicitur, qvibus qvid valuerit, gloriabundus ipse enumerat in Havamalum, unde nunc solummodò hæc considerationem nostram merentur:

„Liod ec þau kann
„en kannat þiodans kona

„oc mannzcis maugr
„hialp heitir eitt
„enn þat þer hialpa mun
„vid ſaucom oc ſorgom
„oc ſutom gorvollom.

h. e.

Carmina novi,
quæ Regis uxor non novit,
nec cujusvis filius;
unum eorum Auxilium vocatur,
illud tibi auxilium feret
contra dolorem, mærorem,
& adverſa quævis.

„þat kann ec annat
„er þurfo yta ſynir
„þeir er vilia læcnar liſa.

h. e.

Secundum novi,
qvo indigent hominum filii,
qvi medici eſſe volunt.

„þat kann ec id ſextanda
„ef ec vil ins ſvinna mans haſa
„ged allt oc gaman
„hugi ec hverfi
„hvitarmri kono
„oc ſny ec hennar aullom ſeſa.

h. e.

Sedecimum illud calleo,
ſi honeſtæ virginis velim

favo-

favore & familiaritate perfrui,
animum immuto
fœminæ brachia candidæ,
illiusqve consilium totum converto.

Nam & diu post Odini tempora, credebatur per Runarum certo modo formatam exarationem, aversi ab amore puellaris animi conversionem fieri posse, ut sollicitationibus atqve suspiriis procanris facilem se præberet: Si autem incisor Runarum in minimâ lineolâ erraret, non amorem instillari, sed periculosam corporis infirmitatem inseqvi; qvam tamen, callens præstigiarum, ritè & ex præcepto artis ductis Runis, profligare, amissamq; sanitatem revocare, valeret. Celebre & legi dignum præbet Eigla exemplum: Sa Egill at kona siuk la i þverpallinum. Egill spurdi þor- " finn hver kona su væri er þar var sva þungliga halldin. " þorfinnr segir at hon het Helga oc var dottir hans. hefir " hon haft langan vanmatt. ok þar var krom mikil seck hon " enga nott svefn oc var sem hamstoli væri. hefir nockuts i " verit leitad segir Egill um mein hennar. þorfinnr segir. " Ristnar hafa verit runar oc er sa einn bonda son hedan " skamt i brott er þat giordi. oc er sidan miklu verr en adr. " eda kantu Egill nockut giora at slikum meinum. Egill " segir. vera kann at ecki spilliz vid þo at ek koma til. oc er " Egill var mettr geck hann þar til er konan la oc rædi vid " hana. hann bad þa hefia hana or ruminu ok leggia undir " hana hrein klædi. ok nu var sva gort. Sidan rannsakadi " hann rumit er hon hafdi hvillt i. ok þar fann hann talkn ok " voro þar a runar. Egill las þær. oc sidan telgdi hann af " runarnar oc skof þat i elld nidr. hann brendi taknit allt ok "

„ let bera i vind klædi þau er hon hafdi haft adr. þa qvad
„ Egill.

„ Skalat madr runar rista
„ nema rada vel kunni
„ þat verdr morgum manni
„ er um myrkvan ſtaf villiz
„ ſa ek a telgdu talkni
„ tiu launſtafi riſtna
„ þat hefir lauka lindi
„ langs oſtrega ſengit.

„ Egill reiſt runar ok lagdi under hægindit i hviluna þar
„ er hon hvilldi. henni þotti ſem hon vaknadi or ſvefni.
„ oc ſagdi at hon var þa heil. Madr ſa er Helgu hafdi runar
„ riſtid var þadan skamt a brott kom þat þa upp at
„ hann hafdi bedit hennar. oc þorfinnr villdi eigi gipta
„ hana. þa villdi bondaſun glepia hana. en hon villdi eigi.
„ þa þottiz hann riſta henni manrunar. enn hann kunni
„ þat eigi. oc hafdi hann þat riſtid henni er hon ſek mein-
„ ſemi af. h. e. *Egillus virginem in tabulato decumbentem vidit, rogavitqve Thorfinnum, qvænam hæc virgo eſſet, qvæ tanto affligeretur morbo? Thorfinnus eam, filiam ſuam eſſe dixit, nomine Helgam, illa diu debilitati & morbo ſuccubuit, nam ſomnum capere neqvit; eſtqve tanqvam mente alienata. An aliqva adhibuiſſet morbo medicamenta inqvirenti Egillo, Thorfinnus repoſuit: Runæ exaratæ fuerunt à filio ruſtici cujusdam non procul abhinc degente; qvæ morbum plus intendant qvàm leniunt; tun' autem, Egille, morbos curare potes? Egillus dixit, fortè me adveniente, morbus non intendetur. Poſt ſumptum cibum, lectum, in qvo virgo jacebat, acceſſit, ac cum eâ colloqvebatur; d ei in-*

deinde illam è lecto auferri, novaqve ei vestimenta substerni jussit; qvo facto, lectum in qvo ægrotaverat, scrutatus est, ibiqve invenit branchias runis notatas, qvas postqvam legerat, abscidit, & in ignem projecit; deinde ipsas branchias exussit, lodicesqve qvibus usa fuerat, vento exponi jussit: carmenqve hoc cecinit.

Runas nemo exarare præsumat,
nisi benè disponere calleat.
nam multis sæpè accidit,
qvod in difficilis literæ figurâ errent;
vidi in dedolatis branchiis
decem occultas literas exaratas,
hæ virgini
diuturnum morbum conciliarunt.

Egillus runas exaravit, cervicaliqve in lecto virginis suppposuit, illa autem tanqvam è somno evigilans, se sanam esse dixit. Juvenis autem, qvi Helgæ subjectas runas exaraverat, non procul inde degebat. Tunc patefactum est, qvòd anteà eam in uxorem petiisset, sed Thorfinno renuente, ad concubitum sollicitasset; qvod cum illa denegaret, Manrunas (viri amorem injecturas runas) *exarare intendit; sed aberrans, tales exaravit, unde morbo correpta est.* Qvo autem apparatu, & qvibus infandis ceremoniis, nocituras inimico runas exaraverint, Gretteri historia manifestat: Hon tok knif finn oc risti runar " a rotar kilfuna oc reid a blodi sinu oc qvad y fir galldra oc " geck aufug rangsælis um treit. oc hafdi þar yfir morg um- " mæli. Eptir þat let hon hrinda trenu ura sio oc mællti sva " fyrir at þat skylldi reka ut til Drangeyiar oc verda Gretti " allt mein at. h. e. *Illa cultro accepto runas ligno incidit,*

ſangvineqve ſuo illivit, deinde incantamenta canens, retrogradè & contra curſum ſolis, lignum circuivit, multasqve diras protulit; deinde lignum in mare projici curavit, precata, ut fluctibus ad Drangöam (inſulam) *pulſum, Grettero omnium malorum cauſa foret.* De Runicis idcirco literis, qvarum luſtravimus jam abuſum, non abs re ſic commentatur in libello de inventione lingvarum Rabanus Maurus: *Literas qvippe, qvibus utuntur Marcomanni, qvos nos Nordmannos vocamus, infraſcriptas habemus: à qvibus originem, qvi Theodiſcam loqvuntur lingvam, trahunt. Cum qvibus carmina ſua incantationesqve ac divinationes ſignificare procurant, qvi adhuc paganis ritibus involvuntur.* Hæc de literis Runicis intelligenda, verè obſervavit Mabillonius, eximii de re Diplomatica operis libro primo, capite undecimo; cùm adjectæ in Rabano literarum figuræ id ſufficienter declarent, ubi veras ſedecim literas Runicas qvivis earum callens conſpicere qveat.

CAPUT III.

Hariolatio qvondam uſitata ex hoſtiis humanis, præſertim corde & ſtomacho. Auſpicia ab avibus ſumpta. Olaus Tryggonis cur Cracaben cognominatus memoretur: & Hrolfus Rex unde Crake vocatus. De ſortibus divinatoriis, ſternutamento, ſomniis. Divinatio ex oſtentis, animi præſagitione, & vultus inſpectione.

Ut animæ defunctorum ob illicitum futura ſciendi deſiderium inqvietabantur; ſic in corpora, ob haruſpicinam, crudeliter vates graſſabantur. Nefanda illa divinatio peragebatur vel per hominum immolatorum viſcera, qvod horrendum Cimbricas vates exercuiſſe extiſpicium Strabo

bo [a]. docet: *Morem hunc fuisse Cimbris usitatum ferunt. Seqventibus eos in bellum uxoribus, vates qvædam comitabantur canæ, albo vestitu, carbasinis supparis desuper fibulis affixis, cinctu æreo, pedibus nudis: eæ per castra captivis occurrebant strictis gladiis, prostratosqve ad crateram æneam adducebant amphoras circiter viginti capientem. Super eam pulpitum erat, qvo conscenso vates sublimus singulis supra lebetem elevatis guttur incidebat: è sangvine in crateram fuso suam qvandam captabant divinationem: reliqva cadavera sic cæsorum scindebant, intestinisqve spectatis, victoriam suis vaticinabantur.* Non minus inhumanè, subseqventi sæculo, Septentrionales victimis humanis Deos placantes, cordis fibras specialiter inspexisse, prodit Dudo S. Qvintini Decanus: [b]. *In expletione suarum expulsionum atqve exituum, sacrificabant olim, venerantes Thur Deum suum. Cui non aliqvod pecudum, neqve pecorum, nec Liberi Patris, nec Cereris litantes donum, sed sangvinem mactabant hominum, holocaustorum omnium putantes pretiosissimum; eò qvòd Sacerdote sortilego prædestinante, juga boum una vice diriter icebantur in capite, collisoqve unicuiqve singulari ictu sorte electo cerebro, sternebatur in tellure, perqvirebaturqve levorsum fibra cordis, scilicet vena. Cujus exhausto sangvine ex more sua suorumqve capita linientes, librabant celeriter navium carbasa ventis.* Ex stomachis hariolatos fuisse Ditmarsos, memorat incultus & maledicus Historiæ Holsaticæ scriptor, qvi se Presbiterum Bremensis diœcesis innuens, Helmoldum usqve ad annum domini millesimum qvadringentesimum qvadragesimum octavum, qvo vixit, continuavit, non *veridicâ*, ut ipse jactat, sed maledicentissimâ *relatione*, *qvæ*

a. lib. 7. b. de Morib. & Act. Norman. lib. 1.

quæ sibi occurrebant, dignum ducens apponendum. Advocat ineditum hunc authorem, nonnunqvam in Originibus Hamburgensibus Lambecius, *Anonymum Presbyterum Bremensem Helmoldi Continuatorem* indigitans, & qvia virtuti gloriæqve Danorum impensè iniqvum deprehendit, eò lubentiùs, ut animo suo consonum adducit; fateri tamen coactus,[c] *barbarè* & cum *insignibus erroribus* scripsisse. qvomodo & Hvitfeldius,[d] multa eamdem historiam inconcinnè digesta, & malè cohærentia continere annotavit. Habetur autem in membranâ exarata in Bibliothecâ publicâ Academiæ Hafniensis, ordine tertio in capsa Origenis. Ditmarsos incomptè depingit; de qvibus integrum locum, qvia lucem necdum aspexit, sine tamen ullius offensione, adjiciam: *Ditmartici sunt fortes viribus, audaces & agiles, communiter longæ staturæ, sine multis carnibus complexionati, & hoc semper præsupponentes, terram & patriam suam liberam sine exactione semper retinere, aut mori in continenti pro libertate patriæ. Etiam cum inimicitias in terram habuerint, omnis discordia inter eos semper & tam diu manebit sopita, qvousqve finem ab extra habent litis suæ. Sunt infideles si capiantur fidem non servant, pecuniam pro redemptione corporis sui, si captivi deportantur, etiamsi divites sunt, dare non habent potestatem. Immitissimi homines, quotquot repererint, necant crudeliter. Occisa corpora non tradunt sepulturæ, neqve ab amicis occisorum permittunt tradi. Frustra contendunt dicti Ditmartici & minantur in propria in invicem verbis contumeliosis specula se madidantes, & non ausi sunt gladium evaginare. Immorierati extra proprias ædes alimenta vorant ut canes. Illudantur etiam corporibus*

c. lib. 2. an. 1227. d. tom. 3. an. 1331.

ribus exanimatis, nudant illa: & mulieres Ditmarticorum sunt ut feræ & lupæ rapaces, pro majori parte capita oblongata ut sues habentes, audentes interficere, illudere, & etiam stomachos ex corporibus defunctorum extrahere, & super altos baculos ponere, divinantes in illis. Etiamsi terram illorum qvisqve diviserit, fides non esset eis adhibenda; & sicut priores suos dominos interfecerunt, ex consequenti foret timendum & seqvaces. Dicitur commune verbum in propria terra illorum derisoriè: Ostende manum: crescunt crines in ea, est tibi credendum. Unde qvidam Carminator dixit de eis:

Eis tu credideris,
Crines si inveneris
In suis manibus.

Æstimatur qvod Ditmartici citius per cautelam & attractionem aliqvorum majorum de ipsis datis muneribus & exaltatis illis contra alios, qvàm per potentiam subici poterint. Sunt avidissimi homines, & libentissime capiunt munera, & ita forte perpetrarent inaudita. Unum etiam attendendum, qvod terra ipsorum est multum populosa, & ad sex millia virorum electorum ad bella valentium, & ad minus cum tot electis armigeris exercitatis absqve vulgo foret eis occurrendum, qvia potius mori cupiunt liberi, qvàm in servitute vivere. Hæc de Ditmarsis, ut vitia aggravans effutiit, sic virtutes non reticuit; qvi tamen impudicus scriptor sæpe non mitiùs in Danos invehitur. Dani autem gentiles adhuc, sicut Diis suis non solas humanas hostias offerebant, aliis animalibus exclusis, qvod audacter effutire ausus est Johannes Webb, [c] scriptor qvidam Anglicus non extra provinciam suam notus, qvi ob profundam

c Vindicat. of Stone-Heng restor. pagg. 111. 126.

Antiqvitatum Septentrionalium ignorantiam, dum Charletonum ob Stone-Heng seu Choream Gigantum Danis assertam acerbè exagitat, in veritatem utraqve paginâ impingit, commiseratione qvàm refutatione potiùs dignus; sic fidem Dani non in solis rationalibus, etiam in irrationalibus animalibus, per extispicium, divinationem rimabantur, ut loqvitur Codex vetus Manuscriptus Abbatiæ S. Audoëni Rothomagensis, ab Arturo du Monstier Neustriæ Piæ paginâ undecimâ citatus: *Aderant ibi & Dani, jam ex lupis facti agni, nec ut olim prædæ cruentis rictibus inhiantes, sed unà cum aliis pretiosas sancti reliqvias venerantes: juxta Prophetiam: Leo, inqvit, & Bos simul comedent paleas. Nec enim ulterius belluina rabie, humanum sitiunt cruorem, nec more Gentium, sortilegorum, vel in exectis pecudum, rimantur Divinationem; sed geminam ex animo complectuntur dilectionem: & inepta execrantes ludicra, & idolorum nænias, sanctorum obnixè expetunt interventionem.* Et in eundem sensum, canit in vita S. Anscharii Gvaldo:

Ergo per Anscharium glacialis & invia tellus
Danorum, domini frondescit uti Paradysus;
Occidit umbra nocens, feralis silva comantes
Ramos deposuit, luci cecidere vacantes
Usibus errorum: latebræ patuere magorum,
Excessit cultura deûm polluta cruentis
Officiis: pecudum jam non furit augur in extis.

Joannes Schefferus[f] huc refert, *qvod recenset Sturlesonius de Granmaro rege, qvod ex sacrificio cognoverit, se brevi moriturum.* Et qvidem si interpretem Snorronis Danicum, cum Scheffero seqvamur, res est extra dubium, qvi

f. Upsal. ant. cap. 10.

qvi sic exposuit: Da fornam hand paa Offerit / at hand skulde icke lenge lefve. h. e. *tunc ex sacrificio deprehendit, non diu se victurum.* Sed si strictè exprimantur Snorronis verba, magis ambiguus erit sensus; sic sonant: Eftir um varit " for Granmarr konongr til Uppsala at blota sem sidvenia " var til moti sumri. ef fridr væri. fell honum þa sva spann " sem hann mundi eigi lengi lifa. h.e. *Insequente vere Rex" Granmarus Upsaliam profectus est ad sacrificandum, quemadmodum sub æstatis adventum, in pace fieri solebat. Tum divinatione didicit, se non diu victurum.* Non abhorret à vero, ab extispicio factum eum instantis fatalis termini certiorem, qvamvis modus divinationis ab Snorrone non exprimatur, cujus varia habebant genera. Freqventissimè ab avibus petebatur, oscinibus nempe, qvæ ore canebant auspicia, cujus arcanæ lingvæ murmura qvidam credebantur intelligere. Exemplum præbet Edda desumptum ex Fafnismalum: Enn er hiarta blodit kom a tunguna " þa kunni hann fugls rodd ok skildi hvat igdurnar sogdu er " satu i vidinum. þa mælti ein.

„ þar sitr Sigurdr
„ sveita stockinn
„ fafnis hiarta
„ vid funa steikir
„ spakr þætti mer
„ spillir bauga
„ ef fiorsega
„ franan æti.
„ þar liggr Reginn. qvad onnur.
„ rædr um vid sic
„ vill tæla maug þann

„er truir hanum
„berr af reidi
„raung ord ſaman
„vill baulva ſmidr
„brodur hefna.

h. e. *Cùm verò cruor è corde (* Fafneri ſerpentis *) profluens linguam (* Sigurdi *) irrigaret, avium vocis gnarus fiebat, intellexitqve, qvid perdices in arbore ſedentes dixerunt. Una ait:*

Ibi Sigurdus ſedet
ſudore aſperſus,
Fafneriqve cor
ad prunas aſſat,
ſapiens videretur mihi
vir munificus
ſi vitæ vehiculum (cor *)*
acutum comederet.
Ibi Reginus jacet, ait altera:
ſecum conſultans,
vultqve virum fallere
ſibi fidentem,
molitur iratus
noxia conſilia
mali fabricator,
fratris necem ulturus.

De Corvis prolixè ſatis ſuprà egimus. Olores concinentes intellexiſſe Fridlevum, Saxo g. memorat: *Fridlevus noctu ſpeculandi gratiâ caſtris egreſſus, cùm inuſitatum qvendam icti aëris ſonum comminus percepiſſet, fixo gradu ſuſpiciens, trium olorum ſupernè clangentium hoc aure carmen excepit:* *Dum*

g. lib. 6.

Dum mare verrit Hythin, rabidosqve interſecat æſtus,
Auro verna bibit, & lactea pocla ligurit.
Optima conditio ſervi, cui rege creatus
Obſeqvitur, temerè mutatis ſortibus, hæres.

Deniqve poſt ipſas altum voces lapſum ab alto cingulum literas carminis interpretes præferebat. Cygnos Apollini dicatos, qvòd ab eo divinationem habere videantur, commemorat apud Ciceronem [h] Socrates; eosdemqve in fonte Urdenſi, ad qvem Nornæ habitare dicebantur, nutriri, Eddæ mythologia decima qvarta teſtatur. Dagum ex minuriente paſſere multarum rerum notitiam hauſiſſe, aſſeverat in Chronico Norvagico Sturleſonius: Hann var ſva ſpakr " at hann skilþi fugla raudd. hann atti ſpaur einn er hon- " um ſagdi morg tidindi. h. e *Tam ſapiens erat, ut avium* " *vocem intelligeret. Paſſerem ille qvendam habuit, qvi eum variarum rerum certiorem fecit.* Demùm de Norvegia generaliter ponit Adamus Bremenſis: [i] *Et Divini, & Augures, & Magi, & Incantatores, cæteriqve ſatellites Antichriſti habitant ibi. Qvorum præſtigiis & miraculis infelices animæ ludibrio Dæmonibus habentur.* Et foviſſe hanc peſtiferorum hominum colluviem, in propriam perniciem, Regem Norvegiæ Olaum Tryggonis filium, adjungit: [k] *Narrant eum aliqvi Chriſtianum fuiſſe, qvidam Chriſtianitatis deſertorem, omnes autem affirmant peritum augurìorum, ſervatorem ſortium, & in avium prænoſticis omnem ſuam ſpem poſuiſſe. Qvare etiam cognomen accepit, ut Olaph diceretur. Nam & artis Magicæ, ut aiunt, ſtudio deditus, omnes, qvibus illa redundat Patria, maleficos habuit domeſticos, eorumqve deceptus errore periit, qvo interfecto, Sven duo Regna poſſedit.* Hæc cuiqve at-

 ten-

h. Tuſcul. Qvæſt. lib. 1. i. lib. 2, cap 49. k. lib. 2, cap. 29.

centè legenti patet, excidiſſe cognomen, qvod ob ſpem in avium prænoſticis poſitam Olao inditum author declarat, idqve in omnibus deeſt editionibus, & in manuſcripto Adami codice inſuper deſideratur; ſed qvale illud fuerit, edocent Annales de rebus Danicis in membranâ conſcripti, ni fallor, in Monaſterio Esromenſi, in anno milleſimo trecenteſimo ſeptimo deſinentes, qvos in Muſæo meo aſſervo. Illorum compilator Adamum hoc in loco verbotenus exſcripſit, & cognomen apponit: *Qvare etiam cognomen accepiſſe narratur ut Olaf Crakæben diceretur. Nam & artis magicæ, ut aiunt, ſtudio deditus, omnes qvibus illa patria habundat magicos habuit domeſticos, eorumqve deceptus errore periit. Swen interfecto Olavo Crakæben duo regna poſſedit.* Corrigendus itaqve & Albertus Abbas Stadenſis, ſcribens *anno domini M. in Nordmannia à Rege eorum Cracaben Chriſtianitatem per edictum ſuſcipi juſſam*: & Scholiaſtes Adami, ſimul cum ipſo Adamo ab Lindenbrogio, anno milleſimo qvingenteſimo nonageſimo qvinto editus, ad citatum Adami locum annotans: *Olaph Thrucci filio interfecto Craccaben duo regna poſſedit. Qvi mox deſtructo Idololatriæ ritu Chriſtianitatem in Nordmannia per edictum ſuſcipi juſſit.* Albertus enim Adamo ſua debet; & qvæ Scholiaſti tribuuntur, ipſius Adami verba ſunt, ſed paulum detorta, ut ex manuſcripto Adami codice liqvet, ubi allatis antea verbis ſubjicitur: *Ipſe igitur mox deſtructo ritu Idololatriæ, Chriſtianitatem in Norvegia, per edictum ſuſcipi juſſit.* Sven ſcilicet Rex Daniæ, poſt OlaumTryggonis in Svoldrenſi certamine, anno milleſimo commiſſo devictum & extinctum, qvi nempe *in mare ſe præcipitans, dignum vitæ finem invenit*, ut Adamus ipſi infe-

infestus loqvitur; qvi & insigni hallucinatione Olaum Haraldi filium, Norvagiæ deinceps Regem, & post mortem Sanctis adsociatum, Olai Tryggonis filium, capite tricesimo sexto libri secundi faciens, ibidem Olaum Tryggonis, Cracaben indigitat: *Sven Rex Danorum atqve Nordmannorum, veteres injurias, tam occisi fratris, qvàm suæ repulsionis ulturus, classe magna transfretavit in Angliam, ducens secum filium Chnut & Olaph filium Cracaben, de qvo supra dictum est.* Significat *Cracaben* autem, *pedem cornicis*; ut scilicet Olaus cognomen ab avibus sortiretur, qvem avium vocibus tantoperè volunt detulisse. Et forsitàn famosi Daniæ Monarchæ Rolvonis Krakæ cognomen ab cornice qvoqve deducendum, qvomodo cum ob staturæ parvitatem ab Woggone, magnitudine corporis animum æstimante, cognominatum Edda, haustâ ex Skioldunga saugu narratione, inculcat: Æinn litill sveinn ok fatækr er " nefndr Voggr. hann kom i holl Hrolfs konungs. þa var " konungr enn ungr ad alldri oc grannligr a voxt. þa gekk " Voggr fyrir hann ok sa uppa hann. þa mællti konungr. " hvat villtu mæla sveinn. er þu ser sva uppa mik. Voggr " segir. þa er ek var hæima hæyrda ek sagt at Hrolfr kon- " ungr i Hleidru var mestr madr a nordr londum. en nu sitr " her i hasæti kraki æinn litill. ok kalla þeir þann konung " sinn. h. e. *Erat juvenis qvidam pauper nomine Vöggo, qvi aulam Rolvonis intravit, cùm junior adhuc esset Rex, & staturæ minoris. Cumqve accedens, intentè in vultum ejus lumina figeret, Rex inqvit: in qvem finem me, juvenis, tam attentè aspicis. Respondit Vöggo: Domi cum essem, omnes Rolvonem Regem Lethræ habitantem, Septentrionalium omnium maximum esse virum audivi dicen-*

tes,

tes,nunc autem in folio regali parvum cornicem video,qvem Regem suum nuncupant. Hanc cognominis Regii derivationem confirmant antiqvissimi versus,appellationes avium recensentes, ubi cornix ob Rolvonem ab eâ cognominatum, illustri nomine, Rex Danorum ænigmaticè intitulatur;

„ Ek ſa fliuga
„ fugla marga.
„ alldrtion Ellu.
„ eggdauda menn.
„ ben billdskorna.
„ budlung Dana.
„ þionoſto mey.
„ þunga baru.
h. e.
Volantes vidi
aves multas,
Mortem Ellæ:
Acie cæsos viros:
Vulnus scalpello chirurgico factum:
Regem Danorum:
Virginem famulam:
Pondus undæ.

Mortem Ellæ.) Aqvila, *órn*, vulneri, qvo Ella extinctus, cognominis.

Acie cæsos viros.) Falco, *Valr*, qvemadmodum & cæsorum cadavera dicuntur.

Vulnus scalpello chirurgico factum,) Anatum qvædam species, *ædr*, qvomodo & vena in corpore nuncupatur.

Regem Danorum.) Cornix, *Kraka*, Regi Rolvoni Cognominis.

Vir-

Virginem famulam) Mergulus, *þerna*, uti & famula dicitur.

Pondus undæ) Avis qvædam marina *Heinbrimi* dicta: *Hein* autem Cotem, gravis lapidis speciem, significat, *Brim* æstum maris.

Si tamen apud qvem præponderaverit Saxonis Grammatici authoritas, non me præfractè habebit refragantem, qvi Saxonem lingvæ vernaculæ peritissimum fuisse, ultrò largior. Longè ille autem aliam cognominis Rolvonis Regis affert[l] rationem; Voggonem nempe in procero corporis ipsius habitu oculos defigentem, in eam prorupisse vocem, ut *Krage* appellaret: *Adolescens qvidam Wóggo nomine corpoream Rolvonis magnitudinem attentiori contemplatione scrutatus, ingentiqve ejusdem admiratione captus, percontari per ludibrium cœpit, qvisnam esset iste Krage, qvem tanto staturæ fastigio prodiga rerum natura ditasset? Faceto cavillationis genere inusitatum proceritatis habitum prosecutus. Dicitur enim lingvâ Danicâ, Krage, truncus, cujus semicæsis ramis fastigia conscenduntur, ita ut pes præcisorum stipitum obseqvio perinde ac scalæ beneficio nixus, sensimqve ad superiora provectus, petitæ celsitudinis compendium asseqvatur.* Rupem in Cornubia arduam & præruptam, surgentem in ipso aditu portus Falemouthensis, *Crage* ab incolis vocari, Camdenus[m] observat; in descriptione Brigantum addens, qvòd *Crage* vox sit Britannica, *Saxum* denotans: & Wherf fluvium delabi per *Kilnesey Cragge*, cautem omnium qvas viderat editissimam & præruptissimam. In oriente qvoqve *Crac* pro *petra* usurpatum fuisse, ex Brochardo in descriptione terræ sanctæ, & Strabone concludit doctissimus Bochartus,[n] etiamsi *Crac* Sy-

l. lib. 2. m. Brit. p. 137. n. Chanaan lib. 1. cap. 42.

Syris non tam rupem qvàm arcem sonet aut munitum oppidum; qvem verbotenùs Originum Gallicarum capite secundo Boxhornius exscripsit. Danis autem duplici sensu eam vocem usitatam, Edda & Saxo fidem faciunt; in hoc enim Saxoni nemo contradixerit. At in illo cautè audiendus, qvod Olao Tryggonis filio easdem superstitiones adscribat, qvarum causâ in famam ejus Adamus invehitur. Ita enim ipsum libro decimo delineat: *Regi Olao tanta sumendorum auspiciorum adnotandorumqve ominum cura acta est, ut etiam aqvarum sacrarum liqvore perfusus, cum pariter religiosæ disciplinæ rudimenta sorpsisset: nullo tamen sanctitatis exemplo, nullius autoritate doctrinæ, qvò minus augurum monitus confectaretur, futuraqve per pullarios disceret, vetari posset. Itaqve sanctitate vacuus, nec nisi inanem ejus umbram complexus, susceptam religionis speciem fucosa superstitione damnabat.* Sed hæc credere prohibent impigri pii Regis in exterminanda idololatria & dæmonum cultu à tota sua patria conatus, qvi ad hæc *intendit animum, totis viribus cælitus adjutus, impiger cultor vineæ Domini sui; instat precibus & prædicationibus, addens aliqvando minas & terrores*, ut loqvitur Theodricus Monachus. [o] Et qvia cursum Evangelii à Magis atqve incantatoribus maximè impediri intellexit, qvos flectere neqvivit, eradicare annisus est, eodem, cui Snorro penitus consentit, attestante: *Illuc ergo Rex adveniens, invitavit ad se omnes illos, qvi arctiori vinculo diabolicarum falsitatum irretiti fuerant, & vulgari locutione dicuntur Seithmen, & qvia illos perspexit insanabiles, ne novellæ plantationi nocerent, collectos in domum dæmonibus dedicatam, unà cum simulachris igni cremari jussit: qvorum fuisse ferunt numerum octoginta, promiscui sexus*

o. Hist. Norv. cap. 11.

sexus. Non nisi *Seithmen* hic nominat, at præter eos Snorro recenset illos qvi exercebant *galldra edr giorningar*, h.e. *incantationes vel qvascunqve artes magicas.* è qvorum numero Augures & sine dubio fuerunt. Augures autem in Septentrione non ex solo avium auspicio futura augurabantur; sortibus qvoqve ea explorabant, docente in vita S. Anscharii Gvaldone:

Ut videt orbatum sese miser, esse deorum
Credidit offensam, qvæsivit ab augure causam.
Augur agens sortes, sibi divos esse faventes
Asserit.

Summâ erant in reverentia Divinatoriæ sortes, per qvas, priusqvam magnum aliqvod inciperetur, Numina consulebantur, an orsis tanti operis successus prosperos dare vellent; qvod moris apud Danos fuisse, testatur Rimbertus, p. & insigni exemplo illustrat: *Interim Rex præfatus cum Danis agere cœpit, ut sorte perqvirerent, utrum voluntate deorum locus ipse ab eis devastandus esset. Multi, inqvit, ibi sunt dii potentes & magni, ibi etiam olim Ecclesia constructa est, & cultura Christi à multis Christianis ibi excolitur, qvi fortissimus est Deorum, & potest sperantibus in se qvomodo vult auxiliari. Necessariò ergo qværendum est, utrum divina ad hæc voluntate incitemini. Qvod illi, quia sic apud eos moris erat, neqvaqvam abnuere potuerunt. Qvæsitum est igitur sortibus, & inventum, qvod cum sua hoc prosperitate nullatenus perficere possent, neqve locum ipsum eorum deprædationi à Deo concessum. Iterum qvæsitum est, in qvam partem ituri essent, ubi sibi pecuniam acqvirerent, ne forte vanâ spe frustrati ad sua vacui remearent. Ceciditqve sors, qvod ad urbem qvandam longius in-*

p. vit. S. Anschar. cap. 16.

depositam in finibus Sclavorum ire deberent. Hoc ergo illi, videlicet Dani, quasi divinitus sibi imperatum credentes, à loco memorato recesserunt, & ad urbem ipsam directo itinere properarunt, irruentesqve super qvietos & securè habitantes, improvisè civitatem illam armis ceperunt, & captis in ea spoliis ac thesauris multis ad sua reversi sunt. Hujusmodi divinatorias sortes, pagani credebant oracula excudere, abdita atqve abstrusa eruere, ignota elicere, incerta confirmare, impendentia prospicere, susceptorum negociorum exitus prænoscere; ut habet Peucerus.[q] Utebantur & iis vicini Septentrioni Germani, de qvibus generaliter Tacitus[r] pronunciat: *Sortium consvetudo simplex. virgam frugiferæ arbori decisam, in surculos amputant, eosqve notis qvibusdam discretos super candidam vestem temerè ac fortuitò spargunt. mox si publicè consulatur, sacerdos civitatis, sin privatim, ipse paterfamiliæ precatus deos, cœlumqve suspiciens, ter singulos tollit, sublatos, secundum impressam antè notam interpretatur. Si prohibuerunt; nulla de eâdem re in eumdem diem consultatio. Sin permissum; auspiciorum adhuc fides exigitur.* Virgis salignis divinasse Scythas, indicat libro qvarto Herodotus, eamqve fuisse illis traditam à majoribus divinationem; & de Alanis, Scytharum gente, idem memorat Ammianus Marcellinus: *Futura miro præsagiunt modo: nam rectiores virgas vimineas colligentes, easqve cum incantamentis qvibusdam secretis præstituto tempore discernentes, apertè qvid portendatur norunt.* Fuisse autem aliud genus Sortium magicarum, qvibus infortunium alicui inferri posse credebatur, indicant Leges Canuti Regis Daniæ & Angliæ potentissimi, qvibus illæ, inter alias adorationis bar-

q. de Divinatiou. cap. de Sortib. r. lib. de mor. Germ.

barbaræ ſpecies inhibentur: *Adorationem barbaram planiſſimè vetamus. Barbara eſt autem adoratio, ſive quis idola (puta gentium divos) Solem, Lunam, Ignem, Profluentem, Fontes, Saxa, cujuscunqve generis arbores, lignave coluerit: Sive ſagarum ſuperſtitiones obſervarit: ſive magnam alicui cladem, ductis fortibus, ardentibusve tædis attulerit.* prout illud Capitulum è Saxonico tranſtulit Gulielmus Lambardus. Capitulo autem præcedente, ab Angliæ regni finibus ſagas & ariolantes mulierculas relegavit piiſſimus Rex, qvibus Angli nimium addicti erant, pronunciante apud Ordericum Vitalem [f.] Guilielmo Rege dicto Rufo, ſomnia ſtertentiū ſibi referri indignante, qvod Anglorū ritus fuerit, *pro ſternutatione & ſomnio vetularū dimittere iter ſuum, ſeu negotium.* Sternutamenta inter auguria Plinius [t.] recenſet: & cur illud pro numine potius qvàm tuſſis & gravedo habeatur, Ariſtoteles ſectione triceſimâ tertiâ Problematum, qvæſtione ſeptimâ inqvirit, addens deinceps ſternutamentum potiſſimùm obſervandum eſſe, cùm rem aliqvam exordimur; igitur qvia inter omina habitum, ut Dii benè verterent, ſternuenti ſalus ab audientibus imprecata eſt, qvomodo memorat Petronius de Eumolpo, qvod ſternutantem Gitona *ſalvere* juſſerit: & qvidam apud Apulejum [u.] *ſonum ſternutationis accipiens, ſolito ſermone ſalutem ei* à qva putabat profectum *imprecatur, & iterato rurſum, & freqventato ſæpius.* Traductus itaqve ſine dubio ab ethnicis ab Chriſtianos mos eſt; licet velint Hiſtorici recentiores, & eos inter Sigonius Hiſtoriarum de regno Italiæ libro primo, qvod peſtilentiâ anno qvingenteſimo nonageſimo ſæviente, cum multi repentè ſpiritum emitterent, cum ſternutarent; conſvetudinem inductam eſſe, ut ſter-

 nu-

f. Eccl. hiſt. lib. 10. t. lib. 2. cap. 7. u. Metamor. lib. 9.

nutantibus salutem precando, præsidium qværerent. De somniis etiamsi eleganter pronunciet Petronius:

Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra Deûm, nec ab æthere numina mittunt;
Sed sibi qvisqve facit.

Attamen affirmat Cicero, x. dormientium animos maximè declarare divinitatem suam, multa enim tunc futura prospicere. Itaqve divinationem ex somniis, apud omnes propemodum gentes expetitam fuisse certissimum, licet qvædam magis præ aliis ei fuerint deditæ, qvemadmodum de Hispanis dixit Comes Montisfortis, uxori ob somnium turbatæ reponens: *Putatis, qvod more Hispanorum seqvamur somnia vel auguria? Certè etsi somniassem hac nocte, me interficiendum esse in hoc bello, ad qvod propero; securius & libentiùs irem, ut stultitiæ Hispanorum & hominum terræ hujus, qvi somnia curant & auguria, pleniùs contrairem.* uti scribit capite septuagesimo primo Historiæ Albigensium Petrus Vallium Cernaii monachus. Septentrionales veteres sagaci somniorum interpretatione pollentes fuisse, Arngrimus annotavit; in tantum sanè eorum fuerunt observantes, ut pleraqve qvæ sibi obversabantur, momentosa crediderint, & perfectam idcirco ab eis futurorum hauriendam cognitionem. Exemplis supersedeo adducendis, cum multitudine laborent suâ; & uberior eorum discussio tractatum reqvirat singularem. Suffecerit annotasse, adeo eos impensè somnia aucupasse, ut ipsis destitui, ægrè tulerint; qvemadmodum de Haldano Nigro Rege Norvegiæ memorat Sturlæsonius, anxium & sollicitum animi fuisse, qvòd somniis perpetuò destitueretur: Thorleifum autem cognomine Sapientem id ipsi consilii dedisse, ut haram ingressus, sopori se daret, & sine

x. de Senect.

omni

omni dubio, somnio futurorum indice bearetur. Rex dicto audiens, de progenie suâ & successoribus, notabiliter in hunc modum somniavit: Honum syndiz sem hann væri allra " manna bezt hærdr oc var har hans allt i lokkum. sumir sid- " ir sva at tok til iardar, sumir i midian legg. sumir a kne. su- " mir i miodm, eda midia sido. sumir eigi lengra enn a hals. " enn sumir ecki meira en sprotnir upp or hausi sem knyflar. " Enn a lokkum hans var hvers kyns litr. enn einn lokkr " sigradi alla vid fegrd oc med liosleik oc mikilleik. Þenna " draum sagdi hann Þorleifi Spaka. enn Þorleifr þyddi sva " at mikill affsprigr mundi koma af honum. oc mundo " hans ættmenn londom rada med miklum veg. oc Þo eigi " allir med iafnri frægd. enn einn mundi sa af hans ætt koma " er ollum mundi meiri oc frægari. ok hyggia menn Þat. at " sa lockr iarteini hinn helga Olaf konong. h. e. *Visus est* " *sibi Haldanus elegantissimum capillum habere, totum in cincinnos discriminatum; quorum quidam tam prolixi erant, ut terram attingerent: quidam ad medium crus devolvebantur: quidam ad genua: quidam ad coxas aut medium lateris: quidam ad humeros tantum: nonnulli vero è cute nuper emerserant, tanquam exigua cornua. Hi cincinni varii erant coloris; unus autem elegantiâ, candore, & magnitudine cæteros omnes antecelluit. Hoc somnium Rex Thorleifo Sapienti enarravit, quid hoc modo exposuit: Progeniem scilicet magnam ab eo descensuram, illiusque posteros magno cum honore regnaturos, non tamen eâdem celebritate; Unum vero ex illius stirpe emersurum, qui cæteris omnibus major & clarior evaderet. Hic cincinnus Sanctum Regem Olaum præfigurasse creditur.* Bonum esse Regi & principi somnium, *capillos habere magnos & pulchros, & ob ipsos superbire*, observavit Artemidorus;

rus; [y] & ex doctrina Ægyptiorum, Achmes capite vicesimo secundo docet, *ſi Pharaoni* (ſic Regem nuncuparunt Ægyptii) *viſi fuerint pili capitis ejus elegantes & magni, vires adverſus hoſtes ſuos* inventurum. Lætum igitur Haldani ſomnium convenienter interpretatus eſt Thorleifus; nec erraviſſe, inſeqventia Haldanum tempora declaraverunt. Cæterùm ut ex ſomnio, ſic & ex rerum accidentium conjecturis divinatio capiebatur. Tale qvoddam oſtentum memorat libro ſexto Saxo Grammaticus: *Fröco fluctibus inter navigandum abſumptus, inuſitatum moriens prodigium dedit. Qvippe ubi illum confluus undarum æſtus implicuit, ſangvis medio enatus gurgite ita totam ponti faciem peregrino qvodam rubore perfudit, ut ſpumeum paulò ante pelagus procellisqve albidum mox puniceis fluctibus intumeſcens, alienum à natura ſua colorem induere videretur.* Hanc *prodigialem maris faciem, undis repentè in ſangvinem verſis,* nil aliud *qvàm Norvagicæ cladis interpretem, Danicæ verò victoriæ liquidum extitiſſe portentum*, Frogertha filia Amundi ibidem explicat. Sic de fonte Glomazi, non plus ab Albi qvàm duo milliaria poſito, ſcribit Ditmarus, [z] eum *qvando ſæva belli tempeſtas ingruerit, ſangvine & cinere certum futuri exitus indicium præmonſtrare.* Illud autem mirabile magis qvàm veritati conſonum apparet, qvod in Hrolfs Kraka ſogu memoratur, Elgfrothonem, ut de abeuntis ad Rolvonem Regem fratris Bodvari Biarconis morte, qvando accideret, ejusqve genere, certior reddi poſſet, licet procul poſitus; ſoveam in petra qvadam feciſſe, qvam qvovis mane contemplabatur, ex liquoris qvo repleta erat colore, ſuper fratris morte capturus indicium; id enim præſtigiis effecerat,

[y] Oneirocr, lib. 1. cap. 19. [z] lib. 1.

rat, ut pulvis in fovea repertus, morbo extinctum indicaret: ex aqva ibidem conspecta, aqvis immersum colligeret: sangvis exoriens, ferro periisse ostenderet. In Niala traditur, sangvinem aliqvando pluisse, & ubi guttæ illæ sangvineæ ceciderunt, ibi cruorem humanum effundendum, Ospakus præsagiit. Et eadem Historia commemorat, cum bipennis Gunnari, qvam manu tenebat, subito sangvinis imbre ex nec opinato perfunderetur, Olverum pronunciasse, eo horrenda homicidia præsignificari ostento. qvam bipennem, cum in possessione Halgrimi esset, ante cædem ipsius ministerio patrandam, sonitum vel susurrum qvendam edidisse, ibidem refertur. Sed rara erat ex ostentis atqve prodigiis, qvæ infreqventia accidebant, divinatio; illa communior, qvæ præsagientis animi debebatur sagacitati. Non loqvor de politicâ futurorum cognitione, vel potiùs conjectura, qvæ naturali ingenii robore prædito, ex usu rerum accrescere potest, qvomodo Themistocles eminente naturali præditus prudentiâ, *& rerum improvisarũ, cum brevissima deliberatione judex erat præstantissimus, & futurarum, ac eventus ipsarum plerumqve optimus conjector*, uti Thucydides [aa] deprædicat; cujus vestigia premit in vita Themistoclis Cornelius Nepos: *& de instantibus verissimè judicabat, & de futuris callidissimè conjiciebat*. Neqve intellectam volo divinationem qvacunqve demum arte magicâ vel technâ acqvisitam: multo minus crediderim pueros, qvò hanc divinationem conseqverentur, à parentibus devotos fuisse; qvæ Stephanii nostri est suspicio, in notis ad librum terrium Saxonis. Sed animi ipsius præsensio instantis casus; qvam extrinsecam, sive cælestem, sed spiritu ductam, ipsi animæ iniici, explanante Manuccio, Tullius his ver-

aa. Hist. lib. 1.

verbis in primo de Divinatione libro contendit: *Neqve enim illud verbum temerè consvetudo approbavisset, si ea res nulla esset omnino. Præsagibat animus, frustra me ire, cum exirem domo. Sagire enim, sentire acutè est: ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt: & sagaces dicti canes. Is igitur, qui antè sagit, qvàm oblata res est, dicitur præsagire, id est, futura ante sentire. Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus injecta, atqve inclusa divinitus.* Hæc animi præsagitio futuros eventus conjicere credebatur: & eo divino qvasi instinctu innumeros viguisse, commemorant ubiqve nostrates historiæ; annotante de illis Arngrimo Speciminis Islandiæ parte primâ: *Inventi sunt ævo prisco homines præsagi futurorum; qvi oraculi qvodam spiritu afflati, de rerum qvarundam eventibus veri esse vates solebant.* In horum numerum Stephanius refert Gevarum, qvem scribit libro tertio Saxo *divinandi doctissimum* fuisse, *industriaqve præsagiorum excultum.* Pollentes autem eâ præscientiæ vi, non nisi præsagæ menti eam deberi, usitatissimâ illâ & in veteribus libris utramqve paginam faciente voce manifestant: *sva segir mer hugrum,* h. e. *sic animus mihi præsagit.* Ne tædiosè in re aperta accersentur exempla, in unica Theodori Hredæ non magnæ molis historia, ultra qvinqvies occurrit, nunqvam conjecturam mentis fallente eventu. Cum enim Theodorus Hreda Eidum è scapha in fluvium devolutum, natando in siccum deportasset, adjecit: *Mens mea præsagit, puerum huncce magno mihi commodo futurum, & imminens vitæ meæ periculum sæpius discussurum.* Eido autem beneficii memore ad nutricium suum Thorchillum regredi, atqve ab Theodori latere avelli recusante; Scheggo pater ejus inqvit: *Præsagit*

ſagit mihi animus, moleſtam mihi qvandoqve mutuam hanc Eidi atqve Theodori futuram amicitiam. & ſanè acri deinceps inter Scheggonem atqve Theodorum gliſcente inimicitia, fidelem atqve fortem Eidi amicitiam expertus eſt Theodorus, qvi ſibi in mortis diſcrimine ſæpius ſalutari auxilio ſuccurrebat. Sic & apud Saxonem [bb]. Starcatherus fatetur, cum à Frothone rege divelleretur, præſagitione animi noviſſe ſe, ante regreſſum ſuum, eum mortem oppetiturum:

Proximè qvando, Frotho, te reliqvi,
Mente præſagâ didici, qvòd armis
Hoſtium certè periturus eſſes,
Maxime regum.
Cumqve rus longum tererem viator,
Præſcius mentem gemitus ſubibat,
Qvi, qvod hinc eſſes mihi non videndus,
Omine finxit.

Cum autem hujusmodi præſagia ad alios attinebant, fortaſſis etiam ea proferentes, ex facie, ſeu fronte, ut de prædictione ex manuum inſpectione nihil dicam, attentiùs conſideratâ, eam contingendorum alteri caſuum notitiam hauriebant; de qvâ ex partium corporis conſideratione oriundâ divinatione, ſic commentatur in ſecundum librum Saxonis Brynolfus Svenonius: *Qvaſi non falleret hoc argumentum de vultu conjectandi, ſic illo veteres, loco non uno, confidenter invenio uſos; & præter lineamenta, atqve cuticulæ tincturam, aliud neſcio qvid ſpirituale in vultu notaſſe, qvod nos etiamnum Svip, genium, vocitamus.* Anſam hæc ſcribendi dederant ipſi, Saxonis illa verba: *Tunc Svanhvita ſpecioſiſſimum lineamentorum ejus habitum curioſiori con-*

bb. lib, 6.

contemplatione lustratum impensius admirata, Regibus te, inquit, non servis editum præradians luminum vibratus eloqvitur. Forma prosapiam pandit, & in oculorum micatu naturæ venustas elucet. Acritas visus, ortus excellentiam præfert. & de Olavi Wermorum reguli filia Esa, idem libro septimo commemorat; *Consveverat virgo hospitum vultus propius accedendo qvàm curiosissimè prælato lumine contemplari, qvò certius susceptorum mores cultumqve perspiceret. Eandem qvoqve creditum ex notis atqve lineamentis oris, conspectorum perpendisse prosapiam, solâqve visus sagacitate cujuslibet sanguinis habitum discrevisse.*

CAPUT IV.

Volæ seu fatidicæ qvædam fœminæ infantibus & adultis eventura prædicebant; magiâ illa noscere creditæ. Dani fortunâ Regis sui adjuti, nullius discriminis timore perculsi. Reges aliis fortunas suas dispensare poterant; & nonnunqvam etiam privatæ personæ idem tentabant.

Verùm ut alias apud gentes reperti sunt, qvibus decreta fatorum introspicere se posse jactantibus, & credulitati vanorum hominum imponentibus, qvæstui erant capti superstitione animi, à qvibus fata occupantibus, die qvo imponenda essent infantibus nomina advocati, ut inspecto themate genethliaco fausta infaustaqve eventura prædicerent; exinde qvoqve *Genethliaci*, Augustino [a] testante, *propter dierum natalium considerationes* vocati,

- - *qvi aures verbis divitabant*
Alienas, suas ut auro locupletarent domos.

Sic

a. de Doct. Christ. lib. 2.

Sic apud Septentrionales qvondam, fœminæ ea ludibria venundabant. Volæ nominabantur; qvas omnes ex Vidolfi cujusdam progenie descendisse, Hyndluliod pronunciant:

Ero Vaulur allar fra Vidolfi.

h. e.

Omnes Volæ sunt ex stirpe Vidolfi.

Hæ magicam artem callere creditæ, ei Deorum commercia adjungentes, simulabant se à numinibus cognitionem suturorum accepisse, qvæ infantibus prædicebant, à parentibus magno precio inductæ, Nornagestz sagâ memorante:

þar foru þa um landit Volur er kalladar voru spakonur oe “
spadu monnum alldr. þvi budu menn þeim oc giordu “
þeim veitzlur oc gafu þeim giafir at skilnadi. fadir minn “
giordi oc sva. komu þær til hans med sveit manna. oc “
skylldu þær spa mer orlog. la ek þa i voggu er þær skyll- “
du tala um mitt mal. þa brunnu yfir mer tvau kertislios. “
þær mælltu þa til min. oc sogdu mik mikinn audnumann “
verda mundu. oc meir en adra mina frændr edr forelldra. “
edr hof þingia synir þar i landi. oe sogdu at allt skylldi sa- “
ra sva um mitt rad. hin yngsta nornin þottiz of litils “
metin hia hinum tveimr er þær spurdu hana eigi eptir slik- “
um spam er sva voro mikils verdar. var þar oc mikil rib- “
balda sveit er henni hratt or sæti sinu oc fell hon til iardar. “
af þessu vard hon akafliga stygg. kallar hon þa hatt oe “
reidiliga oc bad hinnar hætta sva godum ummælum “
vid mik þviat ek skapa honum þat at hann skal “
eigi lifa lengr en kerti þat brennr er upp er tendrat hia svei- “
ninum. Eptir þetta tok hin ellri Volvan kertit oc slokti “
oc bidr modr mina vardveita oe kveykia eigi fyrr enn a “

„ sidasta degi lifs mins. Eptir þetta foru Spakonur i brott „ to oc bundu hina ungu Norn ok hafa hana sva i brott. oc „ gaf fadir minn þeim godar giafir at skilnadi. h. e. *Peragrabant tunc regionem eam Volæ, quæ fatidicæ dicebantur, & ætatem mortalium prædicebant; hinc ab omnibus invitabantur hospitaliter, & instructis conviviis exceptæ, donis insuper cumulabantur, quod & pater meus fecit: & ad illum intraverunt, magnâ insequente hominum turbâ, ut fata mea indicarent. Positus eram in cunis, binæ circa me accensis candelis. Tunc vaticinia exorsæ, me opibus & honoribus agnatos & parentes, qvin & magnatum regni illius filios supergressurum augurabantur, eaqve omnia certò mihi adventura. Minima Nornarum se præ cæteris duabus despectui habitam credens, cum illa super his prædictionibus non consuleretur, quæ tanti momenti erant. Confluxerat etiam illac magna perditorum turba, quæ illam sede suâ excussit, ut in terram prona caderet. Hinc illa irarum plena, offensâ & excelsâ voce clamare cœpit, ut tam bona auguria de me omitterent. Enimvero, ait, his prædictionibus hanc ego adjicio, illum diutius non victurum, ubi candela illa consumpta fuerit, quæ nunc ad infantem succensa adposita est. Tunc maxima Sibyllarum candelam protinus extinctam matri meæ ad custodiendum dedit, ante supremum vitæ meæ diem non accendendam. His peractis, Volæ recesserunt, Nornarum minimam vinculis constrictam secum abducentes; omnes autem à patre meo summis muneribus ante abitum locupletatæ.* Neqve tamen de infantibus solis vaticinabantur; & adultis imminentia revelabant, Vatzdælâ docente: þeir Ingialldr efla þar seid „ eptir fornum sid til þess at leita eptir forlogum sinum. þar

var

var komin finna ein fiolkunnug. Ingimundr oc Grimr "
komu til veitzlunnar med fiolmenni miklu. Finnan var "
sett hatt oc buit um hana vegliga. þangat gengu menn til "
fretta hverr or sinu rumi oc spurdu at forlogum sinum. "
hun spadi hverium eptir þvi sem geek. en þat var nockut "
misiafnt hvernig hverium likadi. þeir fostbrædr satu i rum- "
um sinum oc gengu eigi til fretta. þeir logdu oc engan "
hug a spar hennar. Volvan mællti. hvi spyria þeir hinir "
ungu menn eigi at forlogum sinum. enn mer þickia þeir "
merkiligastir menn af ollum þeim sem her eru samankom- "
nir. Ingimundr svarar. mer er eigi annara at vita forlog "
min en framkoma. Ek man þa segia þer ofregit segir hon. "
þu munt byggia land er Island heitir. þat er enn vida o. "
bygt þar muntu gioraz virdinga madr oc verda gamall. "
þinir ættmenn munu oc verda agætir i þvi landi. h. e. *In-* "
gialdus ex veteri consvetudine, isti magiæ deditus erat, ut
in fata sua inquireret. Venerat illuc Finna qvædam ma-
giæ summa. Ingemundus & Grimus cum magno comitatu
ad convivium veniunt. Finna in excelsa sede & pulchrè
adornatâ collocata erat. Illuc viri, relicta qvisqve sedè
sua accedunt, in fata sua inqvisituri. Illa cuiqve instan-
tia prædixit exactè. qvæ illi diverso animorum motu per-
cipiebant. Bini isti collactei qvieti remanentes, consulta-
tionem istam omittebant, de ejus prædictionibus parum sol-
liciti. Volva dixit: Qvid causæ est, qvod juvenes isti de
fatis suis nullatenus anxii sint, cum tamen qviddam præ
cæteris notabile in illis emineat? Ingemundus excipit: Fa-
ta mea præcurrere cognitione, non desidero. Attamen non
interroganti prædicam, subjecit illa; Terram excoles, qvæ
Islandia dicitur, magnæ illic adhuc solitudines, in mag-
num

num ibi & longævum excresces virum, progeniesqve tua illic valdè florebit. Sed magiâ adjutrice id factum, qvædam ex eodem genere in Orvaroddz sagâ persvadere conatur; cujus hæc est descriptio: Eckia verdr nefnd Heidr, „hon var Volva oc Seidkona oc vissi fyrir uvordna luti af „frodleik sinum. hon forat veitzlum oc segir monnum fy-„rir vetrar far oc forlog sin. hon hafdi med ser þriatigi „sveina oc fimtan meyiar. h. e. *Vidua qvædam Heida nomine fuit, fatidica magicisqve artibus celebris. hæc futura arte magiæ prædicere potuit, & convivia freqventavit, ad prædicenda hominibus fata & temperiem futuræ hyemis; triginta famulos & qvindecim virgines secum habuit.* Sed pleniùs omnis illarum magicus apparatus in Eiriks Rauda sogu recensetur, unde petitum exemplum, ultimum erit, qvod de illis nugivendulis adjiciam: Su kona „var þar i bygd er þorbiorg het hon var Spakona. hon var „kollud litil Volva. hon hafdi att ser nio systur oc var hon „ein eptir a lifi. þat var hattr þorbiargar a vetrum at hon „fora veitzlur oc budu menn henni heim. mest þeir er for-„vitni var a at vita um forlog sin edr atferdir. oc med þvi „at þorkell var mestr bondi þa þotti til hans koma at vita „hvenær at letta mundi oari þessu sem yfirstod. þorkell „bydr spakonu þangat oc er henni buin god vidtaka sem „sidr var til þa er vid þess hattarkonu skylldi buaz. Buit „var henni hasæti oc lagt undir hægindi. þar skylldi i vera „hænsa fidr. Enn er hon kom um kvelldit. oc sa madr er i „moti henni var sendr. þa var hon sva buin at hon hafdi „yfir ser tygla mottul blaan oc var settr steinum allt i „skaut ofan. hon hafdi a halsi ser gler tolur. hon hafdi a „hofdi lambskinskofra svartan oc vid innan kattarskinna hvitt.

hvitt. ſtaf hafdi hon i hendi oc var a knappr. hann var «
buinn meſſingu oc ſettr ſteinum ofan um knappinn. hon «
hafdi um ſik hyndskan linda oc var þar a skiodu pungr «
mikill. vardveitti hon þat i taufur þau er hon þurfti til «
frodleiks at hafa. hon hafdi kalfskins sko lodna a fotum «
oc i þvengi langa oc ſterkliga. latuns knappar miklir a «
endunum. hon hafdi a hondum ſet kattarskins glofa oc «
voru hvitir innan oc lodnir. enn er hon kom inn þotti oll- «
um skyllt at velia henni ſæmiligar qvediur en hon tok þvi «
vel eptir þvi ſem henni voru menn skapfelldir til. tok þor- «
kell bondi i hond a viſinda konunni oc leiddi hana til þeſs «
ſætis er henni var buit. þorkell bad hana renna þar augum «
yfit hiu oc hibyli hon var þa malug um allt. bord voru «
upptekin um qvelldit. ok er frá þvi at ſegia hverſu at spa- «
konunni var mat buit. henni var gior grautr af kidamiolk. «
enn til matar henni voru buin hiortu or allzkonar qvi- «
kendum þeim ſem þar voru til. hon hafdi meſſingarſpon «
oc knif tannskeptan tviholkadan af eiri oc var af brotinn «
oddrinn. enn et bord voru upptekin gengr þorkel bondi «
til þorbiargar oc ſpyrr hverſu henni virdizt þar hibyli edr «
hverſu fliotliga hann man þeſs viſs verda er hann hefir «
ſpurt eptir oc menn villdu vita. hon qvadzt þat eigi mun- «
du uppbera fyrr en um morgininn þa er hon hefdi ſofit þar «
um nottina. En eptir a alidnum degi var henni veittr ſa «
umbuningr ſem hon skylldi ſeid fremia bad hon fa ſer ko- «
nor þær ſem kynni frædi þat er þyrfti til ſeid at fremia oc «
Vardlokur heita. enn þær konur funduz eigi. þa var leit- «
at um bæinn ef nockur kynni. þa ſvaradi Gudridr. hvarki «
em ek fiolkyngi ne viſindakona en þo kendi Halldis ſo- «
ſtra min met a Iſlandi þat frædi er hon kalladi Vardlokur. «

„ Þorkell mælti þa ertu frodari en ek ætladi. Gudridr se-
„ gir. þetta er þess konar frædi oc at ferli at ek ætla i engum
„ beina at vera þviat ek em kona kristin. Þorbiorg svarar.
„ Sva mætti verda at þu yrdir monnum at lidi her um en
„ værir eigi kona at verri. en vid Þorkel met ek at fa þa luti
„ her til er þarf. Þorkell herdir at Gudridi. en hon qvadzt
„ mundu giora sem hann villdi. slogu konur þa hring um-
„ hverfis. en Þorbiorg sat uppa seidhiallinum. qvad Gud-
„ ridr þa qvædit sva fagrt oc vel. at engi þortiz heyrr hafa
„ med fegri raust qvedit sa er þar var. Spakonan þackar
„ henni qvædit oc þotti fagrt at heyra þat er qvedit var. oc
„ sagdi. Ek hefi nu hugat at morgum narturum bædi sottar
„ oc argangs. oc eru mer nu margir þeir lutir andsynir er
„ adr voro bædi mer oc odrum duldir. Enn ek kann þat at
„ segia at hallæri þetta mun eigi halldaz lengi oc mun batna
„ argangt þa vorar. sorrar sar þat sem lengi hefir a legit
„ mun batna vonum bradara. en þer Gudridr skal ek launa
„ i hond lidsinni þat sem oss hefir af þer stadit þviar þin
„ forlaug eru meiri en menn varir. oc mer nu oll gloggsæ.
„ þat muntu giaford fa her a Grænlandi er sæmiligazter til.
„ Þo at þer verdi þar eigi til langiædar. þviat vegir þinir lig-
„ gia ut til Islandz. oc mun þar koma fra þer ærtbogi bædi
„ mikill oc godr. oc yfir þinum ærtqvislum mun skina
„ biartr geisli. Enda far þu nu vel oc heil dottir min. Sidan
„ gengu menn at visinda konunni oc fretti hver eptir þvi
„ sem mest forvitni var a. var hon oc god af frasognum.
„ þessu næst var komit eftir henni af odrum bæ oc for hon
„ þangat. þa var sendt eftir Þorbirni þvi hann villdi eigi
„ heima vera medan slik heidni væri framin. vedratta bar-
„ nadi skiott sem vora tok. sva sem Þorbiorg hafdi sagt.

h. e.

h. e. *Mulier quædam nomine Thorbiorga in eodem territorio degebat; hæc fatidica fuit, dictaque parva Vola; novem sorores habuerat, sed illa sola jam superfuit. Thorbiorga per hyemes convivia frequentare solebat, ab iis qui de fatis suis, rebusque futuris solliciti erant, invitata. Cumque Thorchillus inter primates haberetur, ei cura incumbere videbatur inquirendi, quando instans annonæ caritas cessatura esset. Fatidicam itaque ad se invitavit, lauto præhabito apparatu, uti mos erat talem hospitem excipere. Sedes fatidicæ in loco excelso posita erat, substrato pulvinari plumis gallinarum referto. Illa verò viro, in occursum ei misso, comitata, vespere adveniens, tali modo instructa fuit. Tunicam cæruleam lapillis à summo ad imum ornatam induta erat, sphærulas vitreas collo gestabat, capitis gestamen è pelle agninâ nigrâ erat, subductâ interius albâ pelle felinâ. Baculo innitebatur globulum in summo habente, baculus orichalco ornatus erat, globulusque lapidibus: zonâ Hunlandicâ se cinxerat, ex qva crumenam magnam suspenderat, in qvâ magica sua instrumenta servabat. pedes circumdederunt calcei è pelle vitulina hirsutâ, addita fuerunt ligamenta longa & crassa, globulus æneis alligata. Chyrothecas è pelle felinâ, albas interius, & hirsutas, manibus gestabat. Intrantem omnes, uti par esse videbatur, humaniter salutaverunt, ea vero, prout salutantes ei placebant, salutationes excepit. Thorchillus dextram fatidicæ amplexus, eam ad paratam sibi sedem duxit, rogans ut homines & habitacula oculis lustraret. Illa verborum haud parca erat. Mensâ tandem instructâ, fatidicæ dapes seqventes appositæ sunt; pulmentum è lacte caprino, ferculumque è cordibus variorum animalium,*

qvorum copia erat, confectum. Cochleari ex orichalco utebatur; cultrumqve, cujus manubrium è dente balænæ elaboratū erat, duobusqve annulis æneis ornatum, cuspide mutilum usurpavit. Mensis remotis, Thorchillus Thorbiorgam accessit, interrogans qvid ei videretur de habitaculo & hominibus ibi congregatis, & qvam citò ea cognoscendi copia esset, qvæ interrogavisset, & qvæ cæteris volupe esset scire. Illa negat se prius hæc dicturam, qvàm crastinâ die, ubi noctem illic peregisset. Crastina die, apparatus ille qvo ad magiam suam perficiendam opus habuit, instruebatur; tunc rogavit, ut fœmina sibi acqvireretur, qvæ carmen huic magiæ destinatum, Vardlokur dictum, calleret; nulla autem inveniri potuit. Cumqve per vicum qværeretur aliqva hoc carmen callens, Gudrida respondit: Non Saga sum, nec fatidica, attamen nutrix mea Haldisa in Islandiâ carmen me docuit, qvod Vardlokur vocavit. Thorchillus dixit: Ergo plura, qvàm credidimus, calles. Gudrida ait, Hoc carmen & hi ritus talia sunt, ut promovere abhorream, qvoniam Christiana sum. Thorbiorga inqvit: Attamen in hoc nobis succurrere potes sine religionis tuæ detrimento; Thorchillus autem omnia ad hanc ceremoniam necessaria subministrare tenetur. Thorchillus Gudridam enixe rogavit, ut petita faceret; illa vero dixit se voluntati ejus satisfacturam. Tum fœminæ Thorbiorgam in editiori tabulato magico sedentem circumcinxerunt, Gudrida vero carmen tam altâ & canorâ voce cecinit, ut præsentes se svaviorem cantum nunqvam audivisse faterentur. Fatidica cantu delectata ei gratias retulit, dixitqve: Multa de morbis & annonâ jam percepi, nunc enim mihi multæ res apertæ sunt, qvæ me & alios antea latuêre. Famem hanc

non

non diu duraturam esse scio, sed ineunte vere annonæ ubertatem redituram. Morbos etiam qvi aliqvamdiu hunc tractum afflixerunt, brevi fugituros. Tibi vero Gudrida, operam qvam nobis præstitisti remunerabor, nam fata tua mihi jam probe nota, majora sunt qvàm qvis credidisset. Viro hîc in Grönlandia magni nominis nubes, qvamvis hoc conjugio non diu fruaris, nam fata tua te in Islandiam reducent, ubi mater eris stirpis numerosæ ac honestæ, super qvam tuam progeniem radius lucidus lucebit. Jam te, mea filia, salvere & valere jubeo. Deinde omnes, unus post alterum, fatidicam accesserunt, rogantes, qvæ scire avebant. qvæ omnia manifestè prædixit. Paulo post ad aliud habitaculum invitata abiit. Deinde Thorbiornus vocatus rediit, nam domi manere noluit dum tanta superstitio peragetur. Aeris constitutio appropinqvante vere ad meliorem statum rediit, uti Thorbiorga prædixerat. Hinc itaqve Volæ, adeo maleficæ artis erant famosæ, ut magici instrumenti reliqviæ alicubi in sepulchro repertæ, indicio fuerint Volæ ibi tumulatæ, Laxdæla notante: þar funduz undir bein þau voro bla oc illilig þar fanzt oc kingia " oc seidstafr mikill. þottuz menn þa vita at þar mundi verit " hafa Voluleidi nockud. h. e. *Ibi ossa inventa sunt cærulea & fætulenta; addita fuerunt instrumenta magica & baculus incantatorius, unde Volam qvandam ibi sepultam esse, creditum est.* Erqvid mirum, tam breve confinium istius artis & magiæ fuisse, cum Skuldam operosius eandem exercentem ipsas Parcas adjuvisse, narret Hrolf saga Kraka. Ibat detestanda Skulda his artibus Adilsum adjuvatum; attamen magiâ illius fortiorem fuisse Fortunam Rolvonis Regis Danorum, Yrsa pronunciat in Hrolfs Kraka sogu,

 Rol-

„ Rolvonem ita allocuta: oc hefir nu meira matt audna „ þin enn trolldomr hans. h. e. *& majoris nunc est potentiæ tua Fortuna, qvàm ipsius Magia.* Nihil enim non Fortunæ Regum suorum Septentrionales pervium credebant; qva sibi adjunctâ, vel qvasi commodatâ, omnia imperterriti suscipiebant, & perficiebant feliciter. Illustre exemplum præbet Halfredus Vandræda Scaldus, qvem Fortuna Regis Olai Tryggvesonii ubiqve comitabatur, & præsenti in maximis periculis erat auxilio. Et, *ut verum illud existimetur*, verba sunt Ammiani Marcellini, [b] *quod opinantur quidam, fatum vinci Principis potestate, vel fieri*; erant ipsi Reges fortunæ suæ dispensatores. Non absurda fuerit conjectura, fluxisse ab Odino morem, de qvo in exordio Chronici „ Snorro: þat var hattr hans ef hann sendi menn sina til „ orosto edr adrar sendifarar at hann lagdi adr hendr i hofut „ þeim oc gaf þeim bianak. trudo þeir at þa mundi þeim vel faraz. h. e. *Solebat Odinus, cum subditos suos ad prælia vel alia negotia ablegaret, capitibus eorum manus imponere, iisqve benedictionem impertiri; tunc autem omnia sibi fortunatè cessura credebant.* Halfredo nuper memorato Olaus Rex filius Tryggvonis fortunam suam impertivit, ad difficile negotium & multi discriminis exeqvendum „ emisso: skal ek leggia til ferdar þessar med þer mina gipt „ oc hamingiu. h. e. *ad hoc iter, fortunam meam & felicem successum tibi adjungam*; Olaus Rex ad Halfredum inqvit, Olafs sogu Tryggvasonar memorante. Hinc Grisus ab Halfredo ad duellum provocatus, sed composita inter eos amicitiâ, certamineqve omisso, exsultans exclamat: „ Nu þieker mer gott er ek skal eigi beriaz vid konongs „ giæfuna sem Hallfredi mun jafnan fylgia. h. e. *Gaudeo mihi*

b. lib. 17, cap. 12.

mihi dimicandum non esse cum fortuna Regis, quæ Halfredum semper comitatur. Eidem etiam Olao Regi Thorvaldus Tasaldi dixisse in eadem sagâ memoratur: Gipta ydar " herra ma ofs meira enn menn nockurir. h. e. *Fortuna* " *vestra, domine, majus nobis præstat auxilium, qvàm multi viri.* Neqve minùs Olaus Haraldi filius, Norvegiæ Rex, Sanctorum albo deinceps insertus, eandem gratiam, Fortunæ nempe Regiæ adjumentum, Thormodo Kolbrunar Scaldo indulsit, ut memorat de celebri illo Poëtâ conscripta Historia. Jussus qvoqve ab Olavo Rege, inimicorum qvendam interficere Eyolfus, respondisse fertur: Þat mun ek " tilstyra med konungs hamingiu. h. e. *hoc, secundante* " *Regis fortunâ, exeqvar.* ut annotatum reperi in Fragmento qvodam Islandicæ historiæ, in Bibliothecâ Reseniana asservato. Qvin & simile de Haraldo Grafeldo memorat Laxdæla: Haralldr konungr oc Gunnhilldr leiddu Olaf " til skips oc qvadust mundu tilleggia med honum hamin- " giu sina. h. e. *Haraldus Rex & Gunhilda (* mater Haraldi *) Olaum ad navem ducentes, fortunam suam se ei daturos dixerunt.* Memorabile est qvoqve, qvod de Svenone Tiuguskeg Daniæ Monarchâ proditur in Historia Hroari primùm *Heimska* h. e. *stulti*, postea *Hygna* h. e. *sapientis* cognominati, qvam ab Arngrimo Jonæ; qvantum ex scriptione colligo, in Latinum transfusam Historiam, Bibliotheca Hafniensis Academiæ possidet. Sveno enim gnarus Fortunæ suæ prosperitatem & aliis communicatam prodesse, ejus Hroarum ita participem reddidit, ut ex infelici negotiatore ditissimus evaserit. Ex his satis apparet, Fortunâ & clementiâ Regis subditos foveri; qvod nos Septentrionem inhabitantes Dani qvotidie experimur, qvi Clementissimi

Mo-

Monarchæ nostri indulgente serenissimâ Fortunâ, nostras res fortunasqve illibatas vigentesqve conservari, grato humiliqve obseqvio agnoscimus. Cæterùm Romani qvondam non dissimiliter, *prospera ad fortunam Reipublicæ referebant*, ut Tacitus[c] inquit; apud qvem[d] Vocula qvoqve milites obtestatur, superesse victores exercitus, *fortunam Imperii*, & ultores Deos. Et libro tertio Historiarum gaudet, *affuisse ut sæpe aliàs, fortunam populi Romani*, qvæ Mucianum viresqve orientis in Daciam tulit. Sed Septentrionales ulteriùs progressi, qvibusdam privatis qvoqve potestatem Fortunæ suæ in alios transferendæ adscribebant, sicut de Hofculdo moribundo loqvitur Laxdæla: Let Ho-
„ skulldr taka gullhringinn Hakonarnaut, hann vo mork. oc
„ sverdit konungsnaut er til kom half mork gullz. oc gaf O-
„ lafi syni sinum oc þar med giptu sina oc þeirra frænda, h. e. *Hoskuldus apportari fecit armillam, qvam Haqvinus possederat, qvæ unius marcæ pondo erat: & gladium à Rege acceptum, qvi dimidiâ auri marcâ constiterat. Hæc filio suo Olavo dedit, insimul fortunam suam & majorum suorum.* Cui affine est, qvod in Vatzdæla legitur: hyggr
„ þat helltz fyrir ser at hann muni treysta a hamingiu fodur sins. h. e. *firmiter sibi proposuit Thorstenus, in fortuna patris sui maximam spem collocare.*

CAPUT V.

Fatum immobile creditum imperterritos facit milites; idq; Danis gentilibus omnem mortis metum ademit. Dani credebant fata alicujus produci, alio vice illius mortem occumbente.

c. Annal. lib. 14. d. Histor. lib. 4.

Tandem, immobile creditum Fatum imperterritos facere milites, & patientiam in ferendis adversis dare, absolutæ doctores statuunt doctrinæ. *De militia hoc affirmare possum, nullibi magis necessariam esse masculam & absolutã Theologiam, nullibi magis damnosam hypotheticam*, verba sunt Gisbetti Voëtii.[a] Qvâ persvasione imbutum volunt fortissimum illum Heroëm Judam Maccabæum, qvi fugam inhonestam timidis svadentibus: [b] *Absit hoc a me facinus*, inqvit, *ut istos fugerim: qvandoqvidem dies nostra venit, moriamur pro fratribus nostris fortiter, nec gloriæ nostræ probrum relinqvamus.* qvi sensum animi sui optimè alibi [c] aperuisse videtur, aiens: *Præstat nos occumbere in bello, qvàm calamitates gentis nostræ & sanctorum intueri. Veruntamen ut in cælo voluntas est, ita fiat.* Hinc similiter loqventem Ottonem Imperatorem Conradus Abbas Urspergensis [d] introducit: *Qvibus rex imperterritus, ut Judas Machabæus suis qvondam: Nolite, ait, talia loqvi, & si appropinqvaverit tempus nostrum, moriamur omnes in virtute, & non inferamus crimen gloriæ nostræ.* Qvin & Flagellum illud Dei, Rex Hunnorum Attila, horribile prælium in Catalaunicis campis commissurus, exercitum suum alloqvio confirmans: *Victuros*, inqvit, *nulla tela convenient, morituros & in otio fata præcipitant*; prout refert Jornandes.[e] Verissimum est enim, qvod scribit Vegetius:[f] *Libenter cupit commori, qvi sine dubio scit se moriturum.* Esse hoc magnum Turcis argumentum, ad fortiter & sine respectu vitæ pugnandum, innuit Author tractatus de Turcica Militia, qvi extat tomo secundo Ger-

Tttt ma-

a. epist. de vit. termin. b. 1. Macc. 9, 10. c. 1. Macc. 3. 59. d. Chron. p. m. 205. e. de reb. Getic. cap. 19. f. de re milit. lib. 3. cap. 24.

manicarum rerum Schardii : *nullum qvamvis manifestum vitæ discrimen in pugna subterfugiunt, temerariâ qvadam opinione sibi persvadentes, unicuiqve qvomodo & qvando mori debeat, esse constitutum.* & notabiliter in epitome de Turcarum moribus Bartholomæus Georgievitz scribit, de militibus Chazilariis vocatis : *Hi omnem vitam & salutem in protectione Fortunæ Deæ, ipsorum lingva Nassup, sive Ctsutara dictæ, habentes, cujus apud omnes proverbium istud celebratissimum est, Jazilan Gelur Bassina, qvod ita potest interpretari. Jazilan, id est, scriptura. Gerlur, i. e. veniet. Bassina, id est, capiti. qvasi dicerent, qvicqvid die nativitatis uniuscujusvis Fortuna Dea capiti inscripsit, id evitare impossibile erit, etiamsi latitaverit in arce inexpugnabili. Horum enim gesta carmine in historiis descripta, ab omnibus recitantur, ut & cæteri eadem audacia fortiter & intrepide hostem aggrediantur.* Nostris qvondam Fatorum immobile decretum penitùs pectoribus infixum, mortis omnem timorem ademisse, ex antea allatis patet, ut Hedini modò exemplum adjecisse suffecerit, cujus „ verba in ipsius historiâ hæc notantur: Skal ek eigi lengr bi- „ la vid Hogna. þviat þat tiair eigi. þvi fyrir sin forlog fær engi komiz. h. e. *Ego Hogno ultra non cedam, non enim hoc juvat, nam nemo fata evitare potest.* Cui Illugum succenturiemus; cum cervici ipsius Grida stricto ense minaretur, „ composito ore insit : Eigi hrædiz ek þat. þvi ek hefi att „ þa til þess hingat at fara at deyia. oc forlogin hafa ordit „ at rada. engi deyr nema eitt sinn. h. e. *Mortem nullatenus timeo, qvam si occumbam, fata mihi tunc hic eam prædestinaverunt, qvæ transgredi nemo potest ; nisi semel*

nemo

nemo moritur. Sic Thorsteinus manus inimicorum in Vatzdæla evasisse dicitur, þui at þorsteini vard annarra " forlaga audit enn at vera þar drepinn. h. e. *neqve enim* " *fuit in fatis Thorsteini, ut ibi occideretur.* Habebant tamen hanc persvasionem, posse fata alicujus produci, si vicem ejus subeundo, alter mortem oppeteret. Scribit Johannes Monachus in vita S. Odonis Cluniacensis, g. cum Dux Normannorum fines Pictavorum atqve Turonorum devastantium, ex eqvo lapsus in febrim incidisset; tunc Normanni, binos venerabiles viros Archenbaldum & Adalasium, *multorum monachorum patres* postea *effectos*, captivos habentes, *reperto consilio barbarico ritu, dignum esse censuerunt, ut pro vita ducis sui unus ex eis cæderetur.* Promovit, ut traditur, crudeli remedio vitam suam in incredibilem ferme senectam Onus Rex Sveciæ, filios suos eâ intentione Odino offerre non dubitans; qvod immane facinus Snorro Sturlæsonius in hunc modum commemorat: Eftir þat kom " Aun konongr enn til Uppsala þa var hann sextogr at all- " dri. hann giordi þa blot mikit oc blotadi til langlifis ser " oc gaf Odni son sinn oc var honum blotat. Aun kon- " ongr feck andsvaur af Odni at hann skylldi enn lifa. lx. " vetra. Aun var þa enn konongr at uppsaulom. v. vetr. " oc. xx. þa kom Ali hinn frækni med her sinn til Sviþiodar " son Fridleifs a hendr Auni konongi oc atto þeir oroftor. " hafdi Ali iafnan sigr. þa flydi Aun konongr i annat sinn " riki sitt oc for i vestra gautland. Ali var konongr at Upp- " saulam. v. vetr oc xx. adr Starkadr hinn gamli drap " hann. Eftir fall Ala for Aun konongr enn aftr til Uppsala " oc red þa rikino. v. vetr oc. xx. þa blotadi Aun kon- "

g. lib. 2. num. 12.

„ nongr audrum syni sinom. þa sagdi Oþinn at hann skylldi „ æ lifa medan hann gæfi Odni son sinn a hveriom. x. vetr„ trum oc þat med at hann skylldi heiti gefa nokkuro „ heradi i landi sino eftir tolo sona sinna þeirra er hann blot„ adi til Odins. Enn þa er hann hafdi blotad. vij. sonom si„ nom þa lifdi hann. x. vetr sva at hann matti eigi ganga „ hann var þa borinn a stoli. þa blotadi hann hinom „ atta syni sinom oc lifdi hann þa enn. x. vetr. oc „ la þa i kaur. þa blotadi hann hinom niunda syni sinom „ oc lifdi hann þa enn. x. vetr. þa dracc hann horn sem le„ barn. þa atti hann ein son eftir oc villdi hann oc blota „ þeim oc þa villdi hann gefa Odni Uppsali oc þau herod „ er þar liggia til oc lata þar kalla tiunda land. Sviar bau„ nnudo honum þat oc varþ þa ekki blotid. h. e. *Posthac Rex Onus annos sexaginta natus, Upsaliam iterum rediit. Tum sacrificium magnum instituit, filiumqve suum, ut ipse longævus foret, Odino in sacrificium obtulit. Onus ab Odino responsum accepit, vitam ipsius sexaginta annis adhuc prolongandam. Deinde Onus viginti qvinqve annis Upsaliæ regnabat, donec Alo Vegetus Fridleifi filius Sveciam invaderet cum exercitu, cum qvo Onus sæpius confligens semper victus extitit, adeo ut regnum secundâ vice derelinqvere compulsus, in Vestrogothiam fugâ se reciperet. Alo viginti qvinqve annis Upsaliæ regnavit, donec Starcadus grandævus eum interficeret. Mortuo Alone Onus Rex Upsaliam iterum repetiit, regnoqve vigintiqvinqve annis præfuit. Deinde secundum filiorum suorum in sacrificium obtulit. Tum Odinus dixit eum tamdiu victurum qvamdiu qvovis decennio Odino unum*

ex

ex filiis suis offerret, addito quod à filiorum suorum quos Odino sacrificaret numero, territorio alicui in regno suo nomen imponeret. Postquam vero septem filios suos Odino immolasset, decem annis vixit, quibus pedes incedere non potuit, sed in sella circumferri, necesse habuit. Dein octavum filium sacrificavit, decenniumque vixit, lecto semper detentus. Postea cum nonum obtulisset filium, decennium vixit, ac more infantis è cornu bibebat. Tunc unus modo filiorum ejus supererat, quem sacrificari voluit, Upsaliamque cum circumjacentibus territoriis Odino consecrari, vocarique Tiundalandiam (decimam regionem.) *Vetantibus vero Svecis, sacrificium omissum est.* Ejusmodi superstitionis & execrandi vitæ prorogandæ modi exempla in aliarum nationum historiis extare, jampridem doctiores observaverunt, Casaubonus & Salmasius notis in Spartianum, aliique quorum nomina nunc memoriæ non incurrunt. Detestanda ea Christianis impietas, qui saluti propriæ aliorum vitam impendere erubescerent. Annotata est cum laude ab Guiberto Abbate de Novigento, [h] Baldvini Hierosolymæ Regis pietas: Vulnus acceperat gravissimum, cujus profunditatem ignorans Medicus, *Regem petiit, ut aliquam, ex his quos custodia detinebat Saracenis, personam, eo statu, tali in loco, quo ipse sauciatus fuerat, vulnerari praeciperet (Christianam enim nephas petere erat) & post illationem vulneris, occidi juberet: quatinus in interfecti corpore licentius disquireret, immo ex ejus despectione perpendere, qualiter se in suis, plaga regia interius haberet. Horruit ad hæc nimium pietas principalis, Constantini veteris*

h. Gest. Dei per Franc. lib. 7. cap. 13.

veteris exempla resculpens: negat se cujuspiam hominum, etiam deterrimæ omnium conditionis, causam mortis ullatenus, pro tantilla, cùm etiam sit dubia, salute futurum. Interim gaudeamus omnes, qvòd sola mors Christi nobis sit causa & medium vitæ; *qvoniam*, verba sunt Guarrici Abbatis Igniacensis, [1] *mors una Christi, utramqve nostram triumphavit: ab ista liberans jam captos, ab illa capiendos: ne videlicet in illam incidamus, nec in ista remaneamus. Qvàm vera qvàm pia simul & magnifica illa morientis comminatio: Ero mors tua ô mors. Qvam pulchrè & mirificè triumphavit; qvi mortem pro omnibus gustans, tam suam qvàm omnium omnimodam mortem absorbuit. Prorsus absorpta est mors in victoriam.*

FINIS.

1. Serm. prim. de Resurr. dom.

ELEN-

ELENCHUS CAPITUM.

LIBRI PRIMI

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

CAPUT IV.

CAPUT V.

CAPUT VI.

CAPUT VII.

CAPUT VIII.

Ad

LIBRI SECUNDI

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

CA-

CAPUT X.

CAPUT XI.

CAPUT XII.

CAPUT XIII.

CAPUT XIV.

LIBRI TERTII

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

&

AUTHORES IN HOC VOLUMINE CITATI.

Gregor. Abul Faraj.
Achmes.
Adamus Bremensis.
Ælfredus Rex Angliæ.
Ælianus.
Æschylus.
Agathias.
Ailredus Abbas Rievallensis.
Aimoinus.
Joh. Alanus.
Albertus Stadensis.
Mich. Alfordus.
Alsheriph Aldrisius.
Alumni Collegii Universitatis Oxoniensis.
Ambrosius.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius.
Andreas Sunonis Archiep. Lundens.

Anna-

Chro-

Guil.

Æli-

MANUSCRIPTI
LATINI & ISLANDICI
qvibus ad hoc opus concinnandum usi sumus.

LATINI.

ISLANDICI.

Bryn-

No-

ERRATA Typographica ſic corrige.

Pag. 8. lin. 28. virtutem. p. 12. l. 12. Animoſus. l. 13. cum. p. 20. l. 25. ſed. p. 40. l. 21. heic. p. 58. l. 27. liqvor. p. 64. l. 16. Leyra. l. 22. conditione. p. 67. l. 15. narrationem. p. 76. l. 8. memorat. l. 19. idcirco. p. 107. l. 26. effigie. p. 110. l. 19. luminibus. p. 133. l. 6. convivium. p. 135. l. 2. ſpecioſiſſimæ. p. 140. l. 16. pitched. p. 147. l. 2. Stentonem. p. 148. l. 15. pluviæqve. p. 160. l. 20. inciderat. p. 187. l. 20. hann. p. 202. l. 19. nunqvam. p. 205. l. 2. opinionem. p. 235. l. 24. ſexto. p. 260. l. 16. oculorum. p. 261. l. 23. appellare. p. 273. l. 15. idcirco. p. 276. l. 23. intolerandus. p. 287. l. 7. Dæmonum. p. 311. l. 22. perculſum. p. 316. l. 14. Qvieſcenti p. 325. l. 18. Odin. p. 366. l. 28. decederet. p. 378. l. 24. omiſſam. p. 407. l. 14. Deorum. p. 442. l. 23. monumentorum. p. 458. l. 21. deſeriptione. p. 499. l. 7. aliaqve. p. 511. l. 29. Qvocunqve. p. 543. l. 22. putidiſſimas. p. 545. l. 19. abundantia. p. 578. l. 24. baptizatus. p. 581. l. 24. certis. p. 656. l. 4. occurrentes. l. 6. diſpoſitione. p. 672. l. 1. parvam.